R. 11504

à el Collegio Cathaluña LIBER Letra L. n.º 2.

# QVAESTIO NVM CRIMINALIVM IN ACTV PRACTICO, FREQVENTIVM ET MAXIME CONDVCIBILIVM.

ET IN SACRO REGIO CRIMINALI CON
CILIO CATHALONIAE PRO MAIORI
earum parte deciſarum.

*Authore Don Ludouico à Peguera eiuſdem*
*Regij Concilij Conſiliario.*

CVM ſummarijs & indice locupletiſsim[o].

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2 C. 41 N. 18



CVM PRIVILEGIO REGIO, VT IN SEQVENTI FOLIO.

BARCINONÆ.
*Apud Hubertum Gotart, Anno Domini.*
1585.

R. 11504
del Collegio Cathalino LIBER Lc. L. n.º 2.

# LIBER QVAESTIONVM CRIMINALIVM IN ACTV PRACTICO, FREQVENTIVM ET MAXIME CONDVCIBILIVM.

ET IN SACRO REGIO CRIMINALI CONCILIO CATHALONIAE PRO MAIORI earum parte deciſarum.

*Authore Don Ludouico à Peguera eiuſdem Regij Concilij Conſiliario.*

CVM ſummarijs & indice locupletiſsimo.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2 C. 41 N. 18



CVM PRIVILEGIO REGIO, VT IN SEQVENTI FOLIO.

BARCINONÆ.
*Apud Hubertum Gotart, Anno Domini.*
1585.

# PRIVILEGIVM REGIVM.

NOS DON PHELIP PER LA GRACIA DE *Deu Rey de Caſtella de Arago &c Comte de Barcelona. &c.*

NOS don Ioan de Çuniga Comte de Miranda Marques de Lauanyeſa Veſcomte d͞la Vallduerna Senyor deles caſes de Auellaneda y Baſſan Conceller Lochtinent y Capita general dela S. C. R. Mageſtat en lo Principat de Cathalunya y Comtats de Roſſello y Cerdanya. Per quant per part de vos Noble y Amat Conceller dela Real Mageſtat el Doctor don Luis de Peguera del Sacre y Real concell criminal del preſent Principat de Cathalunya y Comptats de Roſello y Cerdanya nos ſie eſtada feta relatio dient, que vos haueu compoſt y eſcrit vn libre, intitulat, LIBER QVAESTIONVM CRIMINALIVM INACTV PRACTICO FREQVENTIVM ET MAXIME CONDVCIBILIVM ET IN SACRO REGIO CRIMINALI CONCILIO CATHALONIAE PRO MAIORI EARVM PARTE DECISARVM. lo qual es ſegõ volum de voſtres obres: y molt vtil y profitos ala Republica ſuplicant nos perço, queus donaſſem licẽcia y facultat de poder lo imprimir, y priuilegi, pera que lo tẽps que nos ſerem ſeruits alguna perſona de dit Principat nol puga imprimir ni vendre. E cõ per les perſones d͞l Real Concell a les quals la viſta y regonexenſa de dit libre es eſtada comeſa ſe ſie acordat, y determinat, queus deuem donar la dita licẽcia, y a nos haia aparegut be. Pertant y altrament, ab les preſents, vos donam licencia y facultat que pugau imprimir y vendrer lo dit libre: prohibint expreſſament a tots y qualſeuol impreſſors y libraters y a altres qualſeuol perſones de qual ſeuol grau, o condicio que ſien del preſent Principat y Comtats, que ſens facultat y licencia voſtra no puguen impri

¶ 2 mir

mir ni fer imprimir ni vendre lo dit libre per temps de deu anys: Comptadors del dia dela preſent licencia conceſsio y priuilegi. So pena, que qualſeuol quel imprimira, o vendra, haia perdut y perda tots y qualſeuol libres y molles ab quels imprimira o vendra. Manant perço al Spectable Noble Magnific y amat Cõceller dela Real Mageſtat lo portant veus de general Gouernador enlos dits Principat y Comtats, veguers, balles, ſots veguers, ſots balles, alguatzirs, verguers, y porters, y altres qualſeuol officials tant reals com de barons, y ha altres qualſeuol perſones de qualſeuol ſtament grau, o cõdicio ſien requeridors requerints, apena de ſinc cents florins de or dels bens dels contrafahents irremiſſiblement exigidors, y als Reals Cofrẽs applicadors, que la preſent noſtra licẽcia y facultat a vos dit noble y amat cõceller đ ſa Mageſtat don Luis de Peguera Doctor de dit Real Concell criminal tinguẽ guarden y obſeruen tenir guardar y obſeruar facen inuiolablement, y contra no vinguen, ni faſſen ni fer ni venir permetan en manera alguna, ſi la gracia de ſa Mageſtat tenen chara y enla pena ſobredita deſigen no incorrer. Dat en Barcelona a deu dies del mes de Gener Any dela natiuitat đ Noſtre Senyor mil ſinc cents vuytanta y ſinc.

*EL CONDE DE MIRANDA*

V. Cordelles Regens.

V. Franqueſa fiſci aduocatus. & pro Regente Theſaurariam.

In Diuerſor. Locumtenentiæ. Xvj. Folio. LXXVII.

# CATHOLICO PHILIPPO AB AVSTRIA REGI POTENTISSIMO ET INVICTISSIMO AC TOTIVS CHRISTIANAE RELIGIONIS DEFENSORI DOMINO SVO.

*D. LVDOVICVS A PEGVERA S.P.D.*

*CVM innumeros labores, aſſiduaſq; calamitates, & miſerias eorum, qui bonarum artium ſtudia, ac præſertim iuris prudẽtiæ, non ſine magno ſumptu, magnaq; diligentia inueſtigant, Federicus Imperator ſibi ante oculos proponeret: horum verborũ prætextu, quòd eorum ſcientia totus mundus illuminetur; illos, illorumq; dignitatem varijs honorum, priuilegiorumq; generibus extollere voluit & exornare Quibus ſane ille verbis illorum eruditionem, ſi eius lumine, & ſplẽdore vniuerſus orbis terrarum expoliendus, illuſtrãduſq; eſt, in omnium aſpectum, lucemq; proferendam eſſe ſignificauit, ac planũ fecit; vt hoc modo, & illa ſuo munere fungatur. & id, quod ei propoſitum eſt, in adminiſtratione, pace, & tranquilitate Reipublicæ, cuius cauſſa de ea cõparanda tãtopere elaboratur, ſine vllius rei intermiſſione perficiat. Quod quidẽ tam congruens rationi, conſentaneumq; eſt; vt neminẽ eſſe, cui non probetur, exiſtimẽ. Etenim niſi maiores noſtri ſuarum elucubrationum, vigiliarumq; nobis lucẽ reliquiſſent; ac ea, quæ quam lõgiſſimo tẽporis ſpatio, ſummorumq; laborũ diuturnitate didicerant, explanaſſent: illa ſane, que hac noſtra ætate facilia ſunt, difficultatis pleniſſima comperiremus; quodq; nunc apertum, pate factumq; eſſe vehementer cuperemus, in tenebris ad huc, et obſcuritate videremus iacere. Quam ob rem vnus ego eorũ, qui Veſtræ inſeruimus Mageſtati in Sacro Regioq; cõcilio criminali Cathaloniæ, cum res innumeras animaduerterim, quæ frequenter in foris atq; in iudicijs occurrunt, quæq; multum momẽti bonã ad Reipublicæ adminiſtrationẽ adferunt: me continere ſane non potui,*

¶ 3 quin

Cap.8.

AN dominus Rex poſsit de peſte epidemiæ infectos ſeu ſuſpectos ipſis in auditis & indefenſis de ſuis domibus eijcere, & bona eorum mobilia in quibus peſtis de facili conſeruari ſolet vt ſunt lecti & pelles & his ſimilia comburi mandare. fol.19.

Cap.9.

AN ſi carceratus impetitus de delicto reſiſtentiæ factæ contra officialem eum pro debitis ciuilibus capientem, vel aliàs allegat per modum exceptionis ſeu replicationis malam capturam, prætendens ſe nulliter captũ, ſit articulus prætenſæ nullitatis capturæ prius diſcutiendus, & interim ſupercedendum in cauſa reſiſtentiæ? fol.20.

Cap.10.

AN quando ſunt in termino duo domini habentes in eo pro indiuiſo iuriſdictionem, & non cõcordit in vſu & exercitio ipſius iuriſdictionis, poſsint per dominum Regẽ compelli, quòd cõmuni & concordi ſuffragio eligant atq; conſtituant baiulum, aſſeſſorem, ſcribam, & alios miniſtros neceſſarios, quibus nomine & authoritate illorum ſubditis iuſtitia adminiſtretur. fol.22.

Cap.11.

AN vaſſallis vnius Regis liceat, ad vlciſcendas iniurias ſibi in alienis regnis illatas perſonas & bona dictorum alienorum regnorum pro aliorũ noxa capere, repræſalijs propria authoritate vtendo. Et ſi concluditur quòd non, qua pœna puniantur capientes. folio.23.

Cap.12.

AN viles & inhoneſtæ mulieres poſsint & debeant expelli a conuicinijs honeſtarum mulierum fol.24.

Cap.13.

AN dicens alteri quòd eſt iudæus, & affirmat poſtea in multis locis & partibus illum ex genere & propria iudæorum deſcendere, inferat ei iniuriam, & quam, Et an talis iniuria ſeu conuitium ſit punitione dignum, & qua pœna? fol.25.

Cap.14.

AN homicidium ſecutum ex vulneribus in rixa illatis ſit pœna ordinaria homicidij puniendum, vel extra ordinaria arbitrio iudicis? fol.28.

Cap.15.

IN quo quæritur, quid lenocinium ſit, quiq; in lenocinij crimen incidãt, & qua pœna lenones puniantur. fol.31.

Cap.16.

Anpræ-

AN præcedentibus legitimis & ſufficientibus indicijs, quis poſsit torqueri pro furto parui valoris, ad habendam veritatem ab eius ore. fol.32.

Cap.17.

IN quo quæritur, quomodo indicia vnius teſtis de viſu, confeſsionis extraiudicialis, aſſertionis offenſi, inimicitiæ capitalis, minarum, famæ publicæ, & fugæ, debeant procedere ad faciendum indicium ad torturam. Et an in criminalibus probationes poſsint coniungi ad faciendam plenam probationẽ, vt hinc ſequi poſsit condemnatio pœnæ ordinariæ delicti commiſsi. fol.33.

Cap.18.

AN non obſtante lege prouinciæ, quæ decidit cauſas tam ciuiles, quàm criminales, non eſſe à prouincia extrahẽdas, poſsit dominus Rex cum eſt abſens ab illa prouincia facere gratiam ſeu remiſsionem delictorum ceſſante partis inſtantia. fol.38.

Cap.19.

IN quo quæritur, qua pœna puniẽdus ſit ille, qui in cauſa capitali aduerſus reum falſum teſtimonium dicit. fol.39.

Cap.20.

AN à marito debeantur vxori extra domũ alimenta, quando ipſa vxor receſsit ab eius domo propter malas tractationes, & eiuſdem mariti ſeuitias. fol.40.

Cap.21.

AN ex inſultu, & ſola inuaſione proxima maleficio, cẽſeatur pax & treuga rupta. fol.41

Cap.22.

IN quo hæc proponitur quæſtio, Quis ſententia exulatus fuit à prouincia, & reperitur, quòd ante condemnationem fuerat recõmendatus pro debitis ciuilibus, quæſtionis eſt, an dicta recõmendatio poſsit & debeat ſuſpẽdere executionem ſententiæ criminalis dicti exilij ſeu bannimenti. 42.

Cap.23.

AN quando res violenter furto ſubſtractæ fuerunt, & non apparet de quantitate rerũ furatarum, neque ea facile probari poteſt, iuramentum in litem vel veritatis defferendum ſit damnum paſſo, tam reſpectu quantitatis, quàm æſtimationis. fol.42.

Cap.24.

IN quo de ſacrilegio furtim commiſſo, de eiuſq; ſpeciebus, atque de furum ſacrilegorũ pœna diſputatio inſtituitur. fol.43.

Cap

Cap. 25.

AN receptatores rerum furatarum puniantur vt fures & latrones. fol. 46.

Cap. 26.

IN quo oſtenditur qua pœna ſit puniendus fur qui de nocte aſce ndit ad domum alienam cum ſcalis, & res in domo inuentas furto ſubſtrahit. fol. 46.

Cap. 27.

AN fures poſsint pro vno furto magno ad mortem condemnari. fol. 47.

Cap. 28.

AN fur qui rem furatam in aliud territorium exportauit poſsit in eo puniri ratione nouæ contrectationis. fol. 48.

Cap. 29.

IN quo quæritur, quis dicatur abigeus, & quibus pœnis abigei puniantur. fol. 49.

Cap. 30.

AN vſura ſit delictum, illudq; mere eccleſiaſticum, vel mixti fori. fol. 50.

Cap. 31.

IN quo reſoluitur quibus pœnis vſurarij puniantur, & quòd Principes ſeculares in ſuis regnis poſſunt arbitrariè imponere pœnas contra vſurarios. fol. 56.

Cap. 32.

IN quo agitur de vſura circa mutuum, vt præludium ſit ad cap. ſequens. fol. 60.

Cap. 33.

INn quo de graui agitur quæſtione. Solent mercatores cum pecunias mutuant Principibus, Ducibus, ac alijs magnatibus, ſub pactis ſequentibus cum eiſdem contrahere. Primo quòd liceat mercatori pecuniam mutuatam ſeu tantundem pecuniarum ſumere àſe ipſo ad cābiū, vel à quibuſcunque alijs, & quòd poſsit eam cābire, & recābire ſemel, & pluries, & quotiens ei beneuiſum fuerit, hoc expreſſo pacto, quòd intereſſe ſeu actuariū non poſsit excedere ſummam quindecim pro centenario in anno, quòd eo ipſo puncto, quo quātitas mutuata exſoluta fuerit, cedat oneri Principis mutuatarij, donec & quo uſque mercator mutuans, de pecunia mutuata vna cum intereſſe damnis & expenſis in-
tegre

tegrè ſit ſatisfactus. Et quod poſsit dicta cambia ad quæ cunque loca & nundinas tranſmittere, & ea remittere ad quoſcunque inſtitores ſeu factores. Secundo, quòd in recompenſationem commoditatis mutui reperti, atque pro laboribus ducendi dictam pecuniam mutuatam ad cambium, mutuatarius titulo donationis ex eius mera & libera voluntare procedentis dare teneatur eidem mercatori tercentum ducatos, vel aliam ſtipulatam ſummam. Tertio, quòd ipſe mutuatarius ſuis proprijs expenſis, atque laboribus, pro ipſo mercatore & ad eius vtilitatem obtinere habeat à Regia Mageſtate facultatem atque licentiam extrahendi á regnis Caſtellæ tantam quantitatem quantam ipſe mercator eidem mutuauerat, quòd ni fecerit, teneatur ipſe mutuatarius de ſuis facultatibus valorem dictæ licentiæ ſoluere. Quarto, quòd Princeps ſeu quiuis alius mutuatarius prædictam quantitatem mutuatam vna cum dictis intereſſe, & expenſis, infra vnum annum reſtituere teneatur in eodem met loco in quo mutuum contrahitur. Quinto quòd pro tuitione & ſecuritate prædictorum, atque pro eiſdem complendis, dictus Princeps mutuatarius obligare & hypothecare habeat dicto mercatori certas & deſignatas res ſummæ æſtimationis & valoris, vt eſt recamera, qua res precioſiores continentur, cum expreſſa earum rerum manus immiſsione, & facultate, quòd ni predicta omnia ſtipulata & in pactum deducta infra ſtatutum tempus ad implerentur, liceat mercatori quæ pignori ſibi tradita ſunt, in encantu, vel ſine encantu diſtrahere, & de pro ceſsis in prædictis omnibus ſibi met ſatiſfieri. Nunc ex prædictis eſt quæſtio, an contractus inter has perſonas hac forma celebratus hiſſeq; pactis indutus ſit vſurarius cenſendus vel non. fol. 64.

Cap. 34.

AN conſuetudo fœnerandi per vſurariam prauitatem excuſet à pœna temporali? folio. 68.

Cap. 35.

AN iudex in cauſa vſuraria poſsit ex officio procedere ad priuatam vtilitatem? & an illud facere poſsit nulla præcedente diffamatione. fol. 70.

Cap. 36.

AN quando barones ſeu eorum officiales de ipſorum conſenſu abutuntur in ſuis baronijs iuriſdictione, receptando potius quàm puniendo latrones publicos, homicidas, incēdiarios, ſacrilegos, plagiarios, ac alios facinoroſos homines, poſsit dominus Rex iuriſdictionem dictarum baroniarum ponere ſub regio ſequeſtro? fol. 71.

Cap. 37.

AN in furto ſocius criminis poſsit torqueri in caput ſociorum & receptatorum? folio. 72.

Cap. 38.

AN in pecunijs banchi falliti, creditores hypothecarij cāpſoris ſeu mēſularij falliti qui ſunt creditores ex alijs cauſis & reſpectibus quā ex rationibus dicti banchi præferantur creditoribus qui tantum ſunt creditores ex rationibus eiuſdem banchi, vt puta, ex eo
quòd

quòd in eo pecuniam depoſuerunt? An è contra, creditores ex banchi rationibus tantũ præferantur alijs creditoribus hypothecarijs qui ex alijs cauſis & rationibus creditores ſunt? fol. 74.

Cap. 39.

IN quo quæritur de quæſtione, ſtatuit lex prouinciæ, quòd quis non poſsit de certis delictis in eadem lege expreſsis per dominum Regem vel eius locumtenentes generales & alios quoſcunque regios officiales & miniſtros abſolui, aut guidari, cum clauſula, quòd ſi contra hanc legem fiunt gratiæ delictorum & guidatica, ſint ipſæ gratiæ, & guidatica, ipſo facto nulla. Quæritur modo, an abſolutus aut guidatus per dominum Regem ſeu eius locumtenentes de delictis indicta. l. abſolui & guidari prohibitis, & contra expreſſam dictæ legis diſpoſitionem, poſsint ſub illa fide Regia (qua gratia & guidaticum continentur) puniri de dictis delictis, ac ſi vere & realiter gratia & guidaticum nõ fuiſſent conceſſa? fol. 77.

Cap. 40.

AN graſſator qui ſemel in ſtrata publica vel in ſylua furatus fuit, & aufugit ad eccleſiã à qua violenter extrahitur, gaudeat immunitate eccleſiaſtica? fol. 80.

Cap. 41.

IN quo quæritur qua pœna puniendus ſit ille, qui frangit fines exilij impoſiti. fol. 81.

Cap. 42.

AN raptor contrahens matrimoniũ cum muliere rapta, euitet pœnas à lege ciuili propter raptum impoſitas. fol. 83.

Cap. 43.

AN, & quando raptores mulierum puniantur pœna mortis naturalis? fol. 84.

Cap. 44.

AN ganeæ & popinæ ſint à Republica expellendæ? & an puniendi, & qua pœna ſint ciues, & oppidani, dictas ganeas & popinas frequentantes. fol. 86.

Cap. 45.

AN caupones teneantur pro rebus in cauponis hoſpitibus ſeu viatoribus furto ablatis. fol. 88.

Cap. 46.

In quo

IN quo de adulterantibus monetam ſeu illam falſo fabricantibus quæſtio proponitur. fol. 89.

Cap. 47.

AN fideiuſſor promittens præſentare reum iudici toties quoties fuerit requiſitus ſub certa pœna, ſi dictus reus denũo per eundem iudicem ſeu eandem curiam capiatur, & aufugit, vel quocũque alio modo relaxetur à carceribus, ſit liberatus à dicta fideiuſsione ita vt non teneatur vlterius ad illum præſentandum. fol. 90.

Cap. 48.

IN quo magna diſputatur quæſtio, an fiſcus agens hypothecaria contra donatarium transferat in dictum donatarium onus probandi rem ſibi fuiſſe prius donatam, quàm ipſa res fiſco obligaretur, non obſtante lege dicente, creditorem debere probare rem in bonis debitoris fuiſſe tempore contractæ obligationis, & non reum conuentum.

Et caſu quo donatario conuento hoc onus incumbat, an teneatur probare donationẽ prius factam cum rei traditione? vel an ſufficiat ei ad excludendam fiſci intentionem probare ſimpliciter donationem abſq; rei traditione.

Item caſu quo teneatur probare donationem prius factam cum rei traditione, an ei neceſſarium ſit probare de reali traditione, vel ſufficiat probare dictam traditionem per conſtitutum.

Et caſu quo ſufficiat probare per conſtitutum, an teneatur probare, quòd tempore cõſtituti ipſe erat pręſens, vel ſi erat abſens, quod ratificauit conſtitutum ante quam donator contraxiſſet cum fiſco? Et an ei ſufficeret, quód notarius ſtipulatus fuiſſet pro ipſo abſente pro quo fit conſtitutum.

Et quid quãdo donatarius à fiſco hypothecaria conuentus probaret ante contractum habitum cum fiſco rem ſibi fuiſſe donatam & traditam per conſtitutum, & conſtiterit dictum conſtitutum fuiſſe factum ſub conditione, qua pendente, donator eandem rem fiſco obligauit, an ſi poſtea dicta conditio conſtituti purificata ſit trahatur retro in præiudicium obligationis cum fiſco contractæ. fol. 92.

Cap. 49.

AN fiſco vt futuro creditori competat ius reuocandi alienata in eius fraudem per criminoſum ante crimen commiſſum? fol. 94.

Cap. 50.

IN quo agitur de caſibus & coniecturis, quibus in materia reuocandæ alienationis in fraudem creditorum factæ fraus preſumatur: vt declaratio ſit præcedentis capituli, & fiſcus ſciat modos quibus reuocationem alienationis in eius fraudem per criminoſum factæ prætendere poſsit. fol. 96.

## CANDIDO LECTORI.

CVM per aliquot tempus multum ſtudij atq; operę inquibuſdam diſcutiendis quæſtionibus Criminalibus quæ frequenter in vſum atq; iudicium venire ſolent ponere mihi contigiſſet, earumq; legendarum copiam doctis aliquibus noſtratibus iuris conſultis feciſſem vſque adeò illis viſus ſum operam meam non luſiſſe: vt rogatus ab illis ſim, atq; etiam maximopere perſuaſus vt quæſtiones illas in lucem æderem. Etenim cunctis ſtudioſis atq; etiam iuris prudentiæ profeſſoribus valde gratam earum lectionem, vtilemq; ad ipſorum ſubleuanda ſtudia futurã mihi confirmabant. Verum enim vero, cum illorum grauiſsimorum virorum gerere morem voluntati percuperem: meum animum tamen ne id facerem vna illa res quàm maxime retarbat, quòd recens ad modum mea hæc eſſet fætura: & quam nõ dum iuxta Horatij conſilium in nonum præſiſſem annum. Sed fuerunt ab eis ſic enixe efflagitatæ, vt cum non poſsim non omnia illis præſtare animum ad euulgandum eas induxerim meum. Quare non poſſum non lector candide te noſtra hàc præliminari epiſtola admonere, vt ſi qua tibi non ſatis elimata atq; diſcuſſa videantur nihilominus tamen pro tua æquanimitate quæ præſtiti in hoc argumento, æqui boniq; conſulas. Atq; inter alia nolim te moueat inconſulta typographi in huius voluminis folijs inſcriptio, inquibus folijs cum debuiſſet quæſtiones criminales inſcribere, deciſiones criminales inſcripſit. Etenim deciſiones criminales illæ quidem non ſunt: neq; id auctoritatis, quæſtiones haſce Criminales habere volo. Quando quidem particulari quodam meo ſtudio atq; diligentia fuerunt excogitatæ atq; elaboratæ: tametſi pro maiori earum parte eas in Sacro Regio criminali concilio Cathaloniæ deciſas fuiſſe multis eiuſdem Regij Concilij adhibitis concluſionibus pro illarũ corroboratione oſtenderim. Quam obrem veniam in his inquibus tuo ſatiſfacere ſenſui ac iudicio non potui libenter àte dari poſtulo.

# IOSEPHI FERRERI. V.D. Pauperumq; in Cathalonia aduocati, Carmen.

*EXultet miſeranda cohors, captiuaq; turba,*
*Quam teter in vinclis improbé carcer habes.*
*Iam non obſcuræ regulæ ſunt iuris: abiuit*
*Caligo, illuxit lumen in vrbe nouum.*
*Perfacile eſt cuiuis dicere protinus omni*
*In cauſa capitis: nihilq; quod obſtet erit:*
*Tam bene ſunt iſto Ludouici tradita libro*
*Cuncta: vt iudicibus nulla mora eſſe queat.*
*Damna ferent ſontes ex crimine debita promptè*
*Quem lex non damnat, liber abire poteſt.*
*Non erit inſontes cur detineantur iniquê:*
*Nec cur ſint inopi deteriora mala.*




IPSE EST QVI CONSTITVTVS EST A DEO IVDEX VIVORVM ET MORTVORVM. ACTV. x. G.

NOLITE FACERE INIQVVM ALIQVID IN IVDICIO, IN REGVLA, IN PONDERE, IN MENSVRA. LEVI. 19. G.

PROPTEREA DILIGITE IVSTITIAM VOS QVI IVDICATIS TERRAM. SAPI. I. A.

INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI. PROVER. CA. I. A. IDEM IOB. xxviij. D.



# LIBER QVÆSTIONVM CRIMINALIVM IN ACTV PRACTICO FREQVENTIVM ET MAXIME CONDVCIBILIVM ET IN SACRO REGIO CRIMINALI CONCILIO CATHALONIÆ pro maiori earum parte deciſarum.

*Authore don Ludouico à Peguera eiuſdem Regij Concilij Conſiliario.*

## Cap. 1. An detẽtus in carcerib⁹, pro aliquo d̄licto, ſi ab eiſdẽ fugiat carcere effracto, debeat puniri pœna ordinaria illi⁹ delicti, pro quo detinebatur: quãuis innocens reperiatur.

1. *FVga à carceribus, an faciat fugientẽ haberi pro confeſſo, vide pro & contra, & reſoluitur, quòd non: contra communem opinionem.*
2. *Intellect⁹ ad. l. in eos. ff. d̄ cuſtod. et exhibitio. reo,*
3. *Iudex poteſt arbitrari pœnam, quando lex certã & ſpecialem pœnam non imponit.*
4. *Sententia illorũ, nec non Accurſij, in l. in eos. ff. de cuſt. reo. aſſerentiũ, e fuga à carceribus induci cõfeſſionẽ illi⁹ delicti pro quo quis detinetur quãuis innocens ſit, multis rationibus reprobatur.*
5. *Fugiens à carceribus quomodo puniendus ſit, vide hic diſtinguendo.*
6. *Pœna capitis non dicitur illa, quæ mortem naturalem infert*
7. *Concluſio regij concilij.*

1. MAgna eſt ſcribentiũ caterua, quæ ſentit, fugam quę fit ex carceribus, ſiue fractis forib⁹ ſiue conſpiratione, facere fugientem haberi pro confeſſo: adeò, ꝙ ſi reuera fugiens nõ cõmiſsiſſet delictum pro quo erat carcerat⁹, debet puniri ac ſi reuera crimẽ cõmiſsiſſet. In hac ſentẽtia ſunt plures doctores relati per Petrum Duẽyas. in reg. 392. incipiẽti Fuga. in prin. & ĩ prima ampliatione. & alij plures quos refert Nicola. Boer. in deciſio. 215. nu. 6. & Iuli. Clar. in prac. crimi. §. fi. q. 21. verſi. Tertio tamen. aſſerens, hanç eſſe cõmunẽ opinionẽ. Qui omnes dictã concluſionẽ probare conantur, ex. l. in. eos. ff. de cuſ. & exhibitio. reo. iuxta Accurſij intellectũ, ibi in verbo. tamẽ puniẽdi ſunt. Vbi tales pœna ordinaria delicti, pro quo detinebãtur, quamuis innocentes reperiantur coercẽdos eſſe declarat.

Contrariã tamen ſententiã veriorẽ eſſe arbitror: vt ſcilicet, euadentes carcere effracto, non cõfiteantur delicta, pro quib⁹ detinebantur: neq; pro eis puniendi ſunt ſi innocentes, aut non cõuicti, inueniãtur. Probatur primo, quia in toto iure nulla lege hoc cauetur: vt etiã atteſtatur Raphael Cuma. in conſil. 106. nu. 2. & 3. Quod argumẽtũ in iure fortiſsimum eſt: quia erubeſcimus ſine lege loqui. legibus vulgatis. Et quamuis contrariũ aſſerentes, prorentantur probari ex allegata. l. in eos. tamẽ ſi littera, & ſenſus dictæ. l. rectius inſpiciantur, & ponderentur, erit ſatis nobis cõpertum. l. illam talem ſenſum non recipere. Cuius. l. verba hæc ſunt. *In eos qui cũ recepti*

*eſſēt,in carcerē cōſpirauerint,vt ruptis vinculis,*
*& effracto carcere euadant,amplius quā cauſa*
*ex qua recepti ſunt repoſcit cuſtodiendū eſt: &*
*quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur,*
*propter quod impacti ſunt in carcerem, tamen*
2. *puniendi ſunt.* Quo tex. potius noſtra ſen-
tentia extat probata quam aliorū, qui dic
tæ legis fundamento erronee dictam cō
munem opinionem ſtatuere voluerunt.
Nam eo in textu,non quidem certa & ſpe
cialis pæna ſtatuitur, ſed ſolum ſimplici-
ter eos qui in carcerem conſpirauerint,
vt ruptis vinculis,& effracto carcere eua-
dāt puniendos eſſe deciditur: licet ex eo
crimine pro quo detinebantur innocen
3. tes inueniantur. Et vbi lex certam & ſpe-
cialem pœnā non imponit, tunc arbitra
ria pœna vēdicat ſibi locum: vt ſcilicet iu
dex arbitrio ſuo, cauſa cognita puniat vt
in.l.1.§.expilatores.ff.de effractorib.& ex
pilatorib.ibi *q uib⁹ nulla ſpecialis pæna reſcri
ptis principalibus impoſita eſt,id circo,cauſa cog
nita; liberū erit arbitriū ſtatuēdi ei qui cognoſcit*
Concordat tex.in l.1.§.ait prætor ff de iu
re deliberan. ibi.*Si tēpus ad deliberādum pe
tet dabo.* Cum dicit tēpus, nec adijcit diē,
ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis po
teſtate quem diem præſtituat. Cōcordat
etiam tex.in.l. hodie.ff.de pœnis.In eadē
ſententia eſt Alber. de Roſ. in dicta.l. in
eos.num.2. vbi poſtquam in dicta.l. non
determinatur pœna,credit eam eſſe arbi-
trariam: & arbitrio iudicis imponendam
& determinandam.Ergo ſi in caſu illius.l.
pœna arbitrio iudicis infligenda eſt, non
erit verum, quòd tales delinquentes ha-
beantur pro cōfeſsis: quia ſi in cōfeſsis eſ
ſent,pœnę potius ordinarię delicti, quàm
4. extra ordinariæ locus eſſet. Præterea de-
mirandum eſt, tantam doctorum cater-
uam,aliàs non infimi nominis, ex dicta.l.
in eos.dictam communē opinionem ſta-
tuiſſe: cum lex illa, de fugiētibus à carceri
bus nullum faciat verbum: ſed ſolum de
illis,qui cum recepti ſunt in carcerem tan
tum conſpirarunt: vt euaderent. Et ſic de
ſolis cōſpiratoribus loquitur. vt clare ibi
demonſtratur: in verbis.*Vt ruptis,* & ibi in
verbis.*Propter quod impacti ſunt.* Et nō dicit
fuerunt. Hi enim cum detinētur in carce
re ex cauſa ex qua innocētes inueniūtur,
ad huc ratione conſpirationis cum alijs
factę puniuntur pœna indeterminata à le
ge.vt ibi in verbis.*Tamen puniendi ſunt.* nul
la pœna explicita,& ſic venit arbitrio iudi
cis terminanda: vt ſupra abūde probatum
extat. Quapropter,non immerito Accur
ſij ſententiam in dicta glo.ſuper verbo.*Pu
niendi ſunt.* eiuſq; ſequacium,nec nō com
munis opinionis ſupra relatę, aſſerētium,
ex dicta conſpiratione,& ex fuga,effracto
carcere cōfeſsionem induci illius delicti
pro quo quis detinetur, licet innocens in
veniatur, damnandam eſſe fatendum eſt.
Quod etiam ex ſequentibus demōſtratur.
Nam ſi innocentes punirentur ex crimi-
ne non commiſſo,ſequeretur, quod cri-
men non commiſſum haberet pœnam:
ſed de iure crimen non commiſſum non
habet pœnam. vt in.l.ſancimus.C.de pœ
nis ibi.*Sancimus ibi eſſe pænā vbi & noxia eſt.*
Ergo ſequitur, quòd fugiens è carcere, ſi
ue effractis foribus, ſiue conſpiratione, ſi
innocens eiusdelicti pro quo detinebatur
inueniatur,non ſit puniendus pœna deli-
cti cuius eſt innocens. Hæc corroboratur
ſententia ex his quę in iure deciſa ſunt, ꝙ
confeſsio vera non facit puniri eum quē
conſtat innocentem eſſe. l. 1. §. ſiquis vl-
tro.ff.de quæſtionib. vbi ſi poſt confeſsio
nem conſtiterit de innocentia rei, quan-
tumuis condemnatus, reſtituitur à Princi
pe. Ergo ſi vera confeſsio contra innocen
tem nihil operatur, neq; ficta quæ induci
tur ex fuga à carceribus carcere effracto.
l.adoptio.ff.de adoptionib. Præterea,ſi fu
giens carcere effracto puniretur pœna or
dinaria ex eo crimine propter quod impa
ctus erat in carcerem, quamuis innocens
inueniretur, ſequeretur, aut facilimè con
tingere poſſet, quòd nocens & innocens
ratione vnius delicti pœna ordinaria pu-
nirentur Vt puta,cum receptus in carce-
rem conſpiraſſet, & ruptis vinculis euaſiſ
ſet, qui iterū receptus & captus punitur pœ
na ordinaria delicti pro quo detinebatur,
quamuis



quamuis ſit illius delicti innocēs,& poſtea
contingit, quòd illius delicti verus delin-
quens capitur, qui dictæ ordinariæ pœnę
quoq; ſumit ſuppliciū, aut ſaltim pro bo-
no publico ſumere debet; quia expedit rei
publicæ ne crimina remaneant impunita.
l.congruit.ff.de officio pręſid. Ergo ſequi
tur, atq; hoc exemplo demōſtratur, quod
nocens,& innocens, ratione vnius delicti
punirētur pœna ordinaria. Quòd ſanè ab-
ſurdum eſſet, maximumq; incōueniēs, iu-
ri atq; rationi cōtrarium: & ſic nō admittē
dū. Neq; officit ſi dicatur, cōmunē opinio
nē ſupra relatam eſſe in contrariū: nā abun
dè ex ſuperioribus deciſum eſt, dictam cō
munem opinionē eſſe erroneam, & nullo
iure probatā. Immo cōſtat, à pluribus illā
referētibus obiectā eſſe. vt apud Iuli.Clar.
videre eſt, in practi. crimi. §. fi. q.21.verſ.
Tertio tamen, quo in loco oſtendit, in ſuo
ſenatu dictam communē opinionem nō
fuiſſe admiſſam. Idē Antho. Gomez. cap.
9.delicto.nu.11.& in legibus Thauri. l. 76.
num.12. qui referens dictam communem
opinionem, eam reprobat. Rippa quoq;
in.l.admonendi.num.170. refutat dicens,
l.in eos. dictam opinionem non probare.
Quo fit, vt cōcludamus, cōſpiranti in car
cerem, pro crimine non commiſſo pœnā
aliquam non eſſe dandam: ſed tātum pro
5. conſpiratione, fuga, ſeu effractura. Qua in
re, vt breuibus quæſtionē abſoluamus, &
totam materiam effracti carceris perpēda
m⁹, ſic nos diſtinguere oportet. Aut capt⁹
in carcerib⁹ fugit ſine fractura carceris, pu
ta propter negligentiam cuſtodū, & tunc,
ex ſola fuga, ille talis punitur mitius, quā
ſit pœna capitis: & ſic pœna arbitraria. vt
probatur in. l. 1. in prin. ff. de effractori-
bus.& expila. ibi *Quòd ſi per negligentiā cuſto-
dum euaſerit, mitius puniendos.* Aut detruſi in
carcerem non fugiunt, nec frangunt carce
res, ſed adinuicem cōſpirant, vt ruptis vin
culis,& effracto carcere euadant, tunc aut
loquimur de his qui recepti ſunt in carce
rem ex cauſa vera, ex qua pœna eius inue
bat,& eo caſu, quia cōſpiratio agrauat de-
lictum, puniuntur amplius quam ſi non
cōſpiraſſent: vt ruptis vinculis euaderent.
& iſte eſt caſus in.l.in eos.in prin.ff.de cuſ.
& exhi.reor.ibi. *Amplius quàm cauſa ex qua
recepti ſunt repoſcit cuſtodiendum eſt.* Quod in
tellige arbitrio iudicis. vt in allegata.l. 1.§.
expilatores. ff. de effractorib. & expilato-
rib. Aut loquimur de his qui detinebātur
in carcerib⁹ ex crimine,& ex cauſa ex qua
innocentes inueniuntur; & tunc iſti adhuc
ex conſpiratione facta cū alijs puniuntur:
quibus etiam pœna eſt indeterminata. vt
in dicta.l.in eos. in verbis. *Tamen puniendi
ſunt.* quæ pœna venit iudicis arbitrio ter-
minanda, per dictum. §. expilatores. Aut
vero loquimur de illis, qui cū detenti ſunt
in carcere, carceres vel fores rūpūt, & eua
dunt; & iſti puniuntur pœna capitis. vt eſt
caſus in.l milites.§.eius fugam.ibi. *Eum ta-
men qui carcere effracto fugit, etiam ſi ante non
deſeruerit, capite puniendum Paulus reſcripſit.*
probatur etiam in.l. 1. de effractorib. Aut
deniq; capti in carceribus ſolum corrum-
punt,& forte non euaſerūt, nec fugere po
tuerunt; & tūc ſiue effregerint facta cōſpi-
ratione cum ceteris, vel quocunq; modo,
dummodo animo fugiendi id fecerint;
etiam capite puniuntur. vt in dicta. l.1.ibi.
*Saturnius etiam probat, eos qui de carcere ſiue
effractis foribus, ſiue conſpiratione eruperūt, cum
ceteris qui in eadem cuſtodia erunt, capite punien
dos.* Cōcordat tex.in.l.ſiquis aliquid.§.mi-
les.ff.de pœnis. Ratio eſt, quia ſola ruptu-
ra portat pœnā capitis: ideo, quòd carce-
res ſunt loca ſacra: quia ſunt publicè dedi
cata.l.ſacra locà.ff.de rer.diuiſio.ibi. *Sacra
loca ea ſunt, quæ publicè dedicata ſunt, ſiue in
agro, ſiue in ciuitate ſint.* Et ſic muri, & fo-
res carcerum qui publicis vſibus deſti-
nantur, & ad cuſtodiam, & non ad pœ-
nam, ſancti ſunt: ſicut muri ciuitatis. Sed
rumpens vel violans ſanctum capite puni
tur. vt in.l.fi. de rer. diuiſio. Ergo rumpēs
vel violans carceres, pœna iam dicta ple-
6. ctendus eſt. Pœna autem capitis, de qua di
ctæ leges in noſtro caſu loquuntur, non
eam intelligam⁹, quę mortem naturalem
infert: ſed aliam mitiorem. vt eſt glo. no-
tab. quæ pro ſingulari ſolet allegari in. l.1.

C.ne chriſtia.man. in verbo.capitali.& eſt alia ſimilis in. l. nefrumentum. & ibi Bal. & Salycet.C. quæ res vendi non poſ. glo. de iure canonico.& ibi Ioan. Andr. per cā in capit. quanto. in verbo defraudatam. Pro quo rectè adduci poteſt quod notat Cyn.in.l.1.C.de fal.vbi dicit,pœnam capitalem interprætandam eſſe in mitiorem partem: vt comprehendat deportationē, & non mortem naturalem.vide plures cō cordantes apud Petrum Duenyas. in re-
7. gu.393.in.9. limitatione.Et ſecundum vltimam opinionem fuit in regio criminali concilio Cathaloniæ concluſum die. 7. menſis nouembris.1581. in facto fiſci procuratoris regiæ curiæ contra Hieronimū Salas, delatum & inculpatum , quòd cum receptus eſſet, in carcerem conſpirauerit, & ruptis vinculis,& effracto carcere , cum alijs ab eiſdem euaſerit, qui etiam erat detentus pro alijs delictis,adeò capitalibus, quòd ſi probata extitiſſent, ſine dubio fuiſſet reus mortis. Et tamen fuit condemnatus pro dicta conſpiratione,fuga, & effractura , attentis etiam alijs delictis de quibus tantum erat infamatus ad ſeruitium regiarum triremium imperpetuum.

## Capit. 2. An baro cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iuriſdictionem erga aliquem delinquentem alterius baroniæ,poſsit illum capere,& remittere ad ſuum baronem, & iudicem loci delicti.

1. *IVdex in ſua prouincia poteſt capere delinquentem alterius prouinciæ & illum remittere ad iudicem prouinciæ vbi deliquit.*
2. *Iuriſdictio ratione originis, domicilij,vel alias,nō requiritur ad effectum capiendi , & remittendi delinquentem ad iudicem loci delicti. Contraria tamen ſententia verior eſt.vt latè infra num. 4.*
3. *Remiſsio delinquentis ad ſuum iudicē debet de neceſsitate fieri, quando delictum remaneret impunitū.Et quomodo intelligatur.vide infra.num.6.*
4. *Intellectus ad.§.ſi vero quis comprahenſorum.in auth.vt nulli iudicum.*
5. *Remiſsio delinquentium ad ſuos iudices, ſub qua forma,& ſolemnitate de iure facienda ſit.*
6. *Remiſsiones delinquentium fieri debent inter iudices qui ſunt ſub eodem principe,vel domino,cuius iuriſdictiones tam iudicis petentis remiſsionem , quàm iudicis a quo petitur ſunt. Secus autem,quando dominia ſunt diuerſa.*
7. *Concluſio Regij concilij.*

ANTONIVS Soteres loci ſancti Martini Seſcleyoles vaſſallus & diſtrictualis Ioannis Franciſci de Caldes domini & baronis dicti loci ſancti Martini deliquerat in dicto loco, poſtea fuit captus in villa Martorelli per Franciſcum Agullana procuratorem generalem caſtri de Roſanes & de Martorell pro domina quæ dicitur dicti caſtri,in cuius diſtrictu & iuriſdictione nō deliquerat , & cum dictus Antonius Soteres nō eſſet originarius dicti caſtri & baroniæ de Martorell , neq; in ea domiciliū foueret, dictus Agullana remiſsit eum puniendum ad dictum Ioānem Franciſcum de Caldes dominum & baronem loci delicti. Verum conquerendo dictus Antonius Soteres ſe nulliter captū fuiſſe,vt potè, quia captus à iudice vt prætendebatur omnino in competēte; cum in eum neq; ratione originis , neq; domicilij, neq; loci delicti commiſsi nullam iuriſdictionem haberet : prætendendo proinde ſe grauatum & oppreſſum ex ea nulla & inualida vt aſſerebatur ex defectu iuriſdictionis captura,nec non etiam pariter ſe grauatum, & oppreſſum ex dicta remiſsione per dictum Franciſcum Agullana de eius perſona informiter facta ad dictum Ioannem Fraciſcum de Caldes, interpoſuit recurſum ad regium criminale concilium. In quo pro parte dicti Ioannis Franciſci de Caldes domini dicti loci ſācti Martini fuit prętēſum, deductum,& allegatum,capturam dicti Antonij Soteres factam à dicto Franciſco Agullana prædicto procuratore, & conſequenter remiſsionem de illius perſona



perſona factam , rectè & legitimé factam fuiſſe.

1. Et primo poteſt probari per tex. in. §.ſi verò quis comprehenſorum. verſi. Si vero cognoſcatur. in auth. vt nulli iudi. vbi Imperator , ſi cognoſcatur ꝙ delinquens in aliam prouinciam degit , iubet prouinciæ illius iudicem in qua peccari quid huiuſmodi contigerit, epiſtola publica vti,ad illius prouinciæ iudicem in qua delinquēs perſona degit : & quod ille qui publicas ſuſceperit litteras , periculo ſuo compræhendere huiuſmodi delinquentem teneatur,& ad iudicem prouinciæ tranſmittere in qua peccauit : ſupplicijs legitimis ſubijciendum. Quo in loco,non ſolum Imperator approbat capturam, vt ibi in verbis. *periculo ſuo comprehendere.* verum etiam,& remiſsionem inde faciendam ad iudicem loci delicti.vt ibi in verbis. *Et ad iudicem prouinciæ transmittere in qua peccauit.* Ratio autem huius ſanctionis multiplex eſſe poteſt. Prima ratio eſt, quia congruit reipublicæ eo in loco delicta publicè puniri in quo fuerint perpetrata: vt alijs ſit exēplū. l. capitaliū.§.famoſos. ff. de pæn.clemen. 1.de officio ordinar.c.quapropter. 2. q.7. cap. ad deliberandum.de iudæis.& cap.2. de calumniatorib. Secunda ratio eſt , quia reſpublica in cuius territorio delictum eſt perpetratum afficitur ſpeciali iniuria : & magiſtratus illius maximè offenduntur: quibus cōuenit, prouinciam malis hominibus expurgare. Et ideò par eſt, quòd his iudicibus conueniat eorum criminum punitio;vt publica fiat vindicta : & deniq; ſatisfactio illi reipublicę quæ leſa fuit.l. 3. & l.congruit.ff.de officio præſi.cap.1.de raptorib.cle. paſtoralis. de re iudi. &.c. factæ ſunt leges. diſtinctio. 4. Tertia ratio eſt, quia in loco delicti, commodius de criminis authore diſcutitur.quod conſtat & notatur in.§.conſiderantes.vt omnes obedi. iud.

2. Et ſic habes , quòd quando captura alicuius perſonæ fit per aliquem iudicem ad effectum tantum remittendi captum ad iudicem loci delicti,non vt iudex capiēs velit contra delinquentem inquirere, & eundem punire,non requiritur iuriſdictio ratione originis,domicilij, vel alias ex parte iudicis capientis,& remittentis: ſed poteſt delinquentē capere, licet in eum nullā habeat iuriſdictionem : & illum captum remittere ad iudicē loci delicti. Tantū enim ſufficit, quòd iuriſdictio in delinquentem reſideat penes iudicem qui petit remiſsionem ſibi fieri. In huncq; ſenſum percepit Panor. in cap.fi.num.16. in verſ. Nota tamē. de foro competen. vbi dicit, notandum eſſe ex opinione Calderici non ſolū iudicē domicilij poſſe remittere delinquētē , ſed & alium qui nō ſit iudex delinquētis. Quod dicit ſibi placere ex diſpoſitione tex. in dicto.§.ſi verò quis cōprehenſorū. cū ille tex. indiſtinctè loquatur, quòd ſolū debet remitti , & nō dicit per quē iudicē. Hanc eandem ſententiā ſequitur Iuli. Clar. in prac.crimi.q. 38. verſi. Sed quid ſi iudex. dicens,& aſſeuerās, ſolūmodo attendendam eſſe iuriſdictionē iudicis petētis remiſsionē ſibi fieri; nō autē eius à quo petitur remiſsio: & quod ſemper vidit de facto ſeruari : ſiue remiſsio petatur à iudice qui ſit ſub codē principe, ſiue prȩſide prouinciæ: ſiue petatur ab eo qui ſit ſub alio principe: quia non attenditur an poſsit ab eo capi de iure vel ne , ſed ſolū an ille qui petit habeat iurisdictionem procedendi contra eum.

Quęquidem ex Panormitani ratione in dicto cap. fi. num .23. corroborari videntur, vbi reprobat conſuetudinem per quā introductum eſſet , nō debere fieri remiſſiones delinquētiū: ideo quòd publica vtilitas lederetur, quę requirit, ne crimina remaneant impunita: immo in eis puniēdis verſatur. cap. vt famę. d̄ ſentē. ex cōmuni.
3. Hinc ſequitur, quod vbicūq; delictum remaneret impunitum, ſi remiſsio nō fieret, debeat de neceſsitate remiſsio fieri. Quod dicit cōmuniter teneri Anna. in c. ex his. poſt. num. 9. verſi. Et primo arguit. de fur. Quo fit, vt cum ex parte dicti Ioannis Franciſci de Caldes domini dicti loci ſancti Martini adeſſent qualitates tam ratione

 delicti,

delicti, quàm domicilij, tribuẽtes ei iuriſdictionẽ erga eũdem Antoniũ Soteres, eſſet concludẽdũ, capturã, & remiſsionẽ de illiꝰ perſona factam, rectè, legitimèq; factam fuiſſe. Et maximè, hoc publica vtilitate ſuadẽte, ne illiꝰ crimina remanerẽt impunita.

His tamẽ non obſtãtibus, in caſu propoſito, cõtraria opinio viſa fuit verior. Videlicet, dictũ Antoniũ Soteres à Franciſco Agullana prædicto generali procuratore tãquã nõ habente in eũ iuriſdictionẽ neq; ratione domicilij, neq; originis, vel alias, male captum fuiſſe: & proinde nõ potuiſſe illum remittere ad iudicem delicti.

Et non obſtant tex. in. §. ſi vero quis cõprehẽſorum, & dicta doctorum ſuperius allegata, quę robur, ac vires ex dicto. §. ſuſ-
4. cipiunt. Nam. §. ille ſi vero quis compræhẽſorũ. iuxta veriorẽ ſenſum ita interpretandus eſt, vt ab eo tantum iudice faciẽda ſit remiſsio ad locũ delicti qui ſit iudex ratione originis; vel domicilij. Non enim à quocunq; iudice illius loci vbi delinquẽs habitat, aut cõmoratur, in delictis faciẽda eſt dicta remiſsio. Etenim, ille tantũ iudex poterit ac debet remittere, qui ratione domicilij, aut originis alteriꝰ ve cauſę habeat iuriſdictionẽ in ipſum delinquentẽ. ita Anto. Butr. num. 10. Fel. nu. 9. & Areti. col. 4. in cap. fi. de foro cõpeten. Quã ſentẽtiam probare conantur ex cap. 1. de priuileg. in. 6. vbi conſtat, exemptũ qui iure ad locum delicti remittendus alioquin eſt, nõ poſſe remitti à iudice ordinario à quo exẽptus exiſtit: quia in exẽptũ iuriſdictionẽ nõ habet. Igitur neceſſaria eſt iuriſdictio aliqua ex cauſa, vt iudex remittere poſſet delinquentẽ ad locum delicti. In eadẽ ſententia quoq; eſt Boſ. in ti. de foro competen. nu. 52. vbi admonet, non eſſe credendum, a quolibet iudice remiſsionẽ poſſe peti: ſed tãtum ab eo qui habet iuriſdictionẽ in eũ reum, vt eſt iudex domicilij: & ſecus eſſe, ſi nullã iuriſdictionẽ haberet. Quod quidẽ exemplo demonſtrare conatur, de eo qui cum in ſua ciuitate deliquiſſet fugerat Mãtuam, determinans, à iudice illius loci non poſſe peti remiſsionem: cum ille iudex nõ poſſet eum capere. Idẽ Mariã. Soci. in cap. poſtulaſti. num. 14. de foro competen. Couar. practi. quęſtio. cap. 11. nu. 10. qui hoc ipſum procedere non ſolum ait in remiſſione neceſſaria, de qua loquitur tex. in dicto. §. ſi vero quis comprehenſorum; verum etiã in voluntaria: ſcilicet in illa quæ fit ſpõtè, & vrbanè. quæ pari modo exequi non poteſt, niſi iudex aut ratione domicilij, aut originis, iuriſdictionem habeat in ipſum delinquentem. Et cum dictus Franciſcus Agullana caruiſſet omnibus qualitatibus ſibi iuriſdictionem tribuentibus, cõſequens eſt, vt nec potuerit dictum Antonium Soteres capere, neq; inde ad dictum Ioannem Franciſcum de Caldes iudicem delicti remittere.

Pręterea tex. ille in dicto. §. ſi vero quis comprehenſorum. loquitur vt ſupra diximus in remiſsione neceſſaria: ideo quòd lex illa neceſsitat iudicẽ prouincię in qua delinquens degit, vt periculo ſuo comprehendat delinquentem, & ad iudicem prouincię tranſmittat in qua peccauit, ſupplicijs legitimis ſubijciendum. Sed in hoc Cathaloniæ principatu, non eſt locus remiſſioni neceſſarię. vide late Præpoſitum. de pace & treugua. cap. ſi captio. pagi. 2. & 3. qui allegat conſti. pręterea confirmantes. Reg. Petri. iij. & conſtitu. item quòd vicarij. Reg. Petri. ij. quibus iuribus, ab rogata videtur diſpoſitio in dicto principatu dicti. §. ſi vero quis cõprehenſorum. in auth. vt nulli iudi. Ergo concludendum eſt, dictam remiſsionẽ ex diſpoſitione dicti tex. fieri non potuiſſe.

Et quamuis verum eſſet, quòd dicta diſpoſitio dicti. §. militaret in Cathalonia, non erat facienda dicta remiſsio niſi forma & iuris ſolemnitate adhibitis. iuxta diſpoſitionem tex. in dicto. §. ſi vero quis cõ-
5. prehenſorum. Forma autem & ſolemnitas à iure conſtituta hęc eſt, quòd iudex loci delicti mittat litteras requiſitorias indebita forma in iuris & iuſtitię ſubſidium expeditas, ad iudicem qui captum detinet delinquentem; vt eum ad ſe, vt iudicem loci in quo peccauit puniedũ tranſmitteret.

vt in



vt in dicto. §. In quibus quidem litteris, iudex requirens tenetur ſummariam delicti cognitionem interſerere: quia ad hoc vt fiat remiſsio ad locum delicti, eſt neceſſaria quędam ſummaria criminis cognitio, & probatio: ne alioquin, quis innocẽs infamia notetur. glo. in clemen. paſtoralis. in verbo. de more. de re iudi. Oldra. conſil. 224. Bal. in. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. & Aret. in cap. fi. nu. 20. de foro competen. Et quòd hæc ſummaria cognitio fieri debeat à iudice loci delicti, qui remiſsionem petit. tenet Bar. in dicta. l. 1. Panor. in capit. fi. num. 18. de foro comp. & Guido Pa. in dicta deciſione. 202. Cumq; hæc forma & ſolemnitas omnino defecerint in dicta remiſsione facta per dictum Franciſcum Agullana ad dictum Ioannem Frãciſcum de Caldes, nõ eſt cur ratio dicti Caldes iuuari poſsit ex diſpoſitione dicti. §. ſi vero quis comprehenſorum: immo eſt fatendum, eam nulliter fuiſſe factã ratione formę improbatæ. vt in varijs iuris locis varijſq; exemplis demonſtrari poſſet.

6. Neq; officit ratio Panormitani in cap. fi. num. 23. reprobantis conſuetudinẽ per quam introductum eſſet non debere fieri remiſsiones delinquentium, ideo quòd publica vtilitas lederetur, quæ requirit, ne crimina remaneant impunita. Nam hoc eſſe verum ſcribentes fatentur, inter iudices qui ſunt ſub eodem principe, vel domino: & cuius iuriſdictiones tam iudicis petentis remiſsionem, quàm iudicis à quo petitur ſunt: inter quos, de iure vbi crimẽ remaneret impunitum facienda eſt remiſſio: & conſuetudo in contrarium nõ valeret: quia irrationabilis eſſet, contra. cap. fi. de conſuetudine. vide Boſ. in titu. de foro competen. nume. 23. & Dida. à Couarru. practi. q. cap. 11. num. 10. vbi videas rationes. Non tamen hoc procedit, quando dominia ſunt diuerſa: nam in hoc caſu de generali conſuetudine non fiunt huiuſmodi remiſsiones. de qua conſuetudine atteſtantur Iul. Clar. & multi alij ab eo relati, in ſua practi. q. 38. verſ. Sed certè. & verſi. ſequen. ibi. *ceterum inter diuerſa dominia.* Cumq; dominia dictarum baroniarum, in quibus in Cathalonia barones dicuntur reguli ſint diuerſa, & vnus quiſq; in eis reſpectiuè habeat altam iuriſdictionem, adeo, quòd vnus alteri obedire non tenetur, eſt dicẽdum, dictam remiſsionem fieri non potuiſſe: obſtante dicta generali cõſuetudine, quæ inter diuerſa dominia approbata eſt. Immo dictus Antonius Soteres debebat eſſe ſecurꝰ in dicta villa Martorelli prout ſunt in Italia in qualibet ciuitate quæ ſibi ipſi præſes eſt: & quæ habeat iuriſdictionem ſeparatã. prout ſeruari de cõſuetudine atteſtatur Fulgoſ. conſil. 149. num. 2. Soci. iunior conſil. 76. nu. 7. lib. 3.

7. His itaq; meritis attentis, & conſideratis, & alias fuit ſecundum hanc vltimam opinionem concluſum in regio criminali concilio Cathaloniæ die. 24. Ianuarij. 1582. in facto dicti recurſus interpoſiti per dictum Antonium Soteres, à mala captura de eius perſona facta per dictum Franciſcum Agullana procuratorem generalem dicti caſtri de Roſanes, & de Martorell. & detentione illius perſonæ facta per Ioannẽ Franciſcum de Caldes dominum caſtri de Segur, ac dicti loci ſancti Martini Seſcleyoles, ad quem dictus Antonius Soteres fuerat remiſſus; vbi fuit concluſum, dicto recurſui interpoſito locum fuiſſe & eſſe: iniungendo dicto Ioanni Franciſco de Caldes, vt dictum Antonium Soteres relaxaret.

## Cap. 3. In quo quæritur, quis dicatur vagabundus, & qua ratione reprobetur, quaq; pœna puniendus ſit.

1. *Vagabundorum reprobatio incepit ab Adam.*
2. *Homo naſcitur ad laborem.*
3. *Creaturæ omnes ex quo continuo operantur docẽt non eſſe perſiſtendum in otio.*
4. *Otioſi reprehenduntur à Ieſu Chriſto domino noſtro.*
5. *Otioſitas multam malitiam docet.*
6. *Otium fuit vnum ex peccatis propter quæ Sodoma de-*

*ma deſtructa fuit.*
7. *Paulus Apoſtolus ſæpiſsime laborem cõmendat.*
8. *Inferior nõ poteſt permittere id quod ſuperior vetuit.*
9. *Vagabundus quis dicatur.*
10. *Vagabundi vbi reperiuntur ibi conueniuntur: et puniuntur.*
11. *Vxor non tenetur ſequi maritum temerariè vagabundum.*
12. *Vagabundus quomodo puniatur.*
13. *Concluſio Regij concilij.*

1. VAgabũdorum atq; otio-
ſorũ hominum reproba
tionem à creatione ho-
minis initium ſuſcipere,
ſacra docet ſcriptura. Nã
Deus optimus Maxim⁹
poſtquã formaſſet Adã
de limo terræ, poſuit illum in paradiſo vo
luptatis, vt operaretur: & cuſtodiret illũ. vt
Gene. 2. cap. & ſic patet ex illis verbis. *Vt ope
raretur.* otium iam ex tunc, homini repro-
batũ fuiſſe. Cumq; Deus ei præcepiſſet, ne
de ligno ſcientię boni, & mali comederet,
ipſeq; poti⁹ vxoris ſuæ vocẽ audiuiſſet, de
ligno vetito comedendo, quã Dei præce-
pto (ne comederet) obedire curaſſet, fuit
ab ipſo Deo ad laborẽ adiudicatus: ita vt
maledicta terra in opere ſuo, in laboribus
comederet ex ea cunctis dieb⁹ vitę ſuę. ita
Gene. 3. quo in loco etiã legimus, hominẽ
cõdẽnatũ vt in ſudore vultus ſui veſcatur
pane ſuo donec reuertatur in terrã aqua
ſumptus eſt. Ex quibus ſequit̃, quòd cũ do
minus velit ſemper perſiſtẽdũ eſſe in labo
re, ex hoc quoq; vagabundos, atq; in otio
2. viuentes reprobare voluiſſe. Ad laborem
enim hominẽ naſci, legitur Iob. 5. ver. 7.
vbi inquit, Homo naſcitur ad laborem &
auis ad volatũ. Quod ita operat⁹ eſt Chri-
ſtus exẽplar omniũ rectiſsimũ: qui omnẽ
vitã ſuã laboribus ad mortẽ vſq; impẽdit.
Et quod otiũ fugiendũ ſit, & ſemper labo-
randũ oſtendũt creaturę omnes: quarum
3. nullã otioſam inueniri fatẽdum eſt. Cœli
enim orbes, & elementa motu operantur
aſsiduo: terra annuis fructibus procreãdis
4. finem nõ facit. Chriſtus etiã virgines dor-
mientes & otioſos qui ſunt in foro repre-
hendit. vt Math. 20. ibi. *Et egreſſus circa horã
tertiam vidit alios ſtantes in foro otioſos et dixit
illis, ite et vos in vineã, et quod iuſtum fuerit da-
bo vobis.* & ibi. *circa vndecimã vero exijt, et in
uenit alios ſtantes. et dicit illis, quid ſtatis tota die
otioſi?* & cap. 25. ibi. *Vigilate, quia neſcitis diem
neq; horã.* Quamobrẽ ſacra ſcriptura ſatis
nobis cõpertum eſt, terram otioſe viuẽdo
5. occupandã non eſſe. Otioſitas enim multã
docet malitiam. vt Eccleſias. cap. 33. Et legi
tur, quòd inter peccata propter quę fuit
6. deſtructa Sodoma fuit otioſitas. vt Eze-
chiel. cap. 16. ibi. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodo-
mæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, et abun
7. dantia, et otium ipſius, et filiarũ eius.* Atq; ideo
Paulus Doctor gentiũ laborem ſępiſsime
cõmendat: cui ſe eſſe deditũ gloriatur di-
cens in epiſtola. 2. ad Theſalonicẽſes cap.
3. non eſſe ignotũ illis quomodo imiten-
tur ſe; quãdoquidẽ apud illos nunquã fue
rit otioſus, neq; panẽ ſine labore mãduca-
uerit: ſed in labore nocte, & die operãdo,
ne cuiquã moleſtus eſſet. Et ita illis cõmẽ-
dat, & pſuadet, vt ſemp in labore perſiſtãt:
ignauiſq; victũ denegẽt: quia vt in cõ. c. in-
quit, ſi quis nõ vult operari nec mãducet.
Si igitur vtriuſq; teſtamenti pagina oſtẽ
ſum eſt, hominẽ ab ipſo Deo ad laborẽ de
dicatum eſſe, vt ſibi mediũ eſſet ad fruen-
dam terrã, cœlumq; promerẽdũ, nulloq;
modo ipſum debere terrã otioſe viuendo
occupare; nimirũ ſi humanæ leges homi-
nes qui abſq; domicilio, & habitatione p
varias ciuitates & loca diuagando diſcur-
8. rũt abhorrent: & deijciunt. Non enim hic
modus viuendi permittẽdus eſt; nã homo
cũ inferior ſit, nõ debet pmittere id quod
ſuperior vetuit; qui eſt ipſe De⁹. Atq; ideo
contra hoc modo viuẽtes principes terræ
in ſuis regnis atq; prouincijs pœnas ſtatue
rũt. Qui quidẽ cõmuni nomine vagabũdi
appellãtur: ideo quod per mundũ vagari
9. dicuntur. Et ideò a ſcribentibus fertur, va
gabundum eum eſſe, qui non habet domi
cilium certum, vel habitationem: quoti-
dieq; per varias ciuitates vagus oberrat.
glo. in l. eius qui manumiſit. §. fina. ff. ad
municipal.



municipal. Bar. in. l. 4. §. prætor ait. num.
24. ff. de dam. in fec. Iodo. in practi crimi.
q. 33. num. 15. Bos. in titu. de foro compe-
ten. num. 70. Marian. Soci. in cap. fi. num.
57. de foro competen. Imol. in capit. fi. nu.
15. de eo qui mitti. in poſſeſsio. cau. rei ſer
uan. Cæpol. in conſil. 59. Hippoly. con. 58.
Couar. practi. queſt. c. 11. nu. 7. & Iul. Clar.
in practi. crimi. q. 39. verſi. Sed hic quæro.
10. De his etiam vagis ſiuè vagabundis qui
bus nulla eſt in prouincijs certa habitatio
nis ſedes quoq; ſcribitur, nullam fieri re-
miſsionem: cum vbilibet locorum vbi re-
periuntur conueniãtur; & punitioni ſubia
ceant. l. 1. & ibi glo. in verbo. reperiuntur
in fi. C. vbi de crimi. agi opor. quã Docto-
res frequentiſsimo conſenſu ſequuntur:
ex ea deducentes, vagabundum poſſe pu-
niri vbicũq; fuerit inuẽtus. Crimina enim
vbi clarucrint ibi ſunt punienda. vt in. c.
cccc. 24. q. 3. & in. c. ſiquid. 86. diſtinc. & de
licta non debent remanere impunita. l. ita
vulneratus. 1. reſpon. in fi. ff. ad leg. aquil.
cap. vt famæ. ex. de ſentẽtia excommuni.
Reipubli. etiam intereſt vt prouincia ma-
lis hominibus purgetur. l. congruit. ff. de
offi. pręſi. De quo quidem vagabundo po
teſt intelligi illa authoritas, vbi te inuene-
ro, ibi te iudicabo.
11. Contra eoſdem etiam ſtatuitur, quòd
licet de iure vxor ſubdita ſit marito, tenea
turq; illum ſequi quocũq; loco vir migra
re voluerit, ſi domicilium mutare velit. vt
in. c. vnaquęque. 13. q. 2. Abb. in cap. d illis.
de ſponſalib. tamẽ vbi maritus temerariè
vagare voluerit, nullaq; iuſta ratione illud
faciat, nõ tenetur vxor illum ſequi, niſi ab
initio cõtractus ſciret illum eſſe vagabun
dum: eiq; vicio deditum. ſicuti explicat
glo. in. c. ſi quis. 34. q. 2. & in. c. vna quęque.
13. q. 2. quam dicit ſingularem Imol. in ru-
bri. ff. ſoluto matri. num. 7. notat Alex. in.
l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matri.
& eſt communis opinio Abb. Henrici. &
aliorum. in cap. de illis de ſponſalib.
12. Pœnam autem illorum ipſe conſidero,
prout in vna quaq; prouincia per princi-
pes ſtatuta, atq; impoſita eſt. De quibus in
hac prouincia Cathaloniæ fuit ſancitum
in cap. 14. curiæ anni. 1553. vbi cõtra dictos
vagabundos impoſita eſt pœna fuſtigatio
nis: aut ſeruiendi in regijs triremibus ad
quinquẽnium. Quamquidem pœnam lo
cum tenentes generales eiuſdẽ prouinciæ
noſtræ in ſuis pręconijs & edictis generali
bus contra vagabũdos ſtatuere ſoliti ſunt:
eamq; cummulatiuè imponunt; vt ita du-
bium reſultãs ex dicto cap. 14. tollatur, ſu
per alternatiua ibidem poſita. Et ita patet
in præconijs Excellentiſsimi Comitis de
Miranda nunc locumtenẽtis generalis in
13. cap. 26. & in cap. 45. & 46. Qua pœna fuſti
gationis & condemnationis ad ſeruitium
regiarum triremium ſimul, pluries contra
vagabundos fuit iudicatum in regio con-
cilio; quamuis ex cauſa in aliquibus pœna
triremium temperata ſit, vel ratione mino
ris ætatis vel alias. De quibus cõſtat in plu-
rimis concluſionibus. & ſignanter fuit cõ
cluſum die. 7. Auguſti. 1581. in facto fiſci
procuratoris regiæ curię contra Ioannem
de Gueſca, Bernardum Gili, & Ioannẽ So-
la delatos, & inculpatos, quòd inceſſerant
per præſentem principatum diuagando,
& otioſè viuendo, contra conſtitutiones
eiuſdem principatus: & regias præconit-
zationes, qui fuerunt fuſtigati palam &
publicè per loca ſolita præſentis ciuitatis:
& condemnati ad ſeruitium regiarum tri
remium remigando ad quinquennium.
Et die. 5. Auguſti. 1582. in facto eiuſdẽ fiſci
procuratoris contra Bernardum Vila, Do
minicum Lauarta, Franciſcum Tolrra, Ioã
nem Perez, Ioannem Ramon, & Petrũ de
Reyner delatos de eodem crimine. & die.
23. Nouẽbris. 1583. contra Ioannem Bonet
& Petrum Climent regni Aragonum mi-
nores, qui etiam fuſtigati fuerunt: & con-
demnati ad ſeruitium regiarum triremiũ
ad triennium.

## Cap. 4. In quo quęritur quis dicatur mendicans validus: & an puniendus ſit; & qua pœna.

1. *Mendicitas ob Omni Potenti Deo cõmendata eſt.*
*Eleemoſynam*

2. *Eleemoſynam facere non eſt deſpiciendum: ſed pauperi manus porrigenda eſt.*
3. *Mendicitas quædam eſt licita: & quædam illicita.*
4. *Mendicitas licita quæ dicatur.*
5. *Mendicitas illicita dicitur illa quæ fit cupiditate habendi diuitias, vel cauſa otioſè viuendi, quæ valida mendicitas appellatur.*
6. *Mendicantes validi propriè qui dicantur.*
7. *Mendicitas valida legibus humanis, & à principibus ſecularibus ſub pœnis reprobatur: vt hic multis oſtenditur exemplis.*
8. *Mendicitas valida in Cathalonia reprouata.*
9. *Mendicantium validum pœna quæ ſit in Cathalonia, & qua Regium concilium vtatur.*
*Concluſio Regij concilij.*

1. LEgitur Deuteronom. capit. 15. Deum ſummopere pauperes mendicantes amare ibi. *Et omnino indigens & mēdicus nō erit inter vos.* Quibus verbis Deus imponit prȩceptū diuitibus, vt illis neceſſaria ſuppeditent: ac ſi diceret, eam liberalitatem in pauperes oſtendite, vt nulla vrgeantur neceſsitate mendicandi: ita declarat illum paſſum Didac. Stel. in capit. 16. ad Lucam. Cui concordat Glau. Guiliau. ſuper Math. cap. 20. ſuper verbis. *Sedentes ſuper viam.* Quo in loco verba illa omnino indigens & mendicus non erit inter vos, ſic exponit, hoc eſt, reſpublica veſtra ita cōſtituatur, vt pauperes ſua habeant alimenta: ne cogantur publicè mendicare.

Et quamuis quibuſdam viſum fuerit, illis verbis, Deum prohibere voluiſſe mendicitatem, exiſtimantibus, ibi pauperibus præceptum fuiſſe impoſitum ne mendicent: tamē eorum ſententiam erroneam, & falſam, & Glaudij, & Stellæ atq; aliorum illis adherentium intellectum veriorem eſſe, atq; tenendum ipſe fateor. Quodquidem varijs authoritatibus, & exēplis, quibus pauperum & mendicorum neceſsitatem à Deo commendatam eſſe demōſtratur. Primo in eodem capit. deVteronom. 15. Deus his verbis locutus eſt. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum verſatur in terra.* Et
2. facere eleemoſynam non eſſe deſpiciendum, ſed potius manum pauperi eſſe porrigendam docet Eccleſias: in capit. 7. ibi in verſi. Exorare. & in ver. Et pauperi porrige. Probatur etiam pſal. 111. ibi. *Diſperſit & dedit pauperibus.* &c. & Tobiæ. 4. vbi Tobias inter alia, filio ſuo conſulit, quòd ex ſubſtantia ſua faceret eleemoſynam, & quòd nollet auertere faciem ſuā ab vllo paupere: quia ita fiet, vt nec auertetur ab eo facies domini. Et Math. 19. habetur Ieſum interrogationi adoleſcentis ita reſpondiſſe, ſi vis perfectus eſſe, vade, vēde quȩ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. Et per eundem Math. 25. patet, Ieſum pauperes membra ſua eſſe dicere. ibi. *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et in iure canonico reperitur ſcriptum, gloriam epiſcopi eſſe pauperum opibus prouidere. vt. in. c. gloria epiſcopi. 12. q. 2.

Cum igitur ex ſuperioribus conſtet, mēdicitatem Deo amabilem eſſe, & ab eo hominib⁹ permiſſam, cur hac quæſtione quæritur qua pæna mendicantes puniēdi ſint? Præſupponimus enim mendicitatem à iudice terræ vetitā, ac prohibitam eſſe, quod non eſt dicendum: cum iudices terræ non debeant neq; poſsint prohibere ea quæ in lege Dei permiſſa & plurimum commendata ſunt: vt eſt ipſa mendicitas. Huic ta-
3. men quȩſito, atq; obiectioni facile reſpondebitur, ſi diuidamus mendicitatē in licitam, & illicitam, vt diſtinctione hac præmiſſa, dicernere poſsimus quam mendicitatem poſſunt principes terræ prohibere, & vetare: & de qua in hac quæſtione noſtra ſit facienda diſputatio.

Licitā igitur mēdicitatem appello illā, quando pauperes neceſsitate cogente, vt quia debiles, aut omnino inualidi, & ad laborem minime idonei mendicant: vt ab alijs alantur: nam hi tantummodo ſunt alendi. vt in. l. 1. C. de mendi. valid. lib. 11. & l. ſi



& l. ſiquis ad declinandam. §. vbi autem. de epiſcop. & cleri. & eſt tex. in. c. quomodo. 31. diſtinctio. & c. 1. 82. diſtinctio. De quibus quidem habemus exemplū in Lazaro: de quo dixit Ieſus. *Et erit quidam mendicus nomine Lazarus.* Cuius mendicatio licita exiſtimāda eſt: poſtquam ab Angelis in ſynum Abrahæ ductus fuit. Habemus etiam exemplū in ſanctis veteris teſtamēti, de quibus Paulus ad Hȩbreos ait erant anguſtiati, afflicti, & egentes: ideſt mēdici. Qui igitur ex neceſsitate, vt quia non poteſt aliunde habere vnde viuat mendicat, licite mendicat: & de hac mēdicitate quȩ propriè pauperum eſt ſacræ ſcripturæ authoritates ſupra allegatȩ loquuntur & intelliguntur.

Aliam quoq; licitam annotauit mendicitatem Sanctus Thom. 2. 2. q. 187. arti. 5. illam ſcilicet quȩ ex parte ipſius actus mēdicationis habet ſibi quadam abiectionē coniunctam. Et dicit, quòd illi videntur abiectiſsimi inter homines, qui nō ſolum ſunt pauperes, ſed in tantum ſunt egentes quòd neceſſe habent ab alijs victum accipere. Et ſecundum hoc, cauſa humilitatis aliqui laudabiliter mendicāt: ſicut & alia aſſumunt, quæ ad abiectionem quandam pertinent, quaſi efficaciſsimam medicinam contra ſuperbiam: quā vel inſe ipſis, vel etiam in alijs, per exemplum extinguere volunt. Nam vt dicitur in decreto in. c. ſiquis ſemel exercitio humilitatis. diſtinc. 2. ſi quis ſe vilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat, poterit ita arrogātiæ & humanæ gloriæ vicium curare. Quod quidem beatus Alexius operat⁹ eſt, qui omnib⁹ ſuis propter Chriſtum dimiſsis gaudebat ſe etiam à ſeruis ſuis eleemoſynas accepiſſe. Et đ beato Arcenio legitur in vitis patruū, quòd gratias egit de hoc, quod neceſsitate cogente oportuit eum eleemoſynam petere. Deniq; multorum ſanctorum virorū exemplis qui humilitatis cauſa mendicarunt, hæc corroborari poſſent.

Illicita tamen mendicitas dicitur illa,
5. quando quis ex cupiditate habendi diuitias, vel victum otioſe mendicat: & hæc eſt mendicitas de qua nos in hac quæſtione loquimur: Quam mēdicitatem validā appellamus: & hinc validi mendicātes. Hi enim rem ilicitam operātes, nihil aliud intendūt, quam otioſe, & ſine labore viuere cum habeāt aliunde vnde viuāt; & ex proprio labore ſi vellent victum parare poſ-
6. ſent. Et ſic validi mendicantes propriè dicuntur, qui ſe gerunt quaſi non habere artem cum habeant: qui ſe fingunt debiles cum ſint fortes: quia nolunt laborare ſed mendicādo ſine labore viuere. ita eſt tex. in. l. 1. & ibi. glo. in verbo inertibus. C. de mendicātib. valid. lib. 11. Et hāc mendicitatem illicitā appellat Sāctus Thom. 2. 2. di-
7. cta. q. 187. art. 5. Quam etiā tāquam illicitā leges humanæ reprouarunt: ſolentq; principes ſeculares in ſuis regnis & prouincijs ſub grauiſsimis pœnis eādē vetare; & prohibere: Cui quidem prohibitioni duplex adeſt ratio. Prima eſt, ne prȩtextu eleemoſynæ otioſorū hominū foueatur inertia. Secunda vero eſt, ne panis a validis mendicatibus, vere debilibus, & infirmis auferatur. Nā vtilius ijs eſurietib⁹ panis tollitur, ſi de cibo ſecuri iuſtitiā negligāt, quam eſurientibus frangatur. c. non omnis. 5. q. 5. & potius expediret negatis alimentis, hos đlinquentes inertia famæ perire: quā in delicto fouere. l. bona fides. ff. depoſi. Atq; ideo Imperator Valens in. l. 1. C. de mēdicātib. valid. lib. 11. iubet mendicātium robur, & integritatem corporum exquiri & explorari: & inertib⁹ validis iubet pœnam imponi, vt ſi ſerui ſint dominis reddātur, ſi autem liberi ſint addicātur ſeruitio eius qui impoſturam & inertiam illorum prodiderit. Et ex nouella conſtitutione ad rectores ciuitatum hoc munus reiectum inquirendi de perſonarum mendicantium qualitate, & quos inuenerint ſegnes agriculturæ, vel alijs operibus aptos, ad ea remittendi, & in meliorem vitam mutandi. §. ſi vero vitæ occaſionem cum ſequētibus. §. §. in auth. de quæſt. col. 6. Carolus etiam Magn⁹ ſuper his aliam ſtatuerat legem in titu. de mendicis qui per patrias diſcurrunt.

*ordinem peccat. Et idem ſi omittit interrogare cum debet ſecundum eundem iuris ordinem.*

24. *Reus interrogatus de ſocijs ſecundum iuris ordinem tenetur manifeſtare conſocios: non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſientiæ.*

25. *Reus etiam non interrogatus de conſocijs, in criminibus exceptis tenetur illos propalare quando non ſunt correcti apud Deum.*

26. *Iudex ſi videt reum neſcire, aut debet eum docere, aut concedere ei facultatem conſulendi confeſſarium.*

27. *Confeſſarij admonere reos debent, quòd in criminibus exceptis ſocios denuntient.*

28. *Socius criminis contra conſocium debet deponere cum iuramento.*

29. *Sotius criminis ſi interrogatur à iudice de cõſocijs in criminibus exceptis recuſat reſpondere, poteſt iudex illum compellere per torturam. Et qualiter hoc practicetur in hoc regio concilio, vide ibidem.*

30. *Dictum ſocij criminis in caſibus in quibus poteſt interrogari quam fidem faciat, & maximè quando concurrunt alia indicia. Et in hoc regio concilio qualiter hæc opinio recepta ſit.*

31. *Indiciũ reſultans ex dicto ſoli ſocij criminis ſufficiens ad inquirendum, facile dilui poteſt, probãdo bonam famam ipſius nominati.*

32. *Dictum ſocij criminis coadiuuatum alijs indicijs, facit inditium ad torturam.*

33. *Inditia quibus dictum ſocij criminis coadiuuatur ad faciendum indictum ad torturam qualia eſſe debeant.*

34. *Dictum ſocij criminis coadiuuatũ alijs indicijs, ad hoc vt faciat inditium ad torturam requiritur quod ſit factum cum iuramento; & etiam in tortura.*

35. *Iuramentum quòd à iudice defertur ſocio criminis, quòd deponat de conſocijs, parte citata præſtandum eſt. Sed ſecus eſt de obſeruantia Regij concilij: & aliarum curiarum Cathaloniæ: quæ à multis ſcribentibus approbata eſt.*

36. *Dictum ſocij criminis facit fidem contra conſocium, quãdo eſt factum in tortura: vel ſtatim poſt.*

37. *Socij criminis etiam quòd plures ſint, quãuis adminiculati alijs inditijs, ſolum faciunt inditium ad torturam.*

38. *Socij criminis de obſeruantia Regij cõcilij Cathaloniæ concurrentibus alijs inditijs tantum probant contra conſocium, quãtum alij teſtes omni exceptione maiores. Et quæ ſit ratio Regij concilij vide ibi.*

39. *Concluſio Regij concilij.*

1. COmmuni traditione re-
ceptũ eſt, regulariter ſo-
cium criminis de conſo-
cijs interrogari nõ poſſe:
quia veteris iuris authori
tas, atq; vtriuſq; iuris ſta-
tuta non ſinunt de ſe cõ-
feſſos interrogari debere. Et ideo lex dicit,
nemini licere de proprio crimine confitẽ
tem ſuper conſcientia aliena ſcrutari. pro
bãtur hęc in. l. fi. in finalib. verb. C. de accu
ſationib. & in cap. 1. de confeſ. Quibus cõ-
cordat tex. in. c. nemini. 15. q. 3. ibi. *Nemini
de ſe confeſſò ſuper alienum crimen credi oportet.*
cõcordat etiam tex. in. l. quoniam liberi.
C. de teſtib. ibi. *Si ſocij et participes criminis
non dicantur.* & tex. in. l. repeti. §. 1. ff. de quæ-
ſtionib. ibi. *Is qui de ſe cõfeſſus eſt in caput alio
rum nõ torquebitur.* & tex. in. l. is qui. in prin.
ff. de publi. iudi. & deniq; tex. in. l. ſicuti. C.
eõ. titu. Quam quidem regulam ſtatuunt
glo. in dicta. l. fi. in verbo. ſinat. C. de ac-
cuſationib. & glo. in dicto cap. 1. in verbo.
confeſſi. de confeſ. Cãpeg. in tracta. de te-
ſtib. reg. 88. Boſ. in tracta. cauſarum crimi-
nalium. titu. de indicijs. num. 144. Crot. in
tracta. de teſtib. in quarta parte. num. 94.
Pariſ. in conſil. 151. num. 8. lib. 4. Iul. Clar.
in practica. q. 21. verſi. Dictum ſocij crimi-
nis. & apertius Menochi. de arbitrar. iudi.
lib. 2. centuria. 5. in caſu. 474. num. 18. qui
2. hanc allegat rationem. Nam delinquens
confitendo delictum, ſe infamem eſſe de-
clarat. vt reſpondit Anchar. in conſil. 189.
3. infamis autem non facit fidem. c. impri-
mis. 2. q. 1. & in ſpeſie tradunt Alex. in con
ſil. 11. num. 4. volu. 1. & Marſil. in practica
criminali. §. diligenter. num. 62. Bar. in. l.
1. §. idem Cornelio. per illum tex. ff. de quę
ſtionib. & Bal. in cap. 1. §. ſacramentum. de
conſuetudi. recti feu. & idem Bal. in. l. fi.
C. de requiren. reis. Ergo ſequitur, ſocium
criminis non eſſe tanquam infamem de
conſocijs interrogandum.

Et quam



Et quamuis hęc videretur ſufficiens ra-
tio quantum attinet ad fidem faciendam
vel non faciendam prout iura contra te-
ſtem infamem ſtatuunt, tamen ipſe aliam
potiorem rationem, & cauſam, cur ſocij
criminũ regulariter non debeant nec poſ-
ſint de conſocijs interrogari poſſe dari ar-
4. bitratus ſum. Et ratio quidem ea potiſſi-
ma eſt, ne dicti ſocij interrogati de cõſciẽ
tia aliena, aliorum crimina detegent: quia
quiſq; tenetur ſeruare ſecretum quod præ
cipitur à lege naturali generali de non no-
cendo proximi animæ, corpori, honori,
vel famæ, aut fortunis, quod decerpitur ex
ſeptem præceptis ſecundæ tabulæ decalo-
gi. vt Exodi. 20. ex quibus colligitur lex ge
neralis & naturalis de non nocendo pro-
ximo aliquo modo. lege enim naturali
& diuina vetitum eſt detrahere, & infama
re alium: quia præcepta decalogi ſunt le-
ges naturales & diuinæ. ſecundum Tho. 1.
5. 2. q. 94. arti. 2. & 2. 2. q. 122. arti. 1. Detrahere
autem non ſolum dicitur qui falſum cri-
men imponit, vel eſt cauſa imponẽdi: ſed
etiam qui crimen ſecretum alterius, vel
proprium, citra iuris ordinem detegit, vel
eſt cauſa vt detegatur. vt latè explicat Mar
ti. ab Azpil. in ſuo manu. cap. 18. a num. 18.
Ergo patet, quòd cum iudices lege natu-
rali & diuina vetantur infamare, vel pręſta
re cauſam infamandi, & interrogando, ac
reos cogendo ad reſpondendum non ſer
uato iuris ordine (de quo ordine infra di-
cam) ſit dare proximo cauſam infamandi
proximum ſuum, conſequitur igitur, le-
ge naturali, & diuina, iudices non poſſe ſo
cium de conſocijs interrogare: ne ſe-
creta contra ius naturæ detegant. Secre-
torum autem cognitor Deus & iudex eſt.
c. erubeſcant. 32. diſtin. c. chriſtiana. 32. q. 5.
& c. conſuluiſti. 2. q. 4. *ibi. occulta & incogni
ta illi ſunt relinquenda qui ſolus nouit corda filio*
6. *rum hominum.* In qua re intelligas eſſe ſecre
tum, non ſolum id quod de ſe ab vno ſo-
lo ſciri poteſt, quales ſunt ſoli & oẽs actus
interiores animæ hominis, verum etiam,
id quod de ſe à plurimis ſciri poteſt: qualis
eſt omnis actus exterior, qui non eſt famo
ſus, nec notorius. Cuius ſecreti ſpecies illa
eſt, quę de ſe ſine vlla promiſsione ſcien-
tem obligat ad ſe celandum regulariter:
quale eſt omne occultum cuius detectio
noceret animæ, corpori, honori, vel fa-
mę, vel fortunis alicuius. vt in. c. ſi peccaue
rit. 2. q. 1. Et propterea dicimus, ſocium cri
minis non eſſe regulariter de conſocijs in-
terrogandum: quia manifeſtando & pro-
dendo conſocios peccaret: ideo quòd ius
naturę frangeret, & eſſet mortale crimen
niſi in leuibus, in quibus tantum eſſet venia
lis culpa. Et hęc ratio vera eſt apud theolo-
gos: vt etiam ex authoritatibus infra dedu-
cendis facilius percipietur.

Quamquidem regulam primo atq; pręcipuè veram eſſe exiſtimo, quando procedītur per inquiſitionem nullis præcedẽtibus indicijs, vel infamia contra conſocios: quia ſicuti teſtis à quo teſtimonium exigitur authoritate ſuperioris procedentis per inquiſitionem non tenetur ad teſtificandum in occultis de quibus infamia non precesſit, prout tenet ſanctus Thom. 2. 2. q. 70. arti. 1. ita nec ſocius contra conſocios: qui etiam vt teſtis contra eoſdem
interrogatur. Secus vero eſſet, ſi præcede-
7. rent indicia, aut infamia contra conſo-
cios: nam tunc, & iudex poteſt interroga-
re, & reus ſocius de conſocijs reſpondere.
Verum, quia in his vertitur periculum ani
mæ non ſolum iudicis interrogantis, ve-
rum etiam rei ſocij criminis reſpõdentis,
velim ſcias, hoc duobus modis continge
re poſſe. Primo, quòd aut conſtat ex pro-
ceſſu illum ſocium qui interrogatur, cri-
men cum alijs ſocijs commiſiſſe, & non
conſtat quòd ſit aliquis in indiuiduo diffa
matus, ſed ſolũ in genere quod habuit ſo-
cios, & tunc iudex tantum poteſt interro-
gare reum, an habuerit ſocios in illo deli-
cto; & reus reſpondere tenetur quod ſic,
poſtquam ex informatione præcedente
conſtat delictum cum ſocijs fuiſſe com-
miſſum. Et non debent tam iudex quàm
reus in hoc caſu in foro conſientię vl-
terius procedere: quia non propter oc-
cultationem peccati, ſed propter occul-

 tationem

tationem peccatoris prohibetur homo.
indicare. ita Sanct. Thom. 2.2.q.70.arti.1
in quo loco reſoluit, ſubditum in occultis
de quibus infamia non preceſsit non te-
neri ad teſtificandum. Concordat Gaieta.
in commen. ad ſanctum Thom. dicta. 2.2.
q. 60. articu. 1. vbi expreſſe animaduertit,
quòd quando per viam inquiſitionis pro-
ceditur, oportet præcedere infamiã: adeo,
quòd ſi duo vel plures iurati affirmant ali
quem, crimen aliquod eiſdem vidẽtibus
commiſsiſſe, de quo non laborat infamia,
non eſt contra eum propterea inquiren-
dum per rationem ſupradictam: quia nõ
propter occultationem peccati, ſed prop-
ter occultationem peccatoris prohibetur
homo iudicare. Eandem confirmat ſen-
tentiam Domini. de So. de iuſti. & iu. lib.
5.q.7.articu. 2. infi. vbi concludit, quòd ſi
quis vidit homicidium etiam cum alijs
conteſtibus, & ille talis interrogetur per
viam inquiſitionis, nõ tenetur reſponde
re niſi vel infamia præceſſerit vel indicia,
& latè Soto. in lib. de ratione tegendi vel
detegendi ſecretum. membro. 2. in. q. 6. &
ſignanter col. 9. Quod ex iuris canonici
diſpoſitionibus confirmatur, primo per
tex. in capit. inquiſitionis. §. tertiæ dubita-
tionis. ex. de accuſationib. in quo ſtatui-
tur, nullum eſſe pro crimine ſuper quo ali
qua non laborat infamia, ſeu clamoſa in-
ſinuatio non præceſſerit, propter dicta te-
ſtium etiam quòd viderint puniendum:
quinimo ſuper hoc, depoſitiones contra
eum recipi non debent: cum de his ſolum
modo fieri debeat inquiſitio, de quibus
clamores aliqui præceſſerunt, concordat
tex. in cap. cum oporteat. eodem titu. de
accuſationib. vbi expreſſe Roma. Ponti-
fex diſponit, non eſſe contra aliquem per
viam inquiſitionis procedendũ, niſi prius
eius fama leſa ſit. & idem in glo. ibi ſuper
verbo. famam ipſius. & eſt tex. in cap. qua-
liter & quãdo. 2. de occuſatio. vbi latè ſcri
bentes.

Aut ex proceſſu cõſtat, dictum ſocium
delictum commiſsiſſe cum ſocijs contra
quos in indiuiduo præcedunt indicia ſeu
infamia, hoc eſt contra Petrum, vel Ioan
nem, & in hoc caſu, dictus criminis ſocius
poteſt per iudicem interrogari de Petro,
vel Ioanne conſocijs ſuis: teneturq; in di-
cto caſu ſuum teſtimonium contra eoſdẽ
ferre. Ratio eſt, nam cum teſtimonium
alicuius ſubditi requiritur authoritate ſu-
perioris cui in ijs quæ ad iuſtitiam perti-
nent obedire tenetur, non eſt dubiũ, quin
teneatur teſtimonium ferre in ijs, in qui-
bus ſecũdum ordinem iuris teſtimonium
ab eo exigitur: puta in manifeſtis, & in ijs
de quib' infamia preceſsit. ita ſanct. Tho.
2.2.q.70. arti.1. in verſi. Reſpondeo. & re-
ſoluit idem Domini. de So. in dicta. quæſt.
7. arti. 1.

8. Ex quibus infero Salyceti opinionem
in. l. fi. num. 6. C. de accuſatio. aſſerentis,
quòd quando delicta ſunt talia quæ regu-
lariter non committuntur ſine ſocijs, po-
teſt ſocius de conſocijs interrogari, dam-
nandam eſſe: quia hoc exceptis his de qui-
bus infamia ſeu indicia preceſſerunt, aut
his quibus bono publico leditur, vt exem
plis infra relatis latius demonſtratur, iuri
naturæ, & diuino cõtrarium eſſet: quibus
aſtringimur, ad non detegendũ præter iu-
ris ordinem proprium vel alterius crimen
& ſecretum. Poteſt tamẽ dicta Salyce. ſen-
tentia ſaluari, ſi dicamus illam reſtringi,
& limitari ad crimina tãtum excepta, quæ
regulariter ſine ſocijs cõmitti non ſolent:
in quibus ſocij generatim tamen de conſo
cijs interrogari poſſunt. Et hanc quoq; fuiſ
ſe Salyceti mentem, exemplis a ſe ibidem
9. relatis diuinare poſſumus. Item ex eiſdem
reprouandi ſunt omnes, qui ſentiunt ſo-
cios de conſocijs interrogandos eſſe: quã-
do vix, vel aliter delictũ probari nõ poſſet,
vt puta, in crimine teſtis corrupti, in quo
de corrumpente vix poteſt conſtare: niſi
corruptus de dicto corrumpente interro-
getur. Et etiam in mandatario, qui niſi in-
terrogetur demandante vix quoq; de eo
conſtare poſſet. prout in hac fuere ſenten
tia Boer. in deciſ. 319. num. 5. & Menoch.
de arbitrar. iudi. lib. 2. cen. 5. caſu. 474. nu.
18. & ſeq. & multi alij quos prædicti refe-
runt:



runt: quibus omnibus repugnat illud ius
naturæ dictum, quo precipitur ne alterius
crimina detegantur, niſi cum iuridicè à iu
dice ſocij interrogantur · hoc eſt, quando
infamia, vel indicia contra aliquem præ-
cedunt; vel ſumus in criminibus exceptis,
vt in exẽplis infra latê explicabimus. alias
enim, qui præter hæc, ſocium criminis pro
10. dit ius naturæ frangit. Eadem etiam ratio-
ne damnandus eſt intellectus eorum, qui.
l. prius. ff. ad Sillani. interpretantur, vt in-
telligendam eſſe exiſtiment, ſeruum de ne
ce domini inquiſitũ, ob hoc ſolum quòd
de ſe confitetur poſſe de ſocijs, & participi
bus interrogari: vt indicet cuius mandato
id fecit. prout tenent & aſſerunt Gram. in
deciſio. 28. num. 11. & Menochi. de arbi. iu
di. dicto caſu. 474. num. 37. Hæc enim ſen
tẽtia quoq; iuri naturæ, & diuino repugna
ret: vt dictũ eſt. Ac proinde. l. illam, ſic eſſe
interpretandam, atq; practicandam exiſti
marem; quando contra aliquem ſocium
particularem, vel contra mandantem præ
cederet diffamatio ſeu indicia: quia tunc,
poſſet ſeruus de nece domini inquiſitus,
ne dum interrogari de conſocijs, verum
etiam & torqueri in dicto caſu per dictã. l.
vt ibidem in glo. in verbo. de ſe.

Secundo prædictam regulam verã eſſe
11. puto, niſi procederetur per accuſationẽ, in
quo caſu, ſocius criminis etiam quòd ſo-
lus viderit tenetur adductus inteſtem con
tra cõſocium teſtimonium ferre: & ſic po
terit interrogari. ita Soto de iuſti. & iu. di-
cta. q. 7. arti. 1. lib. 5. Ratio eſt, nam cũ pro-
ceditur per accuſationem accuſator tene
tur pœna talionis, hoc eſt tenetur ſubire
eandem pœnam ſi non probauerit quam
re' debuit pati ſi ipſe accuſator probaſſet.
Quę res ad id inuẽta eſt, ne facile quis pro
ſiliat ad accuſationẽ cũ ſciat inultã ſibi ac-
cuſationẽ non futurã, ita probatur in. l. ſi
cui crimen. ff. de accuſationib. & in. l. fi. C.
eod. cap. ſuper his. ex. de accuſa. & in. c.
quis quis. & in. c. qui crimen. 2. q. 8. Igitur
cum ſocius ab accuſatore producitur ſeu
ducitur in teſtem, tenetur ipſe etiam quod
ſolus viderit dicere veritatem quam ſciet;
ne tacendo inferat damnum accuſatori,
qui ad probandum ſub dicta talionis pœ-
na, lege conſtringitur. Ex ſeptẽ enim præ
ceptis ſecundæ tabulæ decalogi colligitur
lex generalis & naturalis de non nocendo
proximo aliquo modo vt exod. 20.

12. Tertio eandem regulam veram eſſe in
omnibus criminibus præterquã in crimi-
nibus exceptis puta in illis quæ ſunt reipu
blicę pæſtifera, & lædunt multitudinem,
ac bonum publicum, fatendum eſt: in qui
bus, vt bono publico exitialibus, ſocius
poteſt interrogari de conſocijs: & qui-
cunq; tenetur etiam non vocatus profer-
re ſe inteſtem: vt prouincia eis purgetur.
arg. l. congruit. ff. de officio præſi. vt infra
latius explicabo. Quorum quidem crimi-
num exempla in varijs iuris locis deſcri-
buntur: quæ vt pleniorem tibi faciam tra
ctationem, hic per ordinem inferenda ſen
ſui.

13. Primum igitur crimen in quo ſocius po
teſt interrogari de conſocijs eſt crimen le
ſæ Mageſtatis diuinæ, nempe hæreſis. pa-
tet in capit. litteras. & ibi glo. in verbo. de
fratre. ex. de preſumptionib. In fidei enim
fauorem fit, vt in negocio inquiſitionis
hæreticæ prauitatis excommunicati, &
participes, vel ſocij criminis ad teſtimo-
nium admittãtur: præſertim in defectum
aliarum probationum contra hæreticos,
credentes, fautores, receptatores, & de-
fenſores eorũ. vt expreſſe habetur in cap.
in fidei fauorem. de hæreti. in. 6. tenet Bal.
in conſil. 95. col. 1. lib. 1. & Boer. in deciſio.
319, num. 2. & Gram. in dicto conſil. 35. nu.
25.

14. Secundum crimen eſt, crimen latroci-
nij, in quo, etiam criminis ſocius poteſt de
conſocijs interrogari. vt expreſſe atteſta-
tur Martianus. in. l. Diuus Adrianus. ff. de
cuſ. & exhibitio reor. vbi refert capitulum
in libro mãdatorum diui Pij extare, quod
dictus Princeps cum prouinciæ Aſiæ præ
erat, ſub edicto propoſuit, vt irenarchæ
cum appræhenderint latrones interrogẽt
eos de ſocijs, & receptatoribus, & interro-
gationes litteris incluſas, atq; obſignatas,

 ad cogni

ad cognitionem magiſtratus mittant. ex quo tex. conſtat, ſocium in crimine hoc, de conſocijs interrogari poſſe. concordat tex. in. l. prouinciarum. C. de ferijs. vbi permittitur, quòd per latronum tormenta quæratur de proditione factorum ſuorũ: cum per hoc multorum ſalus conſeruetur. Et ratio cur contra receptatores atq; latronum fautores ſocij interrogandi ſint: ea eſt, quia ſine eis latro diutius latere non poteſt: probat tex. in. l. 1. ff. de receptatorib. vbi Martianus inquit, *peſſimum genus eſt receptatorum ſine quibus latere nemo diu poteſt: et præcipitur, vt perinde puniantur atq; latrones.* concordat Vlpianus in . l. congruit. ff. de officio preſid. vbi cum quæritur, quonam pacto bonus ac grauis præſes curare debet, vt pacatam atq; quietam prouinciam habeat, reſpondetur, hoc ei non eſſe difficile, ſi ſolicite agat, vt malis hominibus prouincia careat : eoſq; conquirat. Nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quiſq; deliquerit in eum animaduertere : receptatoreſq; eorũ coercere, ſine quibus latro diutius latere non poteſt. Non enim minus receptatores delinquunt, quàm aggreſſores; vt ex ſententia Vlpiani probatur in. l. 3. §. *non tantum. ff. de incen. rui naufra. ibi non tãtum qui rapuit, verum etiam is quoq; qui recepit ex cauſis ſupra ſcriptis tenetur: quia receptores non minus delinquunt quàm aggreſſores.* Quod & Cezares probarunt in. l. 1. C. de his qui latro. & alijs criminib. reos occultant. ſtatuentes, eadem pœna receptatores puniẽdos eſſe, qua rei principales. Ac proinde cum tales receptatores atq; fautores baſis ac fundamẽtũ pręcipuaq; cauſa ſint, quòd latrones diu lateant per prouinciã, in eaq; cõſeruentur derrobando, ac in ſtratis publicis graſſando, pacemq; & quietem totius prouinciæ perturbando, pro bono publico conueniens eſt, vt ſocij in hoc latrocinij crimine de fautoribus & receptatoribus tanquam ſcelerum ſocijs, & participibus interrogẽtur. vt ab huiuſmodi animalibus omnino prouincia munda ſit.

15. Tertium crimen eſt, crimen malefici: quod adeo atrox exiſtimatur, vt cuicunq; permittitur, quòd poſsit de hoc crimine impetitum capere: & iudici præſentare, vt in. l. fi. C. de malefi. & mathemati. qua etiã. l. ſtatuitur, quòd ſi quiſquam exagitatoribus, ideſt augurijs, ſeu ex quolibet alio genere hominum contra dictam legem venire temptauerit, aut clãdeſtinis ſupplicijs etiã manifeſtum reũ maleficæ artis opreſſerit; vltimum ſupplicium non euadat: geminæ ſuſpitionis obnoxius, quòd aut publicum reum ne facinoris ſocios publicaret ſeueritati legum, & debitæ ſubſtraxerit quæſtioni, aut proprium fortaſsis etiam inimicum ſub huiuſmodi vindictæ nomine, concilio àtrociore confeſſerit. Ex qua igitur. l. patet in tanto crimine ſocium de conſocijs eſſe interrogandum.

16. Quartum crimen eſt, crimen leſæ Mageſtatis: in quo ſocij interrogari poſſunt de conſocijs. ita in capit. 1. de confeſ. ibi. *Et crimine leſæ Mageſtatis excepto*. concordat. tex. in. c. nemini. & ibi glo. in verbo leſæ Mageſtatis. 15. q. 3. ibi. *Nemini præterquã de crimine leſæ Mageſtatis de ſe confeſſo ſuper alienum crimen credi oportet.* & facit tex. in. l. pen. & fi. C. ad leg. iul. mageſ. Et contra quos dicatur quis cõmittere crimen leſæ Mageſtatis, cõſpirationis, & proditionis, vide Alex. in conſil 13. nu. 2. 3. & 4. vol. 6.

17. Quintum crimen eſt, crimen conſpirationis, & coniurationis cõtra principem: nam & in hoc caſu, ſocius & particeps criminis admittitur contra ſocium. vt probatur in cap. fi. & ibi glo. in verbo iuramento. in fi. ex. de teſtib. cogen. in quibus locis probatur, ſocium criminis ad detegẽdam conſpirationem admittendum eſſe: qui tenetur conſpirationem illam manifeſtare & denuntiare. concordat tex. in. c. ſiquis cum militibus. 6. q. 1. & in. c. ſi quis Papa. 79. diſtinctio. & ſequuntur hanc opinionem Doctor. Campeg. in tracta. de teſtib. reg. 86. fallen. vlti. Crot. in tracta. de teſtib. in quarta parte. num. 92. Marſil. in conſil. 1. num. 32. & in conſil. 109. nu. 11. & Boer. in deciſione. 319. nu. 2. Quid autem dicatur coniuratio, vide in. c. coniurationum. 11.

q. 1. cum



q. 1. cum quatuor capitulis ſequentibus. Et facit quod habetur in cap. 1. §. conuenticulas. de pace iura. fir. vide Alexan. in conſil. 13. num. 14. volu. 6.

18. Sextum crimen eſt, crimen falſæ monetę: in cuius criminis miniſterio plures ſunt neceſſarij, prout ex natura delicti percipitur: & proinde pro bono publico ſocius huius criminis poteſt de conſocijs interrogari. l. 1. C. de falſa mone. ibi. *facti conſcios per tormẽta illico prodituri*. ita etiam Salycet. in. l. fi. C. de accuſationib. Grammati. in deciſio. 28. nu. 10. & in conſil. 35. in fi. & Boer. deciſio. 319. nu. 2. qui alios plures referẽt.

19. Septimum crimẽ eſt, crimen aſſaſsinij: in quo ſocius poteſt interrogari de conſocijs ipſius criminis propter delicti immanitatem. ita Bar. in. l. non ideo minus. nu. 1. C. de accuſationib. qui in glo. 2. notat contra aſſaſsinos, qui tenentur dominos ſeu mãdatorẽ in iudicio nominare: & quod ſuper hoc poſſunt torqueri. Pro quo facit tex. in capit. 1. de homici. in. 6. vbi Roma. Ponti. approbatione ſacri concilij ſtatuit, vt quicunq; princeps, prælatus, ſeu quæuis alia eccleſiaſtica, ſecularis vé perſona quempiam chriſtianorum per prædictos aſſaſsinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, quanquam mors ex hoc forcitan non ſequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit, excommunicationis, & depoſitionis, à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſẽtentias ipſo facto: & quód illa libere alijs per illos ad quos eorum collatio pertinet conferantur: & quòd ſit cum ſuis bonis mundanis omnibus tanquam chriſtianæ religionis emolus à toto chriſtiano populo perpetuo diffidatus. Patet igitur ex illo tex. tales aſſaſsinos non eſſe occultandos: ſed potius manifeſtandos. Aſſaſsinus enim dicitur illę, qui aliquẽ Chriſtianum occidi pręcio mandat alteri, ſiue infideli, ſiuè Chriſtiano. vt atteſtatur Iul. clar. cum magna ſcribentium caterna per eum relata. in. §. aſſaſsiniũ. in pri. Ex quo not. quod ad hoc vt propriè aſſaſsiniũ dicat, requiritur, quód interfectus ſit Chriſtianus. ita tenet Ioan. Andr. in cap. 1. de homicid. in. 6. quem ſequuntur communiter Doctor. vt atteſtatur Alex in conſil. 166. in fi. lib. 7. & practi. Care. fol. 290. poſt nu. 15. & hęc ſententia eſt omnium cõſenſu ſtabilita. vt dicit Plaça in cap. 19. lib. 1. delic. num. 8. vnde ſequitur, quód vbi reus probauerit interfectũ fuiſſe infidelem, tũc eſſet ab hoc crimine aſſaſsini abſoluẽdus. Quando igitur aliquis facit, vel fieri facit mediante pecunia, dicitur delictũ magis atrox: & proprerea pœna poteſt augeri. vt de facto videmus augeri in iſtos aſſaſsinos. arg. tex. in. l. Ciecro. de pœnis. & in. l. venales. C. quãdo prouoca. nõ eſt neceſ. prout etiam dictũ fuit ſupra per dictũ. cap. 1. de homi. in. 6. & vide Bar. in. l. nõ ſolũ. §. ſi mandato. num. 14. ff. de iniur. & ideo propter huius criminis, atrocitatẽ, & immanitatẽ, ſocij debent interrogari d cõſocijs. vt tenet Boer. in deciſio. 319. nu. 2. Marſil. in. conſil. 22. nu. 15. Cãpeg. in tracta. de teſtib. Reg. 86. fallen. 5. & Gram. in cõſil. crimi. cõſil. 28. nu. 20. conſil. 35. num. 25. & 26. & conſil. 44. num. 1.

20. Octauo not. aliũ ſingularẽ caſum, quod quãuis periculũ non immineret Reipublicę vt in pręcedẽtibus exẽplis demonſtratũ eſt, ſed priuatę perſonæ, poſſet cõuictus interrogari de ſocijs, vt puta ſi multi conſpirauerunt occidere Petrum, & vnus capiatur, iure interrogatur, an ſint alij animati ad tale homicidiũ: nã quòd non liceat occultos peccatores inquirere abſq; infamia, ſemp intelligitur de crimine iã prærerito, quod inquiritur punitionis gratia: ſecus ſi inquiratur ad euitãdũ futurũ dãnũ. Et propterea cõcluſio illa quódnõ poteſt fieri inquiſitio abſq; infamia, intelligitur de criminibus priuatis: quæ nõ ſunt in pręiudiciũ tertij. Crimina enim publica, aut illa quæ ſunt in præiudiciũ tertij, quomodocũq; cognoſcantur inquirenda ſunt; & coercenda ſi ſunt in fieri, & damnum pendet in futurum. ita explicat Domi. de So. in. lib. de ratio. tegen. vel deteg. ſecre. in. q. 6. membri. 2. col. 14. ibi in verſi. Et poſtremo. & colla. 17. in prin. in verſi. Tertio vero. Hęc cõprobãtur ex his quæ in ſacra

pagina

pagina leguntur. Habetur enim in pſalm. *Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.* Et prouerb. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* & Romanorum primo dicitur. *Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* vbi dicit glo. conſentire, eſt tacere cum poſsis redarguere. Et propterea ſocius ad euitandum damnum futurum priuatæ perſonę poteſt de conſocijs interrogari: & is reſpondere tenetur, & propalare ſi ſcit quo ad Deum ſocios non eſſe emendatos: immo potius paratos ad malum cōſpiratum perficiendū.

In ijs ergo criminibus, ſocij criminum poſſunt de conſocijs per iudicem interrogari. vt per ſupradicta abundè probatum extat.

21 Tamen ne iudex in modo interrogandi erret, ſcire illum oportet, quòd dicta interrogatio de ſocijs, fautoribus, vel receptatoribus debet fieri in genere, interrogando an fuerint aliqui ſocij in illo delicto: non autem in ſpecie, ſeu indiuiduo de Cayo, vel de Sempronio. ita ſentiunt Salycet. in dicta. l. fi. col. penul. verſi. quarto nunc de modo. C. de accuſationib. Ruyn. in conſil. 7. num. 14. verſi. Nec etiam frater. vol. 5. & Blanch. in tracta. de indi. num. 381. Et eſt ratio, quia ſi in indiuiduo fieret interrogatio, eſſet poti⁹ incitare, vel ſuggerere, quàm quærere. arg. tex. in. l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtionib. & ibi communiter Doctores. Idem quoq; ſentit Nauar. capit. 18. de Octauo præcep. num. 58. Quæ ſententia locum non obtinet, quando cōtra aliquem eſſet præſumptio, quòd ille eſſet talis qui fuit ſocius criminis. vt vno verbo ſentit Blanch. præcitato loco & confirmat Menochi. de arbitrar. iudi. caſu. 474. num. 53. Alioquin enim vt inquit Nauar. in man. indicto cap. 18. de octauo præcep. nu. 59. non auderem excuſare iudicem à peccato mortali: præſertim, ſi id faciat perſuaſus, iuſtum eſſe per fas, aut nefas, detegere crimina, & quocunq; modo ſeueri iudicis, atq; executoris famam ſibi comparare, contra. l. reſpiciendum. ff. de pœnis. cogendo reos ad bene vel male detegendum omnes ſuos ſocios, etiam iam coram Deo emendatos: etiam ſi nulla fama neq; indicium ſit contra illos.

22. Ex quibus infero, quod iudex tenetur interrogare reum de ſocijs ſecundum iuris ordinem. Dicuntur autem ſocij interrogati de conſocijs ſecundum iuris ordinem, duobus præcipuè concurrentibus. Primum eſt, quòd interrogentur in caſibus à iure expreſsis: vt ſupra oſtenſum eſt. Secundum, quòd dicta interrogatio fiat in dictis caſibus generatim: & non nominatim an ſint illi, aut illi, ſed an ſint aliqui. Et ſi reus reſpondeat quòd fuerunt aliqui, tunc iudex poteſt & debet reinterrogare quòd manifeſtet & nominet illos. Nam ſi ſocius criminis ex ſe tantum etiam non interrogatus tenetur prodere conſocios in criminibus exceptis, maximè quando videt aut credit illos pręteritorum non pænitere, immo eſſe paratos ad noua cum magno damno publico, aut priuato committenda vt infra ſuo debito & congruo loco explicabitur, multo maiori ratione, in dictis criminibus poterit iudex reinterrogare, quòd conſocios quos (reſpondendo interrogationi generaliter factę) dicit in delicto interueniſſe nominet: & propalet.

23. Quinimo, interrogans illum præter iuris ordinem peccat: quia iniuſte dat cauſam notabilis infamię proximi, dum extra poteſtatē ſuā inquirit cōtra. l. fi. ff. de iuris omni. iud. & cap. 2. de cōſtitutionib. lib. 6. Et idem eſt, ſi contra omittit interrogare cum debet ſecūdū eundē iuris ordinem: quia pręiudicat notabiliter Reipublicę cuius intereſt delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. cap. vt famę. de ſenten. ex. communi.

24 Hinc ſequitur, quòd ſi iudex interrogat reum de ſocijs ſecūdū iuris ordinem, ipſe reus tenet̃ non ſolū in foro fori, verū etiā, in foro cōſciētię dicere iudici veritatem, declarando & manifeſtando ſocios. Et primo quo ad forum cōſcientiæ, probatur argumento ducto per ſanctum Tho. 2. 2. q. 69. articu. 1. vbi reſoluit, quòd ex debito iuſtitiæ tenetur accuſatus iudici veritatem exponere quam ab eo ſecūdum formam iuris exigit, & quòd ſi non confitetur negans veritatem, peccat mortaliter: tanquā veniens contra debitum iuſtitię. Immo & contra ſe interrogatus ſecundum iuris ordinem, tenetur in foro conſientiæ ſua delicta ſecreta grauia confiteri. ita Nauar. in manuali cap. 18. de Octauo præcep. num. 57. Tenetur enim reus obedire iudici præcipiēti ſibi quòd fateatur. vt eſt tex. in cap. 2. de maiori. & obedien. & glò. ibi in verbo. principi. in qua habetur, omnes ſubditos principi ſeculari obedire debere. facit tex. in cap. 2. de cōfeſ. in. 6. His accedat doctrina ſancti Thomæ vbi ſupra, ſuper qua videas Gaieta. in commento hunc paſſum pulchrè declarantem. Et ſic conſtat, quòd reus interrogatus ſecūdum iuris ordinem tenetur manifeſtare & propalare ſocios delicti.

25. Et adeo verum eſt, quôd nō ſolum procedit quando ſuper his à iudice interrogātur, verum etiam quando contra ſe confeſsi ſunt, etiam non interrogati: quia tūc debent declarare ſocios quos iuſte credūt pręteritorum nō pęnitere, immo paratos eſſe ad noua cum magno damno publico aut priuato comittenda, nec per euangelicam correctionem correcturum iri: quales ſunt regulariter latrones, nummorum falſarij, hęretici, ſtryges, faſcinatores, & alij

26. ſimiles. In quo caſu, iudex ſi videt reū neſcire, & hæc ignorare, aut debet eum docere, aut ei facultatem conſulendi cōfeſſariū cōcedere: vt ſic reus videat an teneatur ſocios declarare, & quos reuelare. ita Nauar. in manuali. capit. 18. de octauo pręcepto.

27. num. 59. Quinimo confeſſarij eiuſmodi reos monere debent, vt tales ſocios denūtient: quòd ſi non fecerint ex ſententia Nauar. in dicto cap. 18. de Octa. pręcep. num. 58. ita peccant hi nō admonendo, & abſoluendo, ac illi non denuntiando. Abſoluūt enim impenitentes: contra ius diuinum & humanum cap. pœnitentia. 1. & 2. de pœni. diſtinct. 3. cap. peccati venia. de reg. iur. in. 6. & c. legatur. 24. q. 2.

28. Præterea, ad corroborādam & confirmandam eandem opinionem ante oculos propono traditum ab Hippoli. in practi. in § diligenter. num. 62. cum multis ſequentib. quo loci ait, ſocium criminis cōtra conſocium debere deponere cum iuramēto: vt faciat fidē illam, ſcilicet quam de iure facere poteſt. Cuius opinionem approbat Iul. Clar. in practi. q. 21. verſi. Quero nūquid: quia licet quo ad ſe ipſum ſit reus, dum tamen deponit contra alium fungitur vice teſtis: & ideo non adhiberetur ei fides niſi cum iuramento. Et hoc vtimur in hoc principatu Cathaloniæ, in quo rei interrogantur in facto proprio ſine iuramento: in facto vero alieno vt teſtes cum iuramento. Hinc ergo eſt, quod ſi rei vt teſtes ſuper ſocijs ſecundum iuris ordinem interrogantur, cum eorum dictum ab eis tanquam ſubditis requiratur authoritate ſuperioris, tenētur ipſi rei tanquam teſtes teſtimonium ferre: quia in his quæ ad iuſtitiam pertinent, tanquam ſubditi ſuperiori præcipienti obedire tenentur. ita ſanct. Thom. 2. 2. q. 70. arti. 1. & maximè cū id iureiurando promittāt. Quod quidem iuramentum cū non ſit contra bonos mores præſtitum, immo pro detegendis malis hominibus in dictis criminib⁹ exceptis, per quorum punitionem multorum ſalus cōſeruatur, & quia expedit vt eis reſpublica purgetur, obligat, & eſt ſeruandum. per ea quæ tradunt Doctores. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligationib. Et hæc quo ad forum conſcientię.

29. Quo vero attinet ad forum fori reſoluo, quòd ſi reus interrogatus de ſocijs in criminibus exceptis illos iudici declarare & manifeſtare recuſauerit, poterit iudex illum compellere per torturam: dū tamen præcedat contra eū præſumptio vel indicium quòd interuenerūt cū eo ſocij quos bene cognouit. glo. in. l. fi. C. de accuſationib. & Salycet. in dicta. l. fi. nu. 9. &. 10. & Antoni. Gomez de delic. cap. 11. num. 17. infi.

Scias tamē, q̄ hęc opinio nō fuit in regio criminali cōcilio huius principat⁹ Cathalonię

loniæ taliter recepta, quòd in continenti quo reus interrogatus per iudicem recuſat propalare cōſocios, poſsit dictus iudex illum compellere per torturam; ſed tunc demū quando reus eſt conuictus teſtibus; vel propria confeſsione, & morte cōdēnatus. Nam tunc, iudices in dicto regio concilio ſolent torquere reos in caput aliorū ſocioruni, fautorum, vel receptatorum poſt latam dictam mortis ſentētiam ante illius executionē: & in dicta tortura, dicti rei tātū de illis criminibus exceptis de quibus exempla propoſuimus & his ſimilib⁹ de quibus infamati exiſtunt, ad ſciendum de conſocijs interrogantur. Quæ practica videtur deſumpta ex. l. qui vltimo. ff. de pœn. ibi. *Sepe etiam ideo ſeruari ſolent poſt dānationem vt ex his in alios quæſtio habeatur.* Cuius. l. intellectus reſtringitur ad caſus exceptos: iuxta mentem Saliceti in dicta. l. fi. num. 4. C. de accuſationib. Quam praxim ſūmopere laudo, ea ſola ratione, quia reus ipſa ſententia videtur declaratus ſocius: & vt ſocius illius delicti morte cōdemnatus: & ſic tutius iudex poſt latam dictam ſentētiam, poteſt illum tanquam ſocium de cōſocijs interrogare.

30. Verum cōtingit dubitari, quam fidem faciet hoc teſtimoniū ſocij criminis etiā in caſibus in quibus de conſocijs poteſt per iudicem interrogari? Hęc quæſtio doctorum opinionibus cōtrouerſa eſt. Quidam exiſtimarunt tale dictum ne dum nō prodeſſe; immo nec indicium aliquod facere. vt dicit glo. notab. in. l. ſi filium. C. de libera. cau. in glo. mag. in fi. Cyn. in dicta. l. fi. C. de accuſatio. in vlti. q. & glo. ibi. vbi etiā latè Salicet. Anto. de Butr. & Inno. in cap. 1. de cōfeſ. Fulg. in cōcil. 11. & Alex. in cōcil. 89. vol. 3. Quidā vero exiſtimarūt, fidem & indicium facere ſufficiens ad formandam inquiſitionem aduerſus nominatum, & inculpatum. vt atteſtantur Marſil. in conſil. 12. num. 38. in conſil. 15. num. 5. & 6. & in conſilio. 28. num. 16. Gram. in conſil. 21. nu. 7. & Rolan. in conſil. 51. nu. 28. & conſil. 73. num. 20. lib. 1. & Roma. in. l. ſi certus. in prin. ff. ad ſilleni. dicit, communiter concludi, quòd ſufficit ad fundandam inquiſitionem. Quod ſequitur Auguſ. ad Angel. de maleſi. in verbo. fama publica. num. 31. & Ioan. de Anna. in conſil. 27. num. 3.

Et hanc vltimam opinionem Iul. Clar. in prac. q. 21. verſi. Retenta igitur communi concluſione. exiſtimat, non ſolum procedere, quando talis delinquens illum ſocium nominauerit ad interrogationē iudicis ipſum in genere interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenerit, verum etiam quando illum ſponte ſua nominauerit: dum contra ſe examinaretur. Puta quia poſtquam confeſſus eſt, ſe Titium occidiſſe, iudex iubeat illum narrare quomodo occiderit, & ipſe dicat, quòd tali die ipſe, Cayus, & Sempronius tali & tali modo illum occiderūt. ec. nam vtroq; caſu, talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendum, & aſſumendum alias informationes contra Cayum & Sempronium nominatos: etiam ſi contra ipſos prius nihil aliud eſſet in proceſſu. Neq; facienda eſt aliqua differentia an ſimus in criminibus exceptis, vel non: quia etiam in criminibus non exceptis, facit idem indicium ad inquirendum. vt expreſſe concludit Iul. Clar. in dicta. quę. 21. verſi. Rettenta. circa medium & Blan. de indicijs. num. 389. qui dicit ita communiter teneri loquendo in criminibus non exceptis, quem reffert Villalob. in ſua collecta. communi. opinio. in littera. C. num. 203. Et licet ſupra relati Doctores in prin. huius dubij contrarium cenſerint Ruinq; in conſil. 147. num. 1. in fi. lib. 5. dixerit cōmunem opinionem eſſe, quòd in caſibus non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendum, neq; ad procedendum, ſiue id ſponte dixerit, ſiue ad iudicis interrogationem, credo tamen vltimam opinionem eſſe magis communem, quam vidi ſemp de cōſuetudine obſeruari: & præcipuè in regio criminali cōcilio Cathaloniæ. Hoc enim caſu, dictum iſtius ſocij ſolum & nudum non eſt tanquam dictum teſtis ſed tanquam denuntiatoris, vel notificantis



tificātis qui tātūmodo aperit viā iudici ad inquirēdū; prout faceret quicūq; ali⁹ notificator ſeu denūtiator etiā infamis & vilis.

31. Sed ſcias, quòd hoc indicium reſultans ex dicto ſoli ſocij criminis ſufficiens ad inquirendum facile dilui poteſt, probando bonam famam ipſius nominati. ita Gram. in conſil. 21. num. 10. & conſil. 18. num. 18. & conſil. 44. num. 4. in criminalibus. Pariſ. in conſil. 151. num. 13. lib. 4. & Socin. Iuni. in conſil. 34. num. 66. lib. 2. Vnde dicit Gram. in deciſio. 28. num. 17. circa medium, quòd iudex inquirat de fama & cōditione nominati, & non moueatur ex ſola illa confeſsione, & ſi inueniat ipſum bonæ famæ, talis confeſsio non operabitur quicquam: quia adeſſe debēt pręſumptiones, ſuſpitiones, & argumenta. ita Alex. in dicto conſil. 89. vol. 3. incipien. viſo themate. vbi ſubdit, quòd ob bonam famam eliditur tale indicium reſultās ex dicto ſocij criminis etiam in caſib⁹ exceptuatis de quibus ipſe loquitur. & Deci. in conſil. 17. & in conſil. 179. num. 9. & 10.

32. Maior tamen eſt dubitatio, quādo cum dicto ſocij criminis concurrunt alia indicia, ſeu adminicula quibus illud dictum contra nominatum iuuatur, an tunc faciat fidem, & inditium ad torturā. Et prætermiſſa diſputatione dicendum eſt, ex recepta doctorū ſentētia, quòd in caſibus in quibus quis poteſt de ſocijs interrogari, dictum ſocij criminis facit indicium ad torturam. Quod ſanè intelligēdum eſt, ſi alia præcedant vel concurrant indicia. ita Angel. in trac. maleficiorum. in verbo. fama publica præcedente. verſi. Decimo quæro an inculpatio. & Alex. in conſilio. 89. vol. 3. licet ante ipſum idē firmauerit Guido de Suza. in tracta. de tormen. verſi. Quid de quæſtione occurrenti. & Gandi. in tracta. maleficio. ſub rubri. de quæſtionib. & & tormen. in verſi. Reſtat formare, qui rectius ceteris loquuti ſunt. Et quòd de neceſsitate, vltra dictū ſocij criminis in caſibus in quibus interrogari poteſt de ſocio requiratur cōcurſus aliorum indiciorum contra nominatum vt deueniri poſsit ad torturam contra ipſum tenet & ſequitur Marſil. in ſingul. 209. nu. 2. vbi etiam ſubdit, hoc eſſe menti tenendum perpetuo, & quòd nunquam obliuiſcatur: quia eſt verbum honoris, & vtilitatis plenū. Idem firmat Bal. in conſil. 429. nu. 1. incip. an mādatarius criminis. in. 3. vol. vbi dicit, quod ad faciendum indicium ad torturam debent alia ſuffragari adminicula, loquendo in numero plurali, videlicet alia adminicula. Et ponit exemplum in fuga nominati: cum ſcriptum ſit in Salomone. *fugit Impius nemine inſequēte.* Immo plus dicūt Guido de Suz. & Gandi. vbi ſupra, quòd non concurrentibus alijs indicijs quam inculpatio ſocij criminis etiam quod inculpatus eſſet male conditionis & famæ minime torqueri poſſet. Deniq; vide Gram. in deciſio. 28. a num. 10. vſq; in fi. & Pariſ. in conſil. 151. nu. 8. lib. 4. & Salycet. in. l. fi. circa fi. in verſi. Sed ego reſpōdeo. C. de accuſationib. Cuius opinionem dicit Boſ. in titu. de indicijs. num. 149. quotidie practicari: & quod Doctores illud ſequuntur. Vide etiam Menoch. de arbitrar. iudi. in caſu. 474. nu. 43. & Iul. Clar. in practi. q. 21. verſi. ſucceſsiuè quæro. & verſi. ſequenti idem aſſerentes: in quibus locis plures alios alle-
33. gant, eandem ſentientes ſententiam. Qualia autem debent eſſe hęc indicia, hoc à lege non determinatur: ideo quod eſt quid facti, & propterea relinquitur iudicis arbitrio. ita in ſpecie decidit Gram. in dicta deciſ. 28. num. 20. qui ait pro qualitate perſonarum, & facti, iudicem arbitrari debere an ſit indicium ſufficiens vel non.

34. Vltra tamen ea quæ dixi requiri alia indicia ſeu adminicula, quibus dictum ſocij criminis iuuetur ad faciendum indicium ad torturam contra conſocium, requiruntur ad huc alia duo, ſine quibus nō poſſet de iure deueniri ad torturam contra nominatū. Quorum primū eſt, quòd dicta nominatio ſit facta cum iuramento. Secundum vero, quòd ſit facta in tortura. Quo vero attinet ad iuramentum, probat Marſil. in practi. in. §. diligenter. num. 62. cum multis ſequētib. quo loci ait, hoc eſſe valde

valde ſingulare:& ſe alias obtinuiſſe.Idem Antoni.Gomez.de delic. cap. 11. num.18. in verſi. Sed quæro aduertendum. & Iul. Clar.in prac.q. 21. verſi. Quæro nunquid. vbi approbat Marſil. opinionem : quia licet quo ad ſe ipſum ſit reus, dum tamen deponit contra alium, fūgitur vice teſtis: & ſic non eſt ei adhibenda fides niſi cum iuramento. A quorum opinione diſſentit Blanch.in tracta.de indicijs.num. 384.aſſerens, inquiſitum de crimine non debere præſtare iuramentum de veritate dicenda. Attamen hæc ratio contra primum dictum non obſtat : quia vera eſſe cenſetur, quando exigitur depoſitio criminoſi contra ſeipſum: tunc enim non debet cum iuramento deponere. Quod ea ratione factum eſt, quia præſumit lex, quòd inquiſitus iſte nō dicet veritatē contra ſeipſum: atq; ita incideret in periurium. Sed diuerſum eſt cum deponit de alio: nam tūc ceſſat ratio prædicta. Et ita ſeruamus in Cathalonia: in qua rei inquiſiti deponūt in facto proprio ſine iuramento; in alieno ve-
35. ro vt teſtes cum iuramento. Sed hic conuenit, vt quæramus, an hoc iuramētum ſit per deponentem de ſotijs parte citata præſtandum? Reſpondet Anto. Gomez. de delict.cap.11.nu, 18. circa medium, quòd iudex debet eſſe cautus, vt reum vel inquiſitum deponētem de ſotijs adhibeat in teſtem parte citata: & præſtito iuramento. Quod confirmat ex doctrina Bar.& commu.in.l.maritus. ff. de quæſtionib. vbi tenet, quòd ſi teſtis examinatur parte non citata non probat: neq; facit aliquod inditium ad torturam. arg. l. ſi quando. C. de teſtib.& ibi communis opinio. Sed in contrarium eſt praxis cōcilij regij,& omnium aliarum curiarum huius principatus Cathaloniæ: in quibus, in criminalibus, cum proceditur per inquiſitionem non citantur inculpati ad examinandos teſtes contra illos: ſed poſtea quando ſunt capti, publicatur illis inquiſitio, cuius copia conceditur vt poſsint ſe defendere. Forte enim eſſet illis dicta citatio nuntius ad fugiēdū, ſeu euadendum à manibus iuſtitiæ: quòd bono publico præiudicaret, qui expdit, ne crimina remaneant impunita. l. ita vulneratus.ff. ad leg. aquil .cap. vt famæ de ſenten.excommuni. Et ideo laudo hanc praxim: de qua expreſſe loquuntur Boer. in deciſ.319.nu. 4. circa medium. & Salycet. in.l.habentem. col. 4. C. de accuſationib. & approbat eandem Felin.in cap. quoniā. col.7.in verſi. ſimiliter.vt litte nō conteſ. Quæ ideo obſeruāda eſt. vt tradunt Dec. in conſil. 11.num.9. Socin. iuni.in conſil. 93. num.52. lib. 3. & Craue. in conſil. 91. num.7.

36. Requiritur preterea ad hoc vt dicta nominatio ſotij contra conſotium faciat fidem, quòd ſit facta in tortura: vel ſtatim poſt. ita Alber.in.l. fi. C. de accuſationib. Fulgoſ. in conſil.173. Marſil. in conſil.22. num.22.& conſil.78.col.3.& in practi.criminis.diligenter.num.61. Blā. in trac.de indi.num.380. Boer.q.319.num. 3.in fi. & fere omnes in hoc cōcordant. Et huius ſententie ea eſt ratio, quòd iſte inquiſitus, qui iam cōfeſſus eſt delictum dicitur effectus infamis: & infames non audiuntur contra aliquem ſine tortura.c.illi qui.5. q.5. talis enim tortura purgat defectū teſtis: adeo, vt fidem faciat contra reum. ita Iul. Clar. in prac.q. 21. verſi. Scias etiam.& in. q.25. in prin. vide etiā Boſ.in titu. de tortura teſti.num.3. vbi etiam ſubdit, quòd teſtis crimine notatus etiam ſi nō ſit vilis perſona non admittitur ſine tortura.

Ex prædictis ergo habemus, quòd quādo ſotius criminis cum iuramento & in tortura nominat conſotios in criminibus exceptis, & cōcurrant cum eius dicto alia adminicula, ſeu inditia cōtra nominatos, quod tunc facit fidem: quæ ſolum ſe extēdit ad faciendum inditium ad torturam.

37. Quam quidem ſententiam ita procedere intelligas, licet plures eſſent ſotij criminis alios manifeſtantes: quia quamuis plures eſſent contra aliquem deponētes, non dicetur ille conuictus ita, vt poſsit ſequi cōtra illum condemnatio: quia ſolum facerent cōtra eū inditiū ad torturā. ita Boer. in alleg.deciſ.319.& Iul.Clar.in dicta. q.21. verſi. Sed pone. vbi reffert, in pluribus ſenatibus idem ſeruari.



38. Contrariam tamē opinionem noſtris temporibus amplectitur Regiū criminale concilium huius principatus Cathalonię, in quo in diſtincte, dictis ſociorum criminum cum iuramento in alterius factū etiā ſine tortura adhibetur tanta fides ad condemnandum pœna ordinaria delicti contra nominatum conſociū cōcurrentibus tamen alijs indicijs ſeu adminiculis & non alias, quāta adhiberetur cuicunq; alij teſti: etiā omni exceptione maiori. Et ratio quę mouet dictū Regium concilium ad hāc tenendam & exequendā opinionem ſola experientia fuit, quę in hac prouincia docuit maiorem ſemper veritatē in eſſe in dictis ſocijs, quā in alijs: ideo quòd melius ſciūt factum, ac facti veritatē cōmemorare quā alij. Per quorū dicta, manifeſtādo alios cōſocios pluries fuit prouinciæ ſaluti ſuccurſum, perſequendo dictos cōſocios, famoſos latrones, & ſtratarū publicarū graſſatores, ac alios totius reipublicæ pacē perturbantes: & illos captos pœna ordinaria puniēdo. Quod expedit, vt malis hominibus Reſpublica purgetur. ar.l.cōgruit.ff.d offi cio præſid. Et non obid nego, quòd ſi reperirentur alij teſtes de veritate facti deponētes, eſſet tutius illorum dictis cōdemnare: cū eorū fides infamia aliqua diminuta nō eſſet. Attamen, cum delicta quæ tot in hac prouincia frequētantur aliter probari nō poſsint, quàm dictis ſociorū: ideo in dicto Regio cōcilio eſt receptū, eis concurrentibus alijs adminiculis, tantā fidem quantā alijs eſſe dandam: etiam ad cōdemnandū pœna ordinaria. Et ſic pluries vidi multos in dicto Regio cōcilio fuiſſe ad mortē cōdemnatos ex ſolis ſociorū criminū dictis; concurrentibus tamen alijs indicijs, ſeu infamia, & præſumptionibus contra eoſdē, prout memini in dicto Regio cōcilio fuiſ-
39. ſe concluſum die. 14. menſis Iulij. 1582., in facto fiſci procuratoris regię curię contra Ioannē Planes marineriū, cōtra quē depoſuerunt tātum ſocij criminis ſine tortura medio tamen iuramento, quibus conſtabat, quòd ſolitus erat diuagare per præſentē principatū in comitiua & ſocietate aliorum furta in pluribus partibus cōmittēdo in maximam Reipublicæ perniciem: qui, cum eiſdem conſocijs cōuictus fuiſſet de quodā furto magno, quorum dicta alijs indicijs coadiuuata fuerūt, fuit ad mortē cōdēnatus: vt ex eius proceſſu quoq; hæc latius videri poſſunt. Cuius fuit relator Franciſcus Fort eiuſdē Regij cōcilij doctor & Scriba mādati Monſerratus Carbonell, & & pro eo.t. Catuffa not. Nouiſsimè deniq; fuit idē concluſum cōtra Hieronimū Lāça villæ granullariorū infamatū de pluribus delictis die.22. mēſis Decēbris.1582. in cuius proceſſu tātum eū cōuincerūt ſuper quodā latrocinio duo ſocij criminis: qui etiā erant adminiculati alijs indicijs, & ſic fuit declaratus reus mortis, & laqueo furca ſuſpenſus. vt in eius proceſſu hęc videri poſſunt. Cuius fuit relator Frāciſcus Sans, dicti Regij concilij Doctor, & Scriba Iacobus Mābla Scriba petitionerius extra numerarius. Suntq; alia mille exempla in Regio concilio.

## Cap. 6. An reus carceratus qui immunitate eccleſiaſtica gaudet, ſed retinetur in carcerib9 pro damnis, & iniuria partis inſtantis ratione criminis perpetrati, faciens ceſsionem bonorū, debeat ab eiſdem carceribus relaxari? vel propter eius inopiā, pœna pecuniaria dānorum, & iniuriæ, debeat & poſsit conuerti in corporalē, per regulā qui non habet in ęre luat in corpore.

1. *Pœna pecuniaria omnino parti applicanda, bonorū ceſsione per reum debitorem facta, nō poteſt in corporalem pœnam cōuerti: ſed potius reus venit relaxandus.*
2. *Cauſa dicitur ciuilis, quando pœna parti applicatur. Criminalis vero quando fiſco.*
3. *Pœnæ pecuniariæ commutatio in pœnam corporalem, non habet locum in ciuilibus.*
4. *Mulcta licet debitor non ſit ſoluēdo, non debet in corporalem pœnam conuerti per regulam qui non habet in ęre luat in corpore.*

5. *Fugientes ad eccleſiam debent ab omni pœnarum genere releuari.*

6. *Pœna pecuniaria quando ex delicto imponitur, poteſt prætextu inopiæ debitoris, non admiſſa bonorum ceſſione per eum facta conuerti in pœnã corporalem: per regulam qui non habet in ære luat in corpore.*

7. *Pœna pecuniaria quando ex parte rei debentis ſoluere vera et propria pœna eſſe cenſetur, licet ex parte debentis recipere ſit intereſſe, poteſt cum reus non eſt ſoluendo conuerti in corporalem.*

8. *Pœna pecuniaria quando ex parte rei non eſt pœna qui ſoluendo non eſt, non commutatur in corporalẽ: ſed expectatur reus donec perueniat ad pinguiorem fortunam.*

9. *Pœna pecuniaria pro minimis non debet conuerti in corporalem, dato quod reus non ſit ſoluendo.*

10. *Pœna pecuniaria in actione iniuriarum ſi reus non eſt ſoluendo poteſt conuerti in corporalẽ reiecta bonorum ceſsione per eum facta.*

11. *Pœna pecuniaria ex delicto deſcendens applicanda parti, nunquã conuertitur in corporalẽ, niſi actore conſentiente: in cuius manu eſt ſpectare ſuum debitorem ſi perueniat ad pinguiorem fortunam.*

12. *Reus qui debet pœnam pecuniariam ſoluere, vel fuſtigari, ex delicto per eum commiſſo, ſi cum eſt ſoluendo, vult potius fuſtigari, quam ſoluere, in hoc non eſt audiendus, ſed iudex debet eum compellere ad ſoluendum.*

13. *Reus detentus in carceribus pro pecunia deſcẽdẽte ex delicto, et parti applicãda, ſi non eſt ſoluẽdo, nec pars vult cõſentire pœnæ commutationi, an ſit relaxandus à carceribus inuita parte?*

14. *Pœna pecuniaria fiſco adiudicanda, mutari poteſt in corporalem: etiam nolente accuſatore.*

15. *Intellectus ad cap. Odoardus. de ſolu.*

16. *Intellectus ad cap. finem litibus. de dolo et contu.*

17. *Pœna dicitur illud, quod pro iniuria imponitur: ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur.*

18. *Mulcta quid ſit, et de differentia inter mulctam et pœnam.*

19. *Concluſio Regij concilij.*

PEtrus Stephanus Puig, & Michael Ioãnes Puig alias Guineas fratres villæ Granullariorũ fuerunt capti in quadam eccleſia, à qua non violenter, ſed legitimè, & iure permittente extracti fuerunt: ratione & occaſione cuiuſdam homicidij per eos perpetrati. Qui cum regijs carceribus mãcipati fuiſsẽt, & allegata ab eis immunitate eccleſiaſtica, eam conſecuti fuerunt: & per conſequens, vitæ & membrorum veniam iuxta tex. in cap. inter alia. de immuni. eccleſia & c. reum. & c. id conſtituimus. 17. q. 4. Sed quia pro eo quod iniquè fecerũt erãt alias legitimè puniendi iuxta diſpoſitionẽ dicti cap. inter alia. ibi. *ſuper eo tamẽ quod ini què fecit, eſt alias legitimè puniendus,* quod intelligitur pecuniariter dumtaxat: vel alia ſatisfactione præter pœnam corporalẽ. iuxta glo. dicti cap. in verbo. puniendus. & eſt tex. in. c. reum. & in dicto. c. id conſtituimus. dicta. 17. q. 4. fuit declaratum per iudicem dictæ immunitatis eccleſiaſticæ, quod retinerentur pro damnis, & iniuria, partis inſtantis. Verum, quia dicti fratres Puigs, hac de cauſa retẽti fecerunt ceſsionẽ bonorum, per quam oſtenſum eſt, ipſos non fuiſſe ſoluendo dicta damna, & iniuriam, & proinde à parte inſtante petita fuerit cõmutatio pœnę pecuniarię in corporalem, per regulam qui non habet in ęre luat in corpore, fuit dubitatum, an in hoc caſu eſſet locus dictæ inſtatæ cõmutationi pœnæ: vel an admittenda ſit dicta bonorum ceſsio, vt eius beneficio, prædicti eſſent relaxandi à carceribus iuxta diſpoſitionem tex. in. l. 1. C. qui bon. cedere poſſu.

Et primo videtur dicendum, non eſſe locum dictæ pœnæ commutationi: neq; in hoc caſu regulam qui non habet in ære
1. luat in corpore locũ habere. Agitur enim de pœna omnino parti applicanda, vt cõſtat in declaratione ſuper contentione dictæ immunitatis eccleſiaſticę facta, in quo caſu, ſi debitor non eſt ſoluendo pœna illa pæcuniaria non poteſt in corporalem conuerti: & ſic admiſſa bonorum ceſsione, reus debitor veniſſet ſimpliciter relaxandus, ita Panor. in cap. Odoardus. num. 5. extra de ſolutio. vbi expreſſe diſtinguit, quòd aut quis conuenitur ad intereſſe, & ad pœnam quæ veniat parti applicanda, & & tunc dicit, non poſſe fieri pœnæ commutatio



mutationem. Aut vero pœna venit applicãda fiſco, & agitur ad vindictam, & tunc poteſt fieri commutatio pœnæ pecuniarię in corporalem etiam inuito accuſato-
2. re. Ratio prædicti argumenti hęc eſſe poteſt, nam pœna quando in totum parti applicatur, illa cauſa dicitur ciuilis cauſa. glo. in. l. 3. in verbo. centum aureorum. ff. de ſepul. viola. quæ tenuit, quòd quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti, iudicium dicatur ciuile: quando vero agitur ad pœnam fiſco applicandam, tũc cauſa dicatur criminalis. Et hanc opinionem tenent omnes, vt dicit Bar. in dicta. l. 3. in prin. quem refert Abb. in rubri. de iudi. num. 5. Zaſi. conſil. 19. num. 1. vol. 1. Et dicit Ioan. de Pla. in. l. 2. in vlti. ver bo. de his qui ex publi. rationib. lib. 10. C. dictam glo. communiter per Doctores teneri. Idem dicit Curſ. Iuni. in rubr. de iudi. ff. nume. 18. quem refert Duenyas. in reg. 315. in ſecũda ampliatione. Quàm quidem opinionem dicunt communem canoniſtæ in rubri. de iudi. & in ſpecie Aret. num. 19. & Deci num. 95. & Rippa. num. 91. & ſequen. Idem quoq; Maran. de ordine iudicio. in. 4. parte. diſtinctio. 1. num. 2. vbi multos alios allegat. & Iul. Clar. in practi. §. fi. quæſtio. 1. verſi. Quarta igitur fuit opinio. vbi etiam ſe ad alios infinitos reffert: quos omnes per eos videre poteris. Sed in cauſis ciuilibus nõ habet locum
3. hęc regula, quod qui non habet in ęre luat in corpore. vt per Iaſ. in. l. ſi quis id quod. num. 28. verſi. Limita iſtam regulam. ff. de iuris. omni. iudi. & ibidem Iacob. Butr. & Alexan. Bal. & Angel. in. l. fi. ff. in ius vocand. facit tex. in. l. nam his. iuncta. l. pręcedenti. ff. de dolo malo. ſecundum dictarum legum materiam ſubiectã. & eſt glo. in. l. vbicunq; ff. de fideiuſſorib. vbi tenet, quòd per ceſsionem bonorum, quis liberatur à ciuili obligatione: quod intelligas tantum, vt non cogatur pati iudicium. vt eſt tex. in. l. qui bonis. ff. eodem & in. l. 1. C. qui bon. ceder. poſ. ibi. *in eo enim tantum modo hoc beneficium prodeſt, ne iudicati detrahantur in carcerem.* Ergo concluſum videtur, dictis Sthephano & Michaeli Puigs fratribus admittendam eſſe propter eorum inopiam dictam bonorum ceſsionem per ipſos factam: & nullatenus in eis habere locum pœnę cõmutationem. per dictam regulam qui non habet in ęre luat in corpore.

4. Secundo pro hac parte facit, nam cum pecunia mulctę nomine debetur, & debitor non eſt ſoluendo, debet facta ceſsione bonorum liberari: & illa mulcta non debet in corporalem pœnam conuerti: quia regula qui non habet in ęre luat in corpore non habet locum in mulcta: immo iudex poteſt illam remittere propter paupertatem. l. illicitas. §. fi. vbi glo. & Bar. ff. de officio pręſid. l. fi. & ibi not. Bal. C. de modo mulc. Bar. in. l. 1. in fi. ff. de pœn. & in. l. 1. ad fi. prin. ff. ſi quis ius dicenti non obtẽpera. & in. l. iudex poſt quam. ff. de re iudi. vbi rationem diuerſitatis aſsignat. Et Bal. in. l. certa ratione. in fi. C. quando prouo. nõ eſt neceſſe. Quod quidem adeo eſt verum in mulcta, quod etiam cõtra fiſcũ admittẽda eſt bonorum ceſsio. vt late Iaſ. in. §. pœnales. nu. 43. & 49. inſti. de actio. & Marquil. in vſati. quià iuſtitia. q. 13. quæ incipit, quero qualiter intelligendum eſt, qui non habet. Sed retentio rei quę fit in carceribus pro damnis & iniuria poſt cõſecutam immunitatẽ eccleſiaſticam dicitur mulcta, ea quidem ratione, quia pecunia damnorum, & iniurię quę venit parti inſtanti applicãda, nulla lege, certa & ſpecialis deſignata eſt: ſed potius arbitrio iudicis venit diffinienda, & proinde mulcta appellatur. Quinimo mulcta ibi dicitur, vbi ſpecialiter pœna non eſt impoſita. vt in. l. aliud eſt fraus. ibi in verſi. Quinimo mulcta. Ergo patet dictos fratręs Puigs facta bonorum ceſsione propter eorum paupertatem fuiſſe relaxandos: & pœnę commutationi inſtatę locum non fuiſſe.

5. Tertio ad corroborandã hanc opinionem proponitur tex. in cap. inter alia. de immuni. Eccleſ. iũcta ibi glo. in verbo pœnã. vbi tex. & glo. volũt, fugientes ad eccleſiam debere eſſe ſecuros ab omni generę

pœnarum & concordat tex.in.c.reum. &. c.id conſtituimus.17.q.4. vbi iura illa volunt dictos fugientes ad eccleſiam ab omni corporali pœna eſſe releuandos. Ergo ſequitur, quòd gaudentes immunitate eccleſiaſtica ſi retineantur pro damnis & iniuria partis inſtantis nõ poſsint ob in opiã eorum luere in corpore, ſed potius bonorum ceſsionem factam eſſe ad mittendam.

6. His tamen non obſtantibus, contraria opinio verior exiſtimatur, ſcilicet, ꝙ vbi ex delicto imponitur pœna pecuniaria ſi datur impotẽtia ſoluẽdi, debet fieri commutatio in pœnam corporalem:& ſic ceſſio bonorũ non habet locũ. Quod primo probatur per tex.in.l.ſi quis id quod.& ibi per Iaſ.num.27.ff. de iuris. omni.iudi.vbi expreſſe tex. videtur hoc idem ſentire. ibi in verbis. *Et in eos qui inopia laborant corpus torquendum eſt.* ita Ioan.Fab. in.§. fi.nu. 4.inſtitu. de actionib. vbi expreſſe inquit quòd quando quis eſt debitor ex delicto & non eſt ſoluendo, pæna pecuniaria conuertitur in corporalẽ. tenet Iaſ. in eodem. §.nu.13.Salycet.in.l.1.nu.7. C.qui bon. cede.poſ. Quã regulam fatentur cõmuniter approbatã Alber. in rubri. qui bon. cede. poſ. Cepo.cõſil.9. crimi. & idem ſẽtit glo. in reg.peccatũ.in verbo peccatũ.de regul. iur.lib.6. Quæ cõmunis & recepta opinio probatur, ex eo quòd in pænis pecuniarijs ratione criminis infligendis, qui non habet vnde eas ſoluat corporali pæna eſt animaduertendus. vt eſt tex. in. l.1. §. fi. ff. de pæn. ibi in verbis. *Vt eis qui pœnam pecuniariam egentes deludunt, coertionem extraordinariam indicant.* concordat tex. in. l. fi. ff. de inius vocan. & tex. in.l. quicunq;. C. de ſeruis. fugit. ibi. *Quod ſi ad prædictam pænam ſoluendam, is qui ſuſceperit minimè ſufficiat, æſtimatione competentis iudicis caſtigatio in eum procedat.* Quod ſanè intelligendum eſt, de caſtigatione corporali, prout glo. in verbo caſtigatio ita exponit, concordat etiam tex. in. l. fi. C. de ſepul. violat. vbi prohibetur, ſub pœna quinquaginta librarum, nequis ſepulchra defuncti propter eius debitum audeat impedire: etſi cõtrafecerit, nec poſsit dictas quinquaginta libras ſoluere debet luere in corpore. concordat deniq; tex. in. *l.* qui hædes.ff. de incen. rui. naufra. *ibi. Aut noxam ſarcire iubetur, aut ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigatur.*

7. Quam quidem regulam & ſententiam ſcribentes extendendam eſſe fatentur, vt non tantum procedat, quãdo quis ob crimen pecunia mulctatur in veram & propriam delicti commiſsi pænã, ſed etſi pæna ea ſit ſatisfactio dãni, ipſo crimine proximo illati, ſiquidem ea pæna alterius reſpectu ſit intereſſe damni illati, tamen ob ipſius delinquentis culpam, vera & propria pæna eſſe cẽſetur: & obid, in corporalem mutatur prętextu inopię. vt eſt tex. notabilis in cap. finem litibus. ex. de dolo & contu. & eſt glo. in cap. reprehenſibilis. in verbo. proprium. ex. de appelationib. Panor. in dicto cap. finem litibus. num.5. vbi commendat illum tex. eſſe menti tenendum, cõtra opinionem quorumdam dicentium, commutationem pænę pecuniarię ad corporalem non fieri, niſi quando pecunia veniebat applicanda fiſco. vt not. per Innocen. in cap. Odoardus. de ſolutionib. & tamẽ dicit, dictum cap. finem litibus. eſſe tex. rotundum in contrarium. Et plus dicit per illum tex. probari, videlicet, hanc commutationem poſſe fieri non ſolum cum pecunia ſoluẽda eſt pœna ex parte vtriuſq;, ſed etiam, cum ex parte rei eſt pæna: & ex parte actoris debẽtis recipere eſt intereſſe. Nã actor in caſu illius. cap. petebat expenſas, non vt pænam, ſed vt intereſſe: reus vero ſoluit, vt pænã quia ipſe non habebat illam pecuniã. Quo tex. etiã probatur, quòd cõtra clericum poteſt fieri pænę pecuniarię commutatio in corpo-

8. ralem quemadmodum contra laicum. Secus vero eſt, vbi pecunia ſoluenda non eſt pæna ex parte rei qui ſoluẽdo nõ eſt: quoniam tũc non fit cõmutatio, ſed expectatur reus qui nõ eſt ſoluendo donec peruenerit ad pinguiorem fortunam, per tex. in cap. Odoardus. de ſolutionib. quem tex. Panor. dicit ita eſſe intelligendũ. ſequitur Nicol.Boer. in deciſ.349. num.11. vbi dicit, ita fuiſſe concluſum in curia pro quodam mercatore Pariſienſe ratione cuiuſdam contractus frauduleti, fuiſſeq; latum arreſtum die.21.Ianarij.1526.

Et adeo hęc opinio verior exiſtimatur, quod ſunt plures non infimi nominis exiſtimantes eam procedere, licet cõdemnatus poſſet totam ſoluere ſummam excepto denario: quia ad huc tanquam non habens in ęre poſſet luere in corpore. ita Bal. in.l. cum ſit. C. de ſepul.viola. quem ſequitur Alex.in.l. ſiquis id quod.ff.de iuris.omni. iud. tenet Felin.in cap. ad liberãdam.nu.4.ex. deiudi. Hęc tamen ſententia non placet Iaſoni qui tenet cõtrarium in dicta.l.ſiquis id quod.num.28. ff.de iuriſdic.omni iudi.vbi dicit, quòd pro minimis pœna pecuniaria non conuertitur in corporalem: dato quod non ſit ſoluendo. Idẽ Iaſ. in auth. qui rẽ. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Bal.in.l. quicunq;. verſi. Item facit ad queſtionem. C.de ſeru.fugit. in quo loco dicit, quòd pro minima pœna non debet quis in carceribus detineri. facit tex. & ibi glo.in cap. ſuam de pœn. vbi de ęquitate qui ſoluit maiorem partem pœcuniæ liberatur à totali pœna. facit etiam dictum Bal. in auth. Sed iam neceſſe. C. de donationib. an. nup. quòd ſi ſtatutũ velit, quòd debitor poſsit capi propria authoritate, vel alias fiat mentio de debitore, quòd nõ habet locum in debitore modicæ, & paruæ quãtitatis. per glo. ibi. & idem Florian. in. l. alienationes: in fi. ff. famil. hercis. De modico enim non eſt curãdum. l. ſi debitori. ff. de iudi. & l. ſcio. ff. de in integr. reſti. & ibi Alberi. de Roſa. Et hæc videtur æquior opinio vt ſcilicet carceratus ſoluendo maiorẽ partem debiti deſcendẽtis ex delicto non puniatur corporaliter pro modico, ꝙ reſtat: immo ſi illud modicum ſoluere nõ poteſt, debet ex carcerari: prętita cautione de ſoluẽdo, ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam. ita cõcludit Nicol. Boer. in dicta deciſ.349. num.8. verſi. Quinimo.

10. Iuuatur hæc ſententia, quòd pœna pecuniaria deſcendens ex delicto poteſt cõuerti in corporalem, quãdo reus nõ eſt ſoluendo, & maximè in caſu noſtro, in quo agitur de pecunia debita ratione dãnorũ, & iniuriæ, ex doctrina Ioã. Fab. in. §. fi. nu. 4. inſti. de actionib. vbi dicit, quòd ſi quis agat iniuriarum, & concludat ad pecuniã & reus cõdẽnatꝰ velit cedere bonis, quòd eius ceſsio nõ eſt admittẽda, ſed quòd pœna peccuniaria eſt conuertenda in corporalem. Sentit idem Angel. in. cõd. §. num. 5. vbi dicit, quòd quando quis eſt debitor ex delicto, ſiue ſit debitor priuatorũ, ſiue fiſci, non poteſt cedere bonis ne delictum remaneat impunitũ: immo nõ potens ſolre debet luere in corpore. Eandẽ Fab. ſententiam tradit Boer. deciſ. 349. num. 8. & Innocen. in cap. Odoardus. in verſi. Si autem cõueniatur quis actione iniuriarum. & ibidem Barba.

11. Scias tamẽ, quòd hęc vltima opinio quę verior eſſe ſẽſetur, limitatur ſemper, & reſtringitur, vt tunc demũ procedat, quãdo pars inſtans cõſenſerit quòd fiat dictæ pœnę pecuniarię cõmutatio in pœnã corporalẽ. Nõ enim debet fieri dicta cõmutatio, licet pœna pecuniaria deſcenderet ex delicto: niſi actore cõſentiẽte. vt probatur in. l. fi. ff. de iniuſ. vocan. ibi. *ex quærela patroni.* Iaſ. in. l. ſiquis id quod. nu. 28. vbi dictã. l. fi. allegat. ff. de iuriſ. omni. iudi. Bal. in. l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de minorib. Panor. in. cap. Odoardus. nu.5. de ſolutionib. Felin. in. cap. ad deliberãdam. nu.3. de iudęis. Ratio eſt, quia eſt in manu partis inſtãtis cui omnino pęna venit applicãda expectare ſuũ debitorem, ſi perueniat ad pinguiorẽ fortunã. Et ideo dicta pars inſtans poteſt dicere, quòd non vult, quod dicta pæna pecuniaria cõuertatur in corporalẽ, ne eius actio extingueretur. vt. l. ſi vnus. §. ſi ante iudicẽ. ff. de iniurijs. & in. l. diuus. in fi. ff. de iure patro. ita Paul. de Caſ. in. l. fi. nu.3. ff. de iniuſ. vocan. & Inno. expreſſe in dicto cap. Odoardus. de ſolutionib. maxi-

12. mè quia inuita parte, aliud pro alio ſolui nõ poteſt. l.2. ff. ſi cert. peta. Et in tãtũ hoc eſt verũ, ꝙ ſi reus cũ eſſet ſoluendo veller

potius ſubire pœnã perſonalẽ congruẽtẽ,
quã ſoluere, nõ debet iudex eũ audire : ſed
cogere ſoluere, & bona ſua vẽdere. ita Bal.
in. l. quicunq;. C. de ſeru. fugi. in pen. col.
Paul. de Caſ. in dicta. l. fi. de inius vocã. nu.
3. Pro quibus etiã facit optima ratio, quia
nemo eſt dominus mẽbrorum ſuorum. l.
liber homo. ff. ad leg. aquil. Per quam ratio
nem Hippoly. de Mar. in ſingul. 651. hunc
paſſum decidit. num. 2. inquiens, quód ſi
ille qui debet ſoluere pœnã pecuniariam,
vel fuſtigari ex delicto per eum commiſſo
eſt ſoluendo, & vult potius fuſtigari quàm
ſoluere, quòd iudex nõ debet eum audire
ſed debet illum cogere ad ſoluendũ, & bo
na ſua vẽdere. vide dè his laté per Felin. in
cap. ſicut iudęi. nu. 2. cũ ſequẽ. de iudęis. Et
proinde ſi pars cui pœna pecuniaria venit
applicanda nõ conſentiat quòd fiat pœnę
commutatio cum reus eſt ſoluendo, eius
voluntati erit ſtandum: & iudex vt ſupradi
ctum eſt, tenetur compellere reum ad ſol-
uendum, & bona ſua vendere.
13. Sed reſtat dubiũ, quid quãdo actor non
vult conſentire dictę pœnæ cõmutationi,
& reus non eſt ſoluẽdo, an tũc admittẽda
ſit bonorũ ceſsio taliter, quòd reus inuita
parte veniat relaxandus, vel an dicta parte
inſtãte ſit dictus reus retinendus in carceri
bus donec ſoluat? Huic dubio ſatisfacit
Paul. de Caſ. in dicta. l. fi. ff. de inius vocan.
nu. 3. vbi dicit, quod hoc poterit arbitrari
iudex, ne talis reus qui nõ eſt ſoluẽdo mo
14. riatur in carcerib⁹. Et hęc quę diximus de
cõſenſu partis inſtãtis intelligũtur, quãdo
pœna priuato accuſatori applicat̃: nã ſi ca
fiſco adiudicetur, mutatur in corporalem
etiam nolente accuſatore. vide Dida. a Co
uarru. variar. reſolu. cap. 1. num. 8. verſi.
Hæc vero commutatio.

Non obſtat primũ argumentũ, in quo re
ſoluimus, quod quando pœna pecuniaria
omnino venit parti applicãda, non poteſt
illa pecuniaria pœna incorporalẽ conuer
ti, cum debitor non eſt ſoluendo, eo maxi
me, quod tunc cauſa dicitur ciuilis: & in ci
uilibus non militat regula qui non habet
in ęre luat. Nam illi argumento triplici ſo-
lutione reſponderi poteſt. Et primo ſi dica
mus illud quidem procedere: quando pœ
na pecuniaria deſcendit ex debito & con-
tractu ſimplici, quo caſu, pœna pecuniaria
cum debitor non eſt ſoluẽdo, non poteſt
cõuerti incorporalem. ita Bal. in. l. fi. ff. de
iniuſ. vocan. per tex. in. l. nemo carcerem.
C. d̃ exactorib. tribut. lib. 12. Iaſ. in. l. ſiquis
id quod. nu. 28. ff. d̃ iuris. omni. iud. Nicol.
Boer. in deciſ. 349. num. 8. verſi. Et iſtam re
gulam. & Felin. in. cap. ad deliberandã. nu.
2. de iudęis. Et cum dębitum ratione dam-
norum & iniuriæ per dictos fratres Puigs
parti inſtanti illatorum deſcendat ex male
ficio, & non ex aliquo cõtractu: merito eſt
concludendum, ceſsionem bonorum nõ
eſſe admittẽdã, ſed potius locum eſſe com
mutationi pœnę pecuniariæ incorporalẽ
15. per ſupradicta. Secundo idem primum ar
gumẽtum abſoluitur, ſi dicamus, illud pro
cedere, quãdo pecunia ſoluenda parti nõ
eſt pœna ex parte rei qui ſoluendo non
eſt, quoniam tunc non fit cõmutatio: ſed
expectatur reus qui non eſt ſoluendo do-
nec peruenerit ad pinguiorem fortunam.
iuxta tex. in dicto cap. Odoardus. de ſolu-
tionib. quẽ tex. Panor. ita intelligit in cap.
finem litibus. num. 5. de dolo & contu. qui
dicit ita quoq; eſſe intelligendam. l. nam
16 his. ff. de dolo. et. c. ſi res. 14. q. 6. Secus ve-
ro eſt, quando pecunia ſoluenda ex parte
rei eſt pœna, licet ex parte debentis illam
recipere ſit intereſſe damni illati: nam tũc
pœna pecuniaria licet parti tantum appli-
cetur poſtquam ob ipſius delinquẽtis cul-
pam vera & propria pœna eſſe cẽſetur po-
teſt incorporalem prætextu inopiæ con-
uerti. vt eſt tex. notab. in cap. finem litibus.
de dolo & contuma. vbi clare conſtat,
quòd illa pœna expenſarum appoſita con
tra eum qui per excogitatam malitiam ex
ceptiones ad impediendum & differendũ
proceſſum oppoſuerat, quantumuis pecu
niaria ſit, & parti omnino applicanda, con
uertitur prætextu inopiæ incorporalem.
vt ibi in tex. *Et ſi ſoluendo non fuerit alias ſe-
cundum arbitrium diſcreti iudicis agatur.* Con
cordat: glo. in capit. repręhẽſibilis. in ver-
bo.



bo. proprium. ex. de appellationibus. &
Panormi. in dicto cap. finem litibus. num.
5. Tertio deniq; ſatis abundé dicto primo
argumento ſatisfactũ erit, ſi dicamus, illud
procedere, quando ſumus in cauſa mere
ciuili: hoc eſt quãdo pœna pecuniaria ſol-
uenda parti deſcendit ex contractu ſimpli
ci vt ſupra iam dictum fuit. Secus vero eſt,
quando quis agit iniuriarum licet conclu
dat ad pecuniam: quoniam tunc ſi reus
condemnatus velit cedere bonis, eius ceſ-
ſio non eſt admittenda: ſed pœna pecunia
ria in corporalem cõuertenda eſt. ita Ioã.
Fab. in. §. fi. num. 4. inſti. de actionib. & ibi-
dem Angel. num. 5. Boer. deciſio. 349. nu.
8. Innocen. in capit. Odoardus. in verſi. Si
autem conueniatur quis actione iniuria-
rum. & ibidem Barbat.

Neq; obſtat ſecundum argumentum in
quo dicebamus, commutationem pœnæ
pecuniariæ incorporalem non habere lo-
cum in mulcta. Nam illud verum eſſe fate
mur in mulcta: per doctrinas ibidem alle-
gatas. Sed in caſu noſtro, pecunia ſoluen-
da parti ratione damnorum, & iniuriæ, cũ
deſcendat ex delicto non quidem mulctæ
nomine debetur: immo nomine pœnæ
exoluẽda eſt. Nam illud quod pro iniuria
17. reo imponitur ſiue ciuiliter, ſiue criminali
ter agatur, pœna ſemper dicitur. vt expreſ-
ſe habetur in. §. in ſumma. inſtituta. de in-
iurijs. ibi. *Et ſiquidem ciuiliter agitur (æſtima-
tione facta ſecundum quod dictum eſt) pœna
reo imponitur.* Si autem criminaliter, offi-
cio iudicis extraordinaria pœna irroga-
tur. vide etiam tex. in. §. pœna autem iniu
riarum. eodem titu. inſtitu. de iniurijs. fa-
cit etiam glo. in dicto. §. in ſumma. in ver
bo. pœna. eõ. titu. qua glo. probatur, quòd
pecunia quæ pro iniuria parti venit ſol-
uenda dicitur pœna. Concordat tex. in
capit. inter alia. de immunita. eccleſia. *ibi.
pro eo tamen quod inique fecit eſt alias legitimè
puniendus.* iuncta ibi glo. in verbo punien-
dus. quæ exponit, pecuniariter. Nam
cum ibi reus ratione immunitatis eccle-
ſiaſticæ releuetur ab omni genere pœna-
rum pro delicto commiſſo, vult Roma-
nus pontifex quòd pro eo quod iniquè fe-
cit alias legitimè puniatur: & ſic diſponit
alias pœnam eſſe irrogandam quæ pecu-
niaria pro damnis & iniuria intelligenda
eſt. vt ibi in glo. & prout praxis ita inter-
prætatur & obſeruat. Concordat etiam
tex. ſatis apertus in cap. id cõſtituimus. 17.
q. 4. ibi in verbis. *ita vt ei qui reus fuerit crimi
noſus de ſatiſſactione conueniat.* ponderando
illud verbum, de ſatisfactione, quod ver-
bum ibi pœnam ſignificat. Nam ſatisfa-
ctio iniuriæ licet parti fiat dicitur pœna:
Secundum Azonem. in ſumma de pœn.
& vide laté Maran. de ordi. iudi. in quarta
parte in prima diſtinctio. num. 10. Et ſic
cum lege imponatur, quòd quis pro dam-
nis & iniuria pecuniariter puniatur, vt ſu-
pra, pœna quidem dicenda eſt, quã quiſq;
euitare poteſt. vt notatur in. l. quicunq;.
in glo. ſuper verbo. vel tertio. C. de ſeruis
fugiti. & in. l. mulcta. ff. de conditionib. &
18. demonſtra. Mulcta autem eſt animaduer-
ſio vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis
inflicta ad correctionem malorum mo-
rum. Et dicitur mulcta illa pœna, quæ nõ
eſt à. l. ſtatuta, vel expreſſa: nam iudices in
pluribus caſibus legibus non ſcriptis, ſic
mulctare poſſunt litigantes. Et ex hoc pa-
tet differentia inter mulctam & pœnam.
Nam pœna generaliter ſumitur tam pro
pœna pecuniaria, quàm pro pæna corpora
li ſeu capitali: quamuis pænę pecuniariæ
quantitas poſtea veniat à iudice taxanda:
vt in caſu. l. ſi quando. C. vnde vi. & vide
in. §. atrox iniuria. inſt. de actionib. & in l.
iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. & ibi
glo. & Bar. Et ita intelligenda eſt. l. conſti-
tutionibus. in. §. 1. ff. de iniurijs. dum dicit,
quod pæna imponitur æſtimatione iudi-
cis: quod debet intelligi, id eſt taxatione iu
dicis. Sed mulcta ſumitur pro pęna pecu-
niaria & per ſententiam à iudice irroga-
ta. vide etiam differentiam inter mulctam
& pænam. in. l. ſi qua pæna. ff. de verb. ſigni
fi. Et cum regula, qui non habet in ære, ha-
beat locum, quando pœna pecuniaria
deſcendit ex delicto, vt in caſu noſtro, atq;
etiam cum pecunia ſoluenda parti, ex par
te rei

te rei eſt pœna. per dictum cap. finem liti bus. de dolo & contuma. merito concludendum eſt, dictum ſecundum argumentum non obſtare.

Non obſtat deniq; tertium fundamentũ, quod pro contraria parte retuli in quo dicebam, gaudentes immunitate eccleſiaſtica non poſſe ob eorum inopiam pro dãnis & iniuria partis inſtãtis luere in corpore: cũ ſacris canonibus ſtatutum ſit, fugientes ad eccleſias ab omni genere pœnarum eſſe releuãdos, vt per iura ibidem allegata. Nam illud verũ eſſe fatemur, ratione principalis delicti, vt puta homicidij, vel alterius, pro quo ad eccleſias fugiẽtes, dicta immunitate eccleſiaſtica gaudent. Tales enim ratione illius delicti ab omni pœnarum genere ſunt immunes. Sed hic nõ agitur, de delicto principali, ſed de damnis & iniuria ratione delicti, parti læſæ illatis, quibus delinquens iure permittente punitur. vt in dicto cap. inter alia. & in alijs iã allegatis: qui cum non ſit ſoluendo, & ea pœna deſcendat ex delicto poterit puniri pœna corporali ſaltim non corporis afflictiua per ſupradicta: quia ab afflictiua dicta eccleſiaſtica immunitas illum releuat.

Quapropter ex his apparet, prędicta fun
damẽta non obſtare, ſed potius pœnæ pe-
cuniarię commutationi locum eſſe, vt ſci
licet illa in corporalem, parte petente, cõ-
uerti poſsit, quando deſcendit ex delicto.
19. vt ſupra latius oſtenſum eſt. Et ſecundum
hanc vltimam opinionem fuit cõcluſum,
in Regio criminali conſilio. die. 27. Octo
bris. 1582. in facto fiſci procuratoris regiæ
curiæ, & partis inſtantis, contra dictos Pe-
trum Stephanum Puig, & Michaelem
Ioannem Puig alias Guineas fratres, poſt
declarationem immunitatis eccleſiaſticę
in eorum fauorem factam, in regijs carce
ribus detentos, pro damnis & iniuria, par-
tis inſtantis, à quibus facta fuit bonorum
ceſsio, cui per partem inſtantem contra
dictum fuit: & poſtulata pœnæ mutatio.
Qui cum non potuerint ſubire pœnam
pecuniariam ab eorum inopiam de qua
per ceſsionem bonorum ab eis factam cõ
ſtitit, fuit meritis proceſſus atentis conclu
ſum, prædictos Puigs alias Guineas, bãnẽ
dos eſſe, prout banniti fuerunt, à præſenti
principatu Cathalonię, & Comitatibus
Roſsilionis, & Ceritanię, ad quinquen-
ẽnium.

# Cap. 7. In quo quæritur, qua pœna puniendus ſit ille, qui in via & ſtrata publica amplectitur aliquã domicellam inuitam & acclamantem: illius pudicitiam attentando.

1. *Libidinis vicium à fundamentis Deus eradicat.*
2. *Voluntas ſola et cogitatio illa ſcilicet quæ ſtat in finibus ipſius cogitationis non punitur.*
3. *Animus non poteſt per teſtes probari.*
4. *Voluntas interior et ſic animus iudicatur per actus externos.*
5. *Conatus cum attentato punitur liſcet delictum non ſit conſumatum.*
6. *Stuprum cum virgine vi et contra eius voluntatem commiſſum punitur pœna mortis.*
7. *Attentatum in materia attentandi pudicitiam virginis inuitæ punitur pro delicto conſumato.*
8. *Affectus cum attẽtato in atrociſsimis delictis punitur non ſecuto effectu eadem pœna ſicut in delicto conſumato.*
9. *Attentatum in materia ſtupri vi factum non punitur pœna ordinaria, ac ſi delictum fuiſſet conſumatum.*
10. *Stuprum conſumatum ſine violẽtia non punitur pœna mortis.*
11. *Virginitas corporis non mulctatur per ſtuprum atentatum et non conſumatum.*
12. *Iudex in arbitrarijs non poteſt punire vſq; ad mortem.*
13. *Affectus de generali conſuetudine non punitur non ſecuto effectu.*
14. *Iudex vbi in l. certa et ſpecialis pœna ſtatuta eſt, nõ poteſt aliã arbitrari: quia in ferẽda ſẽtẽtia tenentur pœnas ordinarias et in legib⁹ cõſtitutas ſequi. Sed tunc demum poteſt arbitrari, quando per. l. certa non eſt ſtatuta pœna.*
15. *Attentans virginem vi ad ſtuprum punitur perfecto*



*fecto flagitio pœna capitis: imperfecto vero pœna deportationis.*

16. *Pœna ordinaria quæ dicatur, et quæ extraordinaria.*
17. *Iudex cum euidenti cauſa, et ratione, poteſt pœnas legum augere minuere et variare.*
18. *Attentans pudicitiam virginis inuitæ repentino motu cauſato ex amoris et libidinis furore non eſt puniendus pœna ordinaria: ſed extraordinaria arbitrio iudicis.*
19. *Libido quid ſit.*
20. *Amoris furore nihil vehementius.*
21. *Motus primi non ſunt in poteſtate hominis.*
22. *Ebrius delinquens inebrietate mitius punitur.*
23. *Iudex vbi lex punit affectum, non ſecuto effectu, poteſt ex poteſtate ſibi a. l. conceſſa mitigare pœnam.*
24. *Concluſio Regij concilij.*

Titius in via publica inuenit Bertam domicellam filiam Sempronij quam inuitam & acclamãtem amplex⁹ eſt, eius pudicitiam attentando. Ob quod, dictus Titius inſtãtibus parte, & fiſci procuratore regiæ curiæ fuit captus: & cõtra eundem proceſſus criminalis factus & formatus. Verum in deciſione cauſę in dubium venit, an dictus Titius eſſet puniendus pœna ordinaria, ac ſi verè, & realiter conſumaſſet delictum cognoſcẽdo illam inuitam carnaliter, an vero pœna extraordinaria, pro illo affectu, & conatu trãſacto tantum in actum amplexus inuitæ mulieris?

1. Ad hanc quæſtionem facilius reſoluen
dam præmittendum duxi, quòd Deus iu-
bendo puram eſſe habendam cum corpo
re mentem, vicium libidinis à fundamen-
tis eradicat. vt de Vteronomi. cap. 5. & Exo
di. 20. & Math. 5. Non concupiſſes. Non de
ſiderabis vxorem proximi tui. vt Eccleſi.
25. & non concupiſſes mulierem. Prouer-
bior. 6. Ex corde enim exeunt cogitatio-
nes praue, furta, adulteria, ec. Mat. 15. Ideo
Salomon in Prouerbijs cap. 4. monet, om
ni cuſtodia præmuniẽdum eſſe cor, Et ſic.
Deus ſolam cogitationem cum conſenſu
2. punit. Iuriſconſulti tamen, vt ex ſententia
Vlpiani percipitur, ſolam mentem & co-
gitationem non puniunt. vt in. l. cogita-
tionis. ff. de pœnis. ibi *cogitationis pœnam
nemo patiatur.* & probatur alijs iuribus con-
cordãtibus: de quibus in glo. dictæ. l. in ver
bo. cogitationis. Quod quidẽ ea ratione
fit, quòd animus & ſola mentis cogitatio
illa ſcilicet quæ ſtat in finibus ipſius cogi-
tationis, à ſolo Deo qui cordium eſt ſeru-
tator percipi poteſt. vt eſt glo. in. l. 2. ff. de
3. interro. actionib. Cũq; homines ex liqui-
diſsimis probationibus iudicare debeant.
vt in. l. fi. C. de probationib. & ibi Doctor.
& hę probationes ad probandum ſolum
animum ſolamq; mẽtis cogitationem da-
ri nõ poſsint, neq; per teſtes. vt atteſtat In
nocen. in cap. ſuper hoc. de renun. quem
reffert & ſequitur Bal. in. l. ſi quis filio. §. ci⁹
qui. ff. de iniuſto. irritoq; fac. teſta. nimirũ
ergo ſi ſola mentis cogitatio tãquam quid
in corde iacẽs à iudice humano & tempo-
rali nõ puniatur. Quod credo indiſtinctè
eſſe tenẽdũ: excepto crimine hęreſis, ideo
4. quòd ſolo animo perficitur. Tamen verũ
eſſe fatemur, iuris conſultos de corde iudi
care per actus quoſdam externos: quibus
ductis coniectant de interiori mente. Vt
puta in materia de qua agimus, capiunt
coniecturas proximi ſtupri, vel adulterij;
ex colloquijs, aſpectibus, ſeu viſu, tactu, oſ-
culis, amplexib⁹, & his ſimilibus. ita eſt tex.
in. c. nec aliqua. 27. q. 1. & ibi glo. in verbo
concubitus. quæ notat caſum, in quo per
exteriora interior voluntas dinnoſcitur:
& ponit exemplum in confabulatione, &
amplexu. idem firmat glo. in. l. quod ait
lex. in verbo. in ipſis rebus. ff. ad leg. Iul. de
5. adulter. Et quando externa quibus ani-
mus compræhenditur ſunt principia &
præparamenta ad aliquod maleficium cõ
ſumandum, illa quidem externa in perſo-
nis illa commitentium (licet delictum nõ
perfecerint) puniuntur tanquam exceſſus
ex animo & propoſito patratus & cõmiſ-
ſus. ita Bal. in. l. data opera. num. 83. C. de
his qui accuſare non poſ. vbi ponit exem-
plum

plum in eo qui percuſſerit volens occide-
re dicens, cũ morte nõ ſecuta, de vulnere
illato puniendum eſſe: quia illud delictum
vulneris eſt perfectum, quamuis homici-
dium non fuiſſet conſumatum: quòd etiã
infra latius comprobabitur.

Hoc igitur præmiſſo, & ex in eo dedu-
ctis, & allegatis, ſecure elicere poſſumus, di
ctum Titium pro exceſſu dicti amplexus
inuita & acclamãte Berta eius pudicitiam
attentando puniendum eſſe: quia licet cri-
men ſtupri non conſumauerit, tamen deli
ctum amplexus inuita Berta perfectum &
conſumatum eſt: ac proinde puniendum.
At cum quæſtionis difficultas circa pœnę
impoſitionem verſetur, ideo ad huius rei
declarationem progrediar.

Scias quòd circa hanc quæſtionem va-
riæ fuerunt hominum opiniones; Sũt qui-
dam ſentientes, pœnam ordinariam Titio
eſſe dandam, ac ſi verè & realiter delictum
conſumaſſet: Bertam carnaliter cognoſ-
cendo. Quorum ratio & vis ſubſequenti
6. conſiſtit argumento. Nam ſtuprum cum
virgine vi & contra eius voluntatem com
miſſum punitur pœna mortis. vt proba-
tur in. §. item lex Iulia. inſti. de publi. iudi.
iuncto. §. ſin autem per vim. eiuſdem titu.
& ita tradit Iuli. Clar. in. §. ſtuprum. in ver.
Sed quæro. in fi. Pro quibus etiam facit. l.
vnica. C. de rap. virgi. in prin. quo in loco
virginum raptoribus pœna mortis impo-
7. ſita eſt. Sed in huiuſmodi delictis attenta-
tum punitur eadem pœna, qua puniretur
delictum ſi effectus ſecutus fuiſſet. vt clare
Bal. oſtendere conatur in. l. ſi fugitiui. nu.
2. in fi. C. de ſeruis fugi. in quo loco alle-
gat tex. in. l. ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſco. & cleri. dicens ibi hoc eſſe ſpe-
ciale in hoc delicto: ideo quòd pudicitiã
attentauit. & confirmat ipſe ſuum dictum
in dicta. l. ſi quis non dicam rapere. num.
1. in verſi. Septimo oppono. & Bar. in. l. 1.
ff. de extraordinar. crimi. vbi dicit, quòd
peruenire ad oſculum, tunc punitur hoc
attẽtatum, ac ſi eſſet perfectum delictum:
per dictam. l. ſi quis non dicam rapere.
Iuuantur iſtę opiniones ex eo quòd de-
lictum hoc dicitur atrociſsimum: ex quo
Berta domicella fuit amplexa contra eius
voluntatem, eo animo vt de pudica impu-
dica fieret. arg. l. qui vaſ. §. vetare. ff. de fur.
& tenet hoc expreſſe glo. in. l. 1. in verbo
propter voluntatem. ff. de extra ordinar.
crimi. vbi hoc crimen enorme appellat.
& reputat hoc delictum, atrociſsimum
8. Math. de Afflic. in deciſ. 276. num. 4. At
in atrociſsimis delictis, affectus cum atten
tato punitur non ſecuto effectu eadem
pæna ſicut in delicto conſumato, maximè
quando delictum conſumatum non eſt
non ideo, quòd per delinquẽtem ſteterit,
ſed quia illud cõſumare non potuit, vt in
noſtro caſu iuxta glo. 1. in verbo. ſi quis.
dictę. l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſ.
& cler. vide latè per Math. afflictis. in dicta.
deciſ. 276. in prin. Ergo contra Titium in
dicto caſu concluſum videtur, ipſum pro
dicto attentato dicti amplexus contra Ber
tam domicellam inuitam & acclaman-
tem cauſa pernicioſę libidinis facto pœna
mortis eſſe puniendum.

9. Alij vero ſunt qui contrariam tenuere
opinionem, videliſcet Titium, non pœna
ordinaria pro dicto attentato tanquam ſi
eſſet delictum conſumatum eſſe punien-
dum, ſed ſolum pœna extra ordinaria ar-
bitrio iudicis. ita Cyn. in. l. ſi. quis non di-
cam rapere. C. de epiſco. & cleri. in. 6.
oppoſitio. in ſua dictinctione. & Salyce.
in. l. is qui cum telo. num. 6. ibi dum decla
rat, quòd quando affectus tranſit in aliquẽ
actum, & ille actus nõ cadit in ſpeciale no
men maleficij, habet locum pœna extra
ordinaria iudicis arbitrio. Præterea. Math.
de Afflic. in dicta deciſio. 276. refert Ra-
phaellem Cuma. conſuluiſſe, quòd ſi vir-
go non eſt corrupta, licet eam violenter
proſtrauerit in terrã, vt eam carnaliter cog
noſceret, ſed non fecit, quia non potuit,
non venit puniendus pœna mortis. Acce
dat his quod ſcribit Iul. Clar. in. q. 83. ver.
Oſculum, in practi. crimi. vbi dicit, quòd
inferens oſculum mulieri per vim punitur
pœna extraordinaria: licet aliter iudicatũ
fuiſſet per Triuultium qui fecit cuidam
gallo

Conc. l. 2. ff. 31. / pu. 7. l. 4. ff. / 10. lib. 4. fori. / Decisiones in. 35.

Vide ibi prima / positio



gallo qui per vim oſculatus fuerat mulie-
rem nuptam caput amputari. vt etiam
refert Boſ. in titu. de extraordinar. crimi.
poſt num. 3. Et hæc opinio iuxta Afflic. in
dicta deciſ. num. 5. fundatur ex tex. in. l. 1.
ff. de extraordinar. criminib. ibi. *Et ſi effe
ctus ſceleris potiri non poſsit propter volunta-
tem pernicioſæ libidinis, extra ordinem punitur.*
quiquidẽ tex. intelligitur ſecundum glo.
in eo qui attentauit per oſculum, & ba-
ſiam, & adde amplexum: quæ ſunt præce-
dentia veneris. vt eſt glo. in. c. nec aliqua.
in verbo. concubitus. 27. q. 1. quæ de-
amplexu etiã mentionem facit. & eſt glo.
in. l. quod ait lex. ff. ad legem Iul. de adul.
10. in verbo. in ipſis rebus. Horum autem
ratio duplex eſſe poteſt. Prima eſt, nam
de iure ſtuprum conſumatum ſine vio-
lentia non punitur pœna mortis, ſed alia
pæna vt in. §. itẽ lex Iulia de adulterijs. inſti.
11. de publi. iudi. Sed per ſtuprũ attẽtatum &
non conſumatum quia ſolum peruẽtum
eſt ad oſculum ſeu amplexum contra vir
ginem inuitam & ac clamantẽ nõ mulcta
tur virginitas corporis, neq; mentis, ergo
12. mitius arbitrariè debet puniri. Et non ob-
ſtaret glo. in. §. in ſumma. in verbo. extraor
dinaria. inſti. de iniurijs. in qua habetur, iu-
dicem in arbitrarijs poſſe punire vſq; ad
mortem: quia dicta glo. a doctoribus com
muniter reprobatur ſecũdum Iaſ. in. l. qui
iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſdictio. om-
ni. iudi. & Anto. de Butr. in cap. de cau-
ſis. de officio. de leg. & Bal. in. l. quicunq;.
ff. de ſer. fugi. & eſt ſolem. glo. contraria
illi glo. in capit. inquiſitionis. in verbo.
alioquin, de accuſationib. Secunda ra-
tio eſt, quia licet de iure conatus ſiue atten
tatum ad delictum committendum de-
beat puniri etiam ſi non ſit ſecutus effe-
ctus eadem pœna, qua effectus puniretur.
vt in. l. is qui cum telo. C. ad leg. cornel.
de ſiccar. & in. l. ſi quis non dicam rapere.
13. C. de epiſco. & cleri. tamen de generali cõ
ſuetudine non punitur affectus neq; co-
natus ſiue attentatum niſi ſequatur effe-
ctus. prout atteſtatur Specul. in titu. de ac-
cuſationib. §. 1. num. 7. verſi. Quid ſi pri-
mo. in fi. vbi dicit, quòd licet quis animo
occidendi percuſſerit, & non moriatur
percuſſus, tamen de conſuetudine percu
tiens de morte non punitur, quòd appro-
bat Bal. in. l. data opera. num. 83. C. de his
qui accuſare non poſ. vbi loquens de eo
qui percuſsit volẽs occidere, reſoluit mor
te non ſecuta, percutientem de vulnere
tantum eſſe puniendum. Atteſtantur præ-
terea de prædicta conſuetudine Nicola.
Boer. in. q. 316. num. 3. & alij infiniti Do-
ctores quos citat Iul. Clar. in practi. crimi.
q. 92. in prin. Et ſignanter de conſuetudi-
ne Italię patet per Gandinum. de malefi. in
titu. de reb. non por. circa fi. per Bal. in con
ſil. 361. in fi. lib. 1. & conſil. 443. num. 3. lib.
3. quem refert Bolen. in repetitio. l. capita-
lium. §. famoſos. num. 75. ff. de pœnis. De
conſuetudine vero Franciæ conſtat in pra
ctica Millei. fol. 50. num. 35. & fol. 111. num.
25. de conſuetudine quoq; Cathaloniæ cõ
ſtat per Guiler. de Valleſica. in viatico. ſi
quis alicui criminalem folliam. nu. 8. & de
niq; de conſuetudine totius mundi atte-
ſtatur Angel. in. l. 1. §. fi. num. 3. ff. quòd
quiſq; iur. & in conſil. 14. num. 3. licet ad
huc quibuſdam ſecus eſſe videatur in atro
ciſsimis delictis. de quibus vide per Boer.
in deciſio. 316. & per Felin. in ſcriptis ſuis
poſt titulum de appellationib. vbi poſt re-
gulam ponit octo limitationes. & per Ia-
cob. Bolẽch. in repetitio. l. capitalium. §. fa
moſos. ff. de pœnis vbi ponit vndecim li-
mitationes. Et iuxta hanc vltimam opinio
nem hiſce rationibus fundatam refert Iul.
Clar. in. q. 72. in fine principij ſe pluries
vidiſſe iudicare in ſuo ſenatu & in ſpecie
ſuper pudicitia attentata per Petrum Vica
rictum qui puellę nubilis lectum aſcende-
rat, & pectus tetigerat neq; vltra progreſ-
ſus fuerat, qui habita remiſsione fuit abſo
lutus. 3. Iunij. 1547. Pręterea iuxta hãc ean-
dem opinionẽ reperio fuiſſe deciſum per.
Math. de Afflic. in deciſ. 276. vbi refert a ſe,
& ab alijs doctoribus & conſiliarijs & au-
ditoribus Regiæ Mageſtatis fuiſſe vota-
tum, virum propter oſculum cum ample-
xu contra voluntatem mulieris virginis
acclaman-

acclamantis in ſtrata publica condemnan
dum eſſe ad pœnam relegationis aciuita
te vbi fuit factum dictum oſculum per tri
ginta miliaria: & ad pœnam pecuniariam
moderandā ſecūdum eius diuitias & pau
pertatem. Sicq; patet, in hoc crimine, at-
tentatum non puniri pœna ordinaria qua
puniretur delictum ſi conſumatum eſſet:
ſed extraordinaria arbitrio iudicis. Affir-
matq; idem Math. de Afflic. in dicta deci
ſio. num. 5. hāc opinionem fundari ex .l.1.
ff. de extra ordinar. crimi. ibi. *et ſi effectus
ſceleris potiri non poßit propter voluntatem per-
nicioſæ libidinis extra ordinem punitur*. qui tex.
intelligitur ſecundum glo. in eo qui per-
uenit ad colloquia, & oſcula ſiue baſia.
Ipſe vero non poſſum non hanc vltimam
ſentētiam atq; Afflic. opinionem repro-
uare, affirmando, in caſu noſtro pœ-
nam in iure ordinariam prædicti delicti re
periri: & ſic locum non eſſe pœnæ extraor
14. dinariȩ iudicis arbitrio. Quod ex ſequen-
tibus probo, vbi in lege certa & ſpecialis
pœna ſtatuta eſt, non eſt, cur iudex pœnā
arbitretur: nam iudex inferenda ſententia
perpetuo ſequi debet pœnas ordinarias
& in legibus conſtitutas, neq; illas temerè
poteſt ſuo arbitrio augere, minuere, varia-
re, inflectere, aut infringere. ita Iodoc. in
practi. cap. 55. nu. 4. Neq; debet eſſe mitior
lege vt in. §. oportet. in auth. đ iudicib. col
la. 6. Sed tūc demū arbitrari poteſt, quādo
certa & ſpecialis pœna per legē impoſita
non eſt. vt in. l.1. §. expilatores. ff. de effra-
ctorib. & expilatorib. ibi. *Quibus nulla ſpe-
cialis pœna reſcriptis principalibus impoſita eſt,
idcirco cauſa cognita, liberum erit arbitrium ſta-
tuendi ei qui cognoſcit*. concordat tex. in. l.1.
§. ait prætor. ff. de iur. deliber. ibi. *ſi tempus
ad deliberandum petet, dabo*. cum dicit tem-
pus, nec adijcit diem, ſine dubio oſten-
dit eſſe in ius dicentis poteſtate quem diē
præſtituat. & eſt tex. in. l. ſiquis reum. ff. de
cuſto. & exhibitio. reo. vbi quando pœna
ſtatuta nō eſt, præſes de modo pœnæ quā
15. inferri oporteat ſtatuet. At in caſu noſtro,
& de quo agitur, per legē, certa & ſpecialis
pœna ſtatuta eſt. vt expreſſe probatur in. l.
1. §. qui puero. ff. de extraordinar. crimi.
vbi ſancitū eſt, quod qui impudicitiæ gra-
tia contra puellam quicquam fecerit, per-
fecto flagitio, capite puniatur: imperfecto
vero in inſulā deportetur. Ergo concludi-
tur in dicto caſu, pœnæ extraordinariæ iu
dicis arbitrio locum nō eſſe: & Matheum
de Afflictis ſuoſq; collegas in dicta deci-
ſio. 276. non recte ſenſiſſe. Nam. l. illa. 1. &
glo. ff. de extra ordinarijs criminib. quæ
volūt eum qui peruenit ad oſculum cum
nupta puniendum eſſe pœna extra ordi-
naria. vt ibi in verbis. *Et ſi effectus ſceleris
pœtiri nō poßit propter voluntatē pernicioſæ libi
dinis contra ordinem punitur*. intelligenda qui
dem in eo loco eſt, quando oſculum fit,
ſine vi. At quando cum vi, tunc ſumus
in quȩſtione noſtra: & in eo caſu ſuccedit
tex. in eadem. l.1. §.1. qui loquitur intentā-
te puellam ad ſtuprum cum aliqua vi: &
tunc ille tex. quando tale delictum conſu-
matur ponit pœnam ordinariam: vt delin
quens capite puniatur. vt ibi. *perfecto flagi-
tio capite puniatur*. Quando vero non eſt
perfectum, ſed ſolum attentatum, ponit
pœnam deportationis, quȩ pro dicto attē-
tato in hoc ſpeciali crimine quoq; eſt pœ
na ordinaria: loco cuiꝰ, quia in vſu nō eſt,
poſſet delinquens condemnari perpetuo
16. ad trirremes. Nam pœna ordinaria dicitur
illa, quam leges ſanxerunt; quam principes
cōſtituerunt: aut certè quȩ longa patriaq;
conſuetudine introducta eſt. l. 1. §. 2. ff.
ad ſena. cōſul. Turpilia. Et differt ab extra
ordinaria, ideo quod extraordinaria eſt il-
la quam iudex non ex legum, principum
ve conſtitutione, aut ex inolita conſuetu-
dine, ſed ex proprio arbitrio infert, & im-
ponit. cap. de cauſis. §. illis. ex. de officio de
lega. cap. ſuper his. ex. de accuſatio. l. ho-
die. & l. ſanctio legum. ff. de pœnis. & di-
cta. l.1. §. expilatores. ff. de effrac. & expila-
torib. Atq; ideo deciſum videtur, quòd cū
dicta. l. 1. in. §. qui puero. ff. de extraordi-
nar. crimi. ſtatuat pœnam contra atteſtan-
tem puellam ad ſtuprum, illa pœna ſit or-
dinaria & proinde iudicem contra talem
delinquentem pœna extraordinaria ſuo





arbitrio vti non poſſe: ſed potius ordina-
ria per dictam. l. impoſita.

Tamen non obſtante hac ratione, quæ
vrgentiſsima eſt, & cui vix reſponderi po-
teſt, fateor dictum Matheum de Afflictis,
alioſq; conſiliarios collegas ſuos recte in
caſu dictæ deciſionis. 276. duabus rationi-
bus in dicto caſu pœnā arbitrari potuiſſe.
Prima ratio eſt, nam licet pro affectu & co
natu ſiue attentato ad ſtuprum contra do
micellam ſeu virginem inuitam impona-
tur per legem certa & ſpecialis pœna, quæ
eſt deportationis. vt in dicta. l.1. §. qui pue
ro. ff. de extraordinar. crimi. & iudex infe-
renda ſentētia ſequi debeat pænas ordina-
rias, & in legibus conſtitutas, vt ſupra dictū
17. eſt, tamen cum euidenti maximaq; ratio
ne, poteſt iudex pænas legum augere, mi-
nuere, variare, inflectere, aut infringere. vt
expreſſe habet in. l. etſi ſeuerior. C. ex qui-
bus cau. infam. irroga. & in. l. fi. ff. qui ſatis
da. cogan. quod explicat latè, & exēpla pro
ponit Gui. Pa. in. q. 206. Et cū in caſu pro-
poſitæ quȩſtionis per Afflictis. in dicta de-
ciſ. 276. maxima adſit ratio, per quam dicti
iudices per ducti fuerunt ad mediocrē pæ
nā, quàm eſſet illa pæna deportationis, me
rito dicendum eſt, eos non eſſe reprehen-
18. tione dignos. Ratio autem & cauſa præci-
pua fuit, quòd illud attentaum oſculi cum
amplexu, fuit primus motus hominis cau-
ſatus ex amoris & libidinis furore. Qui fu-
ror in honeſtȩ libidinis & animi perturba-
tionis ipſius attentantis oſtenditur, ratio-
ne viæ publicæ, ab ittinerantibus frequēta
tæ: in qua hoc delictum commiſſum fuit.
Solent enim hæc clā cōmuniter ob rei tur
pitudinem committi: ille vero delinquēs
palam, amoris & libidinis furore commo
tus, in ſtrata publica virginis pudicitiā attē
19. tauit. Ideoq; Cicero de oratore diffinit li-
bidinem eſſe impetum quendā animi nō
rectum. Et Iuſtinia. in. §. illudq; verſi. Sed
20. nihil. in auth. quib. mod. natural. effician.
ſui. reffert, nihil eſſe vehemētius amoris fu
rore: eſſeq; perfectæ philoſophiæ eū cohi
bere. Sicq; glo. in dicto. §. illudq;. in verbo.
vehementius. notat amorē appellari furo
rem vehementē: vt ſicut furioſus ſe nō ſen
tit, ſic nec amoroſus. Et propterea idē Iu-
ſtinianus. in. §. fi. inſti. de ſucceſsio. ſubla.
quȩ fiebant per bonor. vendi. hoc amore
correptos, bacchātes veluti furore vini af-
fectos dixit. Paul. etiam Ægineta. lib. 3. eos
qui hoc amore detinentur, perinde ac in-
ſanos pharmacis curat: eiſq; obliuionem,
vel nouam ſolicitudinem ratione victus
21. inducit. At cum primi motus non ſint in
poteſtate hominis, vt in varijs locis oſten-
ſum eſt, & hi amantes in illo inſtanti tan-
quam ebrij, furioſi, & mente capti, ratione
carere videantur, merito hac ratione con-
cludendum eſt, aliqua ex parte eis eſſe par-
cēdum: ſaltim ne pro attentato, & delicto
non cōſumato pœna ordinaria puniātur:
ſed alia extra ordinaria arbitrio iudicis.
arg. tex. in. l. Diuus. ff. de officio prȩſid. &
arg. tex. in. c. ſanè. cum duob. ſequen. 15. q.
22. 1. & etiam arg. eorum. quȩ de ebrio dicun
tur. Qui ſi exiſtente inebrietate delictum
commiſſerit, debet puniri mitius: quàm ſi
non fuiſſet ebrius. ita Florian. in. l. ſed & ſi
quacunq;. §. ſed ſi infans. ff. ad leg. aquil. &
Guiller. Mayner in. l. in totum. nu. 68. & in.
l. ferȩ in omnibus. num. 3. ff. de reg. iur. &
Salicet in. l. Diuus Traianus. C. ad leg. cor.
deſicar. Abb. in cap. 1. de maledi: & Bal. in.
l. 1. num. 45. C. vnde vi. in quibus locis prȩ-
dicti Doctores concludunt, ꝙ licet ebriuſ
debeat puniri ratione delicti, tamen ꝙ le
uius puniatur. Pari quoq; ratione dicēdū
eſt, in ipſis, qui repentinis motibus, vt ebrij
amoris & libidinis furore incēſi, pudicitiā
23. mulieris virginis attentant. Secunda ratio
eſt, quia vbi per. l. punitur affectus ac ſi fuiſ
ſet conſumatus, poteſt iudex in dicto caſu
ex poteſtate ſibi à. l. conceſſa mitigare pœ
nā ſi vult: ſed nō neceſsitatur. tex. eſt ſingu
laris in. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis.
Et reffert Salycet in. l. is qui cū telo. C. ad
ad. l. Cornel. deſica. nu. 6. in fi. Baldū dum
legeret dictā. l. ita hāc rē intellexiſſe, hūcq;
dediſſe intellectum. Cuius etiā mētionē fa
cit. Afflic. in dicta deciſio. 276. nu. 7. Et ſic
videtur Mathei đ Afflic. aliorūq; ſequaciū
ſententia & opinio hiſſe rationibus confir

24. mata & corroborata. Secundũ quam opi
nionem etiã concluſum fuit in noſtro Re
gio concilio die. 10. Auguſti. 1583. in facto
fiſci procuratoris Regię curiæ cõtra Iaco-
bũ Sarraima agricolã villæ Oleſiæ delatũ
& inculpatũ, quòd in via, & ſtrata publica
qua itur à dicta villa Oleſiæ ad locũ de va-
cariſſes, Iuſtinã Durana domicellam filiã
Fermini Duran eiuſdem villę inuitam &
acclamantem amplexus fuerit eius pudici
tiam attẽtãdo. Qui fuit extraordinariè pu-
nitus, & bannitus à principatu Cathalonię,
& comitatibus Ruſcilionis & Ceritanię ad
quiennium.

## Cap. 8. An dominus

Rex poſsit de peſte epidemię infectos,
ſeu ſuſpectos, ipſis inauditis, & indefen
ſis, de ſuis domibus eijcere, & bona eo
rum mobilia, in quibus peſtis de facili
cõſeruari ſolet, vt ſunt lecti, & pelles,
& his ſimilia, comburi mandare.

1. *DOmus cuiq; eſt tutiſsimum refugium: et ſic nemo inuitus ab ea extrahi debet.*
2. *Dominio rei ſuæ quis priuari non debet.*
3. *Peſtilentia omnium ægritudinum regina eſt.*
4. *Peſtis Dei flagellum eſt: & ſic maius quam belli humani flagellum.*
5. *Peſtis adeo vrgentiſsima infirmitas eſt, quæ quo ad contractus, vltimas voluntates, & iudicia plura admittit priuilegia. ibi remiſsiue.*
6. *Infecti ſeu ſuſpecti de peſte expellẽdi ſunt, ne alij inficiantur.*
7. *Rex propter publicam vtilitatem poteſt ſubditũ dominio rei ſuæ priuare.*
8. *Rex quando ex cauſa rẽ alterius aufert, licet teneatur ſatisfacere domino de præcio rei ablatæ; fallit hoc quando, propter peſtem bona mobilia aliorũ cõburere facit: quia tunc ſatisfacere non tenetur.*
9. *Domini bonorum de peſte infectorũ, ſeu ſuſpectorum, poſſunt compelli, quòd proprijs impenſis bona impurgabilia comburant.*
10. *Rex prohibere poteſt, ne quis ingrediatur domum in qua ſunt bona contaminata.*
11. *Rex poteſt compellere ſubditos, quòd teneãt aquã pro igne extinguendo.*
12. *Concluſio Regij concilij.*

FVit audita vox in populo,
immo, & rumor, quòd in
villa đ Malgrat hui⁹ Prin-
cipatus Cathaloniæ qui-
dam laborantes morbo
peſtis epidemię perierũt.
Et conſtito per informationem inconti-
nenti receptam, quoſdam in dicta villa re-
pẽtina morte perijſſe, fuit ideo dubitatum
an domin⁹ Rex poſſet prouidere, infectos,
ſeu ſuſpectos de dicto morbo, ſi aliqui eſ-
ſent in eadem villa, đ ſuis domibus vel vil-
la eijciendos eſſe: ingreſſum dictarum do
morum impediendo, & bona illorum mo
bilia comburi.

1. Lege cautum eſt, durum atq; inhuma-
num videri, aliquem inuitum trahi de do-
mo ſua: quę cuiq; tutiſsimũ eſt refugium,
atq; receptaculum. l. plerią;. ff. de inius vo
can. & l. nemo inuitus. ff. de reg. iur. & ſic
videretur deciſum, dictarũ legum authori
tate, infectos, ſeu ſuſpectos đ peſtilẽti mor
bo, non eſſe de ſuis domibus inuitos eij-
ciendos.

2. Pręterea alijs ſtatuitur legibus, quẽpiam
dominio rei ſuę priuandũ non eſſe. l. ſi pri
uatus. ff. qui & a quib. & probatur arg. tex.
in. l. totiens. §. ſi cui. de pollicitationib. ff.
Et ſic patet, bona mobilia infectorum nõ
poſſe cõburi: quia alias eſſet, dominos illo
rum bonorum dominio priuare.

Contrariam tamen opinionem verio-
3. rem exiſtimamus. Nam cũ peſtilentia om-
nium ęgritudinum regina ſit. c. ſicut. de ſi-
mo. & omnibus odibilis, & contemptibi-
lis, conuenit publicæ vtilitati, vt cito eradi-
cetur: ne ob morã plebs contaminata con
4. triſtetur. Hoc autem peſtis flagellũ maius
ac orribilius eſt, quàm belli humani flagel
lum. Bal. in. l. cũ notiſsimi. §. immo. C. de
præſcrip. 30. vel. 40. añ. Et eſt ratio, quia pe
ſtis bellum Dei eſt: cui humanæ vires reſi-
ſtere non poſſunt. & quòd ſit bellum Dei
volunt Bar. & ſcrib. in. l. naturaliter. ff. de
vſucapionib. Anto. de Bu. Panor. & Felin.
in cap. extranſmiſſa. de præſcriptionib. Et
ideo eſt verũ, quòd dicit Panor. in cap. dile
cti. đ dolo & cõtu. quòd Deũ nititur tẽtare,
qui in



qui in loco contagioſo cõtendit habitare.
Eſt adeo hęc infirmitas vrgentiſsima, quę
5. quoad contractus plura admittit priuile-
gia: vt puta, quando aliquis promiſsit ali-
quid dare vel facere die. 1. Maij. in ciuitate
Barcinonę, excuſatur ſi non dedit, vel non
facit propter peſtem quę nunc viget: cum
nemo teneatur accedere ad locũ peſtife-
rum. c. negociatorẽ. 88. diſtinc. Et alia plu
ra his ſimilia circa cõtractus: de quibus vi-
de per Rippã. in tracta. de peſte. cap. de pri
uileg. contractuum cauſa peſtis. Idem cir-
ca vltimas voluntates, in quibus cauſa pe-
ſtis plura permittuntur: quę alias, iure non
concederentur. vt per eundem Rip. late
ſcribitur in eod. tract. cap. de priuileg. vlti
mar. volun. cauſa peſtis. Pariter etiam di-
cẽdum eſt circa iudicia, ne citatus ad peſti
lentem locũ cõparere teneatur: immo ex-
cuſatur à cõtumacia, ſi non comparet. cle
men. paſtoralis. de re iudica. clemen. 1. de
foro competen. cap. ex parte. de appella-
tionib. l. quęſitum. ff. de re iudi. cap. acce-
dens. 2. vt lite non conteſta. de quibus &
alijs circa iudicia late per eundem in dicto
tracta. cap. de priuileg. iudiciorũ. cau. peſ.

Ex quibus clare cõſtat, & alijs pluribus
quę adduci poſſent, publicę vtilitati cõue-
nire, remedia preſeruatiua contra peſtem
eſſe danda: & ſumma cura & diligẽtia pro
curanda.

Vnde facile reſpondetur argumẽtis ſu-
pra propoſitis. Nam licet durũ, & inhuma
num videatur, aliquem de domo ſua inui-
tum trahi, non tamen hoc eſt verum, quã-
do ille talis eſſet infectus, aut ſuſpectus, de
6. hoc peſtilenti morbo: quia infecti ſeu ſuſ-
pecti expellendi ſunt. per ea quæ dicit Bal.
in. l. nullus. num. 2. C. de ſumma trini. & fi.
catholi. vbi dicit, quòd vbi eſt timor ali-
cuius infectionis, poteſt quis expelli de ci-
uitate. facit tex. in. l. caſus maioris. C. de
teſtamen. ibi. *aduerſus timorem contagionis.*
vbi dicit Lu. Roman. quòd patientes mor
bum peſtiferum ſunt expellendi ab vrbe.
quod firmat in. eã. l. Alex. nu. 3. Ratio eſt,
ne ille ſuſpectus, caſu quo eſſet infectus, a-
lios inficeret. ſeu corrũperet. Et ideo con-
ueniens eſt, propter publicam vtilitatem;
quod tales expellantur.

Pariter etiã reſpondetur ſecundo argu-
mento. Nã licet quis dominio rei ſuæ pri-
7. uari non poſsit, hoc credimus eſſe verũ re
gulariter, ſed fallit, quando propter publi-
cã vtilitatẽ eſſet priuandus: quia tũc domi-
n⁹ Rex poſſet eũ priuare. Propter enim pu
blicã vtilitatem liberã habet ſtatuẽdi facul
tatẽ. l. 1. & l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi.
facien. Bar. in. l. oẽs populi. q. 1. ff. de iuſ. &
iu. Et ſic, ex cauſa publica, poteſt res priua-
torũ capere. l. item ſi verberatũ. ff. de rei vẽ
di. vide latè Cali. in extrauagator. curiar.
8. prærogati. 210. Quod adeo verum eſt, vt li
cet Princeps qui ex cauſa poteſt alteri au-
ferre rẽ ſuã in tali caſu teneatur ſatisfacere
domino de pręcio rei ablatæ ſecundũ Ar-
chidia. in cap. per venerabilẽ. 9. q. 3. Bal. in.
l. ſerui. C. pro quibus. cau. ſer. liber. accipi.
Angel. in. l. fi. ff de appella. reſcin. & ſequũ-
tur communiter Doctor. vt patet ex addu
ctis per Felin. in capit. quæ in eccleſiarum.
verſi. Prima declaratio. de conſtitutionib.
ꝙ eſt verũ, quãdo Princeps aufert à ſubdi-
tis dominiũ rerum quæ vtiles ſunt ipſis do
minis, & eas vult ſibi vel alteri appropria-
re, non tamen in hoc caſu de quo agimus
reſtituere teneretur: quia res infectæ ſeu
ſuſpectę ipſis dominis pernicioſæ ſunt. Et
ſic, quãuis dominus Rex illas cõburere fa-
ciat, illud quidẽ facit ꝓ ſalute ſubditorũ:
vnde ad pręciũ nõ tenetur. l. nã & ſalutẽ. ff.
de offi. pręfec. vigil. Nã & vrbis præfectus
putridas carnes, & corruptos pices, nullo
præcio per ſoluto, ſæpè cõburit: & proijce
re facit: etiã mulcta dominis indicta. l. 1. §.
9. cura carnis. ff. de offi. pręfec. vrb. Exurẽda
enim ſunt contaminata bona: ne totũ cor
pus, omnis vè Reſpublica pereat. c. reſecã
dæ. 24. q. 3. Quod coadiuuatur ex his quæ
in ſimili ſacra ſcriptura dicit, quòd patres
noſtri, ſi đ lepra perſpicuè cõſtabat, leproſi
veſtimenta cõburebãt, eiuſdẽ domũ radc-
bãt intus, & per circuitũ, & puluerẽ raſuræ
ſpargebãt extra ciuitatẽ in loco immũdo,
& luto nouo candẽ domũ liniebãt. Quod
ſi in eadẽ reuerſa fuiſſet lepra tunc à funda

 mentis

mẽtis deſtruebatur: ligna, lapides, & cemẽta extra vrbem proijciebantur in locum immundum. vt habetur Daniel. 4. capit. & Ionæ. 3. & per glo. in cap. voluiſsẽt iniqui. verſi. Vt lepra, de pœniten. diſ. 1.

10. Et adeo bona cõtaminata exurẽda ſunt, quòd & domini ipſorum bonorum cogi poſſunt proprijs impenſis comburere bona impurgabilia propter periculum mortis imminentis: ex cõtagione ipſorum bonorũ. Debet enim ſuperior prouidere ex officio, ne quis ſibi mortem cõſciſcat. l. 1. & per totum. ff. de his qui ſibi mortẽ cõſci
11. uer. Poteritq; prohibere, ne quis ingrediatur domum in qua ſunt bona contaminata, niſi prius mũdata domo, & combuſtis bonis, quæ in ea ſunt, vt eſt tex. clarus in ſi-
12. mili in. c. ipſa pietas. 23. q. 4. Præterea quilibet poteſt compelli tenere aquam in domo pro extinguendo igne. l. nam & ſalutem. ff. d̃ officio pręfec. vigil. Ergo etiam. pro igne peſtifero depellẽdo, quilibet cogi poterit ſordida bona lauare, & impurgabilia comburere.

Ex quibus quidem omnibus clare oſtẽditur, dominũ Regẽ & infectos ſeu ſuſpectos de ſuis domibus mandare poſſe eijci, & eorum bona mobilia cõtaminata com-
13. buri. Et ita fuit concluſum in Regio criminali concilio die. 24. Marcij. 1583. in quo dictam exequendo concluſionem me exiſtẽte relatore fuit prouiſum, quòd aliquis ex regijs algutzirijs accederet per omnia loca principatus Cathaloniæ & comitatũ Ruſcilionis & Ceritaniæ, & ſignãter ad loca vicinatus villæ, & termini de malgrat, & alia quo oportuerit, qui inquireret, inquiſita fortificaret, & ſi inueniret aliquos morbo peſtis epidemiæ in aliquibus domibus & locis perijſſe, aut laboraſſe, raupas, veſtes, & quæcunq; alia bona mobilia in quibus de facili, dictus morbus conſeruari, & retineri ſolet, quæ in dictis domibus & locis inueniret cõbureret: animalia bruta vt ſunt Morilei, canes, & his ſimilia interficeret: & igne concramaret; domos prædictas ſubtutis ferreis, & patibulis clauderet, & cõclauaret: taliter, quòd illarum exitus, & introitus eſſet quibuſcũq; perſonis & brutis animalib⁹ donec aliter eſſet prouiſum interdictus, & prohibitus: ac alia faceret, quæ in ſimilib⁹ fieri eſt aſſuetũ. & quod pro his fierent litteræ & prouiſiones oportunæ & neceſſarię iuxta Regiæ curię ſtillũ.

# Cap. 9. An ſi carceratus impetitus de delicto reſiſtẽtiæ factæ cõtra officialem eum pro debitis ciuilibus capientem, vel alias, allegat per modum exceptionis, ſeu replicationis, malam capturam, prætendens, ſe nulliter captum, ſit articulus prætenſę nullitatis capturæ prius diſcuſsiendus? et interim ſupercedendum in cauſa reſiſtentiæ?

1. *EXceptio præiudicialis, ad cauſam principalem eſt prius terminanda, & diſcuſsiẽda. vt hic per plura exempla.*
2. *Cauſa præiudicialis prius tractanda eſt, ſiue principaliter moueatur, ſiue per modum incidentis, aut emergentis.*
3. *Ciuilis cauſa ſi criminali intermittitur, prius de crimine iudicatur; Quòd intellige, quando criminalis cauſa extinguit, & abſorbit omnino ciuilẽ:*
4. *Concluſio Regij concilij.*

PRO fundamento huius quæſtionis conſiderãdũ eſt, quòd vna cauſa dicitur præiudicialis ad alterã ratione excluſionis: quia vna ſit excluſiua alterius, & ſententia lata in vna pariat præiudiciũ in altera. Hoc pręmiſſo, quęſtio noſtra hęc eſt, an quãdo cauſa, vel articulus præiudicialis ſe offert ad cauſam principalem, vel in eam incidit, ſit prius illa cauſa præiudicialis ſeu articulus diſcuſsiendus? & ſupercedendum in cauſa principali. Pono exemplum, Titius fuit captus pro debitis ciuilibus per Sẽproniũ officialem, & dum eſſet in actu capturæ, dicto officiali reſiſtentiã fecit, ſuper qua fuit inquiſitus coram iudice cauſarum criminalium



lium: & contra eundem Titium reſiſtentẽ, fuit criminaliter proceſſum. Hic autem Titius exiſtimans ſe male, ſeu nulliter captum, ex defectu poteſtatis dicti officialis, opponit per modum exceptionis, ſeu replicationis, coram eodem iudice dictam pretenſam malam ſeu nullam capturam. Dubium eſt, an iſte articulus pretenſę nullitatis capturę, ſit prius terminandus, & interim ſilendum in cauſa reſiſtentię.

1. Et quod dictus articulus ſeu exceptio pręiudicialis ad cauſam principalem oppoſita ſint prius terminanda, & decidẽda, probat tex. in. l. 1. C. ſi quis alium teſtari prohibuerit. Vbi ſi agenti tanquam heres petitione hereditatis opponitur, quòd prohibuit defunctum teſtari, & quòd ob id venit hereditate priuandus, eſt prius cognoſcendum de iſta prohibitione teſtandi: & interim ſilendum in cauſa petitionis hereditatis ratione pręiudicij: quia ſi probatur, quòd prohibuit defunctum teſtari, fruſtra tractaretur de petitione hereditatis. Probat etiam noſtram ſententiam tex. in. l. ſi quis libertatem. ff. de petitio. heredita. vbi ſi agenti petitione hereditatis moueatur quęſtio libertatis, prius tractatur cauſa libertatis: & interim ſupercedetur in petitione hereditatis. Ratio eſt, quia ſententia lata ſuper libertate parit præiudicium in cauſa hæreditatis. Probant etiam eandem ſententiam tex. in. l. ſi crimen. & in. l. ſi cum ſtatus. C. de ordine cogni. in quibus habetur, quòd quando agitur de crimine cõtra aliquem, de cuius ſtatu dubitetur, an ſit liber, vel ſeruus, prius cognoſcendum eſt de cauſa ſtatus, tanquam pręiudiciali ad cauſam criminalem: cũ aliter puniatur liber, aliter ſeruus. Similiter ſi accuſatus d̃ homicidio. contra quem teſtes depoſuerunt velit arguere teſtes de falſo, quęſtio falſi facit ſilere cauſam homidij. quia ſi pronuncietur teſtes falſum depoſuiſſe, in cõſequẽs neceſſarium pronuntiatur, accuſatum reũ homicidij non eſſe. Et idem in alia, quãdo in ea incipit quæſtio falſi. l. fi. C. de fide inſtrumen. vbi Bal. Cyn. in. l. 1. C. qui accuſare nõ poſ. Item probatur per tex. in. l. quoniam per Alexandrũ. C. ad leg. iul. de adulter. vbi ſi quis per maritũ accuſatur de adulterio cõmiſſo cum vxore ipſius mariti, & accuſatus excipiat de lenocinio accuſatoris, quòd maritus habitauit cũ vxore poſt commiſſum adulterium, & maritus replicet, ꝙ accuſatus eſt ſeruus, & quod ob id non poteſt exceptionẽ lenocinij obijcere, prius cognoſcẽdum eſt de cauſa ciuili ſtatus incidenter mota per replicationem, ratione præiudicij: quia ſi pronũtietur accuſatum ſeruum eſſe, fruſtra diſputatur de lenocinio: quod ſeruus opponere non poteſt. Æquè ſi agat quis contra aliquem tanquam plagiarium, quòd ſeruũ agẽtis ſubſtraxerit, vel corruperit, & reus accuſatus dicat ſeruum eſſe ipſius accuſati, prius cognoſcẽdum eſt de dominio ſerui, quàm de crimine plagij: quia cauſa dominij eſt præiudicialis ad cauſam plagij criminis. l. præſeſ. C. ad leg. fauiam de plagiar.

2. Et adeo exiſtimamus prædicta eſſe vera, quòd dicimus procedere ſiue cauſa præiudicialis principaliter moueatur, ſiue ꝑ modũ incidentis, aut emergentis: quod ſi aliter fiat, ſententia redditur nulla Bal. conſil. 275. lib. 5. Paul. de Caſ. in conſil. 281. col. 5. lib. 1. Ratio autẽ prædictorũ multiplex eſſe poteſt, primo, quia ſi cauſa pręiudicialis prius nõ tractaretur, poteſt ſequi maximũ inconueniens, quòd fortè ius non habẽti actionẽ tribueretur: vt in exẽplis ſupra relatis demõſtrare poſſum⁹. Nã ſi cũ eſt oppoſitũ agẽti petitione hereditatis, illũ prohibuiſſe defunctum teſtari (ob quod de iure hereditate priuatur) nõ examinaretur pri⁹ articulus prohibitionis tanquã pręiudicialis ad cauſam petitionis hæreditatis, ſequeretur, quòd agens (cum iam ius & actionẽ ob dictã prohibitionẽ amiſsiſſet) obtineret tanquã heres hereditatẽ, in graue poſsidentis dãnum: & eſſet in alterius lęſionem ei tribuere ius, quod iam ſuũ nõ eſt. Quod quidem apertiſsimis iuris præceptis repugnaret, quibus ſtatutũ eſt, ius ſuũ vnicuiq; eſſe tribuendum: & alteri non eſſe lędendum. Secunda ratio eſt, quia ſi articulus præiudicialis prius nõ diſcuteretur, ſequi

 poſſet,

poſſet, quòd innocentes punirentur contra.l.abſentē.ff.de pœnis.&.l.ſi.C.de accuſationib.ibi. *ne ſubiectā innocentiam feriamus.*

Quodquidem in eiſdem ſupra exēplis demōſtrari poteſt. Nam ſi in caſu.l.præſes. C.ad leg.Faui. de Plag. nō audiretur prius exceptio ſuper dominio ſerui oppoſita p accuſatum dedicti ſerui ſubſtractione, & corruptione, quin prius tractaretur de crimine plagij, contingere poſſet, quòd accuſatus cum eſſet dominus ſerui condemnaretur criminaliter per dictam.l.Fauiam de plagiar. quod eſſet maximum incōueniēs: & delicti innocēs puniretur. Et ideo ne in hoc iudices incidant abſurdum, rectè lege illa ſtatuitur, prius ſuper dominio ſerui eſſe cognoſcendum, & interim ſupercederi debere in cauſa criminis plagij: quia ſi conſtiterit ſeruum eſſe accuſati, fruſtra de maleficio ageretur. Vide etiam alias rationes propoſitas per Anchar. in conſil. 62.num. 2. Ex quibus iuribus, & rationibus, ſatis manifeſtè compertum eſt, non ſolum prædicta eſſe vera, quando criminalis cauſa præiudicialis eſt ad ciuilem, verum etiam, quādo ciuilis præiudicialis eſt ad criminalem: quia quocunq; modo, ſemper præiudicialis cuius declaratio extingueret omnino principalem cauſam eſt diſcutienda & terminanda.

3. Nec opinioni prædictæ refragabitur Imperatoris ſententia in.l.ſi. C.de ordi. iudi. qua ſtatuitur, quòd quando ciuilis cauſa criminali intermittitur, prius đ crimine iudicetur, quod vt maius minori præfertur. Nam.l.illa, ex ſentētia glo. in verbo. de crimine. ſic interpræranda, & intelligēda eſt, vt ſcilicet prius de crimine iudicetur, intellige, quando criminalis cauſa extingueret & abſorberet omnino ciuilē. Item dicta.l. ſi. ex ſententia glo. in verbo. ſępe interprętatur, & reſtringitur, vt prius đ crimine agatur, niſi ciuilis cauſa eſſet pręiudicialis criminali: quia tunc ſemper præiudiciū eſt prius diſcutiendum: vt ſupra latius oſtenſum eſt.

Ex quibus clarè conſtat, noſtram quæſtionem deciſam eſſe, videlicet, quòd carceratus pro crimine reſiſtentiæ allegando & opponendo nullitatem capturæ, ideo quòd ille qui eum cepit nō erat officialis, vel ex defectu ſuæ poteſtatis, vel alias, debet facere ſilere cauſam criminis dictę reſiſtentię; in qua ſupercedēdum eſt; donec articulus prætenſæ nullitatis capturę terminetur: quia ſi probatur dicta nullitas capturę, probatum erit non fuiſſe cōmiſſam reſiſtentiam: & ſic fruſtra ageretur de dicto delicto reſiſtentię: & captus veniret ante omnia ſuę priſtinę libertati reſtituendus, per regulam quod ſpoliatus ante om-
4. nia venit reſtituendus. Et ſecundum hanc ſententiam, & opinionem tanquam iuridicam, & rationi cōſonā, fuit concluſum in Regio criminali cōcilio Cathalonię die. 7. Ianuarij. 1583. in facto fiſci procuratoris regiæ curiæ contra Franciſcum Salba de Valleſica inculpatum de delicto reſiſtētię Commiſſæ in actu ſuæ capturæ cōtra officialem qui eum ceperat, virtute cuiuſdam commiſsionis, vt prętendebatur informiter, & nulliter expeditæ; qui cū oppoſuiſſet coram dicto Regio criminali concilio exceptionē dictę pretenſę nullitatis capturæ, fuit in dicto Regio cōcilio, meritis proceſſus attentis cōcluſum, quòd dictus articulus prętenſæ nullitatis capturæ remitteretur ad iudicem cauſarū ciuiliū, ad quē ſpectet: ideo quòd pręcedētibus pluribus prouiſionibꝰ executionis bonorū, & perſonæ eiuſdē, in Regia audientia ciuili factis, poſtea manu Excellentiſsimi locum tenentis generalis tātum firmitis captus fuerat. & quòd interea captus detineretur.

# Capit. 10. An quando ſunt in termino duo domini habētes in eo pro indiuiſo iuriſdictionē, & nō cōcordāt in vſu, & exercitio ipſius iuriſdictionis, poſsint per dominū Regē compelli, quòd communi, & cōcordi ſuffragio eligant atq; conſtituāt baiulū, aſſeſſorem, ſcribā, & alios miniſtros neceſſarios: quibus nomine & authoritate illorum, ſubditis iuſtitia adminiſtretur.

Iuriſdi-



1. *Iuriſdictionem habentes pro indiuiſo, non poteſt vnus ſine alio per ſe nec per aliū iuriſdictionem exercere.*
2. *Iuriſdictionem duo domini habentes inſolidum, et pro indiuiſo, cōcordare cōpelluntur circa vſum et exercitium iuriſdictionis.*
3. *Diuiſionis incōmoda maxima ſunt: vt hic exemplis demonſtratur.*
4. *Iuriſdictionem pro in diuiſo poſſidentes, debent ſe concordare circa vſum, et exercitium iuriſdictionis vtēdo ea alternis vicibus: diuidēdo vſum per tempora. Quod mihi non placet: ob inconuenientia hic inſerta.*
5. *Iuriſdictionem in ſolidum et pro indiuiſo poſsidentes, debent ſe concordare in vſu, et exertitio iuriſdictionis, eligendo vnum iudicē communem, et ſic vnum baiulum, atq; alios miniſtros: qui nomine illorum vnam tantum curiam faciant.*
6. *Reipublicæ per vnū, nō per plures cōſulendū eſt.*
7. *Regnum per ſucceſsionē nō debet in plures diuidi.*
8. *Concluſio Regij concilij.*

1. CVM ex dictis dominis in iuriſdictione & imperio æqualibus, & pro indiuiſo poſsidētibus, vnus ſine alio & eo inuito, licet ad quēlibet inſolidū ſpectet iuriſdictio, non poſsit exercere per ſe, vel alium iuriſdictionem: quia par in parē nō habet imperium.l.nam magiſtratus. ff. de
2. recep.arbi. & cap. innotuit. de electio. circa tamen vſum & exercitium iuriſdictionis concordari debent: adeo, quod ſi id facere recuſant, & nolint, ſuperioris prouiſione, & mādato, ad id venire compelluntur. Quod probo ex ſententia glo. in.c.licet. in verbo, cōuenit. 16.q.3.& Angel.nu. 3. Alex.num.12.et.13.Iaſo. Alcia.& Moder. in.l.2.§.exhis.ff.de verb.obligationib. confirmat idem Innocē. in cap. prudentiam. de officio.& pot.iudic. delega. quē ſequitur Marti. Lauden. in tract. de principib. q. 526. in quibus locis prædicti ſentiūt, dictos dominos diſcordātes in vſu, & exercitio iuriſdictionis, per ſuperiorem ad concordiā reduci poſſe. Pro quibus facit tex. in.l.huiuſmodi.§.ſi.ff.de leg. 1. vbi quādo plures ſimul veniunt ad legatum, coguntur concordare qua actione agant. Ipſe etiam alia
3. ratione eandem ſententiam confirmo, vt ſcilicet diuiſionis incommoda vitentur: quę maxima eſſe contingunt, vt exēplis, & authoritatibus demōſtratur. Legitur apud Gregor. in ſintagma iuris vniuerſi. libr. 6. cap.6.num.21. quòd olim, aliquādo experta gallia eſt, diuiſionem eſſe ſibi funeſtam poſt mortē Clodouei, regno in quatuor partes ſciſſo inter filios eius Childebertū, Theodoricum, Clodomirū, & Clotarium. Et reuerſa ad Clotariū vniuerſa dictione, diuiſione rurſum facta inter filios eiꝰ Chebertum, Chilpericum, Guntranum, & Sigibertū, vnde bella exitioſa nata ſunt. Quare receptum tandem eſt in gallia, vt rebus regni cōſuleretur; primogenito Regis morientis regnum ex integro dari: vt hoc modō bellis, & ſcādalis, quæ ex diuiſione naſcebantur obuiaretur. Idem etiam ſeruatur in Hiſpania in regijs dignitatibus, ad quas primogeniti ex integro ſuccedunt: ne per diuiſionem diminuantur, ſeu ad deſtructionem deducantur. de quibus late dixi in repetitio. cap. item ne ſuper laudemio in verſ.6. à num.75. vſq; ad num. 118. & vide rationem per Doctor. in cap. imperialem. §. præterea ducatus. de prohibi. feu. alienatio. per Federi. Legitur præterea apud Math.11.cap. quòd omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Adde his illud q communiter dicitur, vbi eſt diuiſio, ibi & confuſio. Virtus enim vnita (vt inquit philoſophꝰ) fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Ex quibus ergo patet, conueniens eſſe, dictos dominos inſolidum, & pro indiuiſo poſsidētes, in vſu & exercitio iuriſdictionis, vnitos, & non diuiſos eſſe debere.

4. Forma autem concordiæ circa huius iuriſdictionis vſum, & exercitium, duplex præcipuè ab ſcribentibus annotatur. Quarum altera eſt, quòd dicti domini vtantur iuriſdictione alternis vicibus: diuidendo vſum iuriſdictionis per tempora. ita Angel. in.l.2.§.exhis. numer.3. ff. de verborum obligationibus. vbi in caſu noſtro

ſentit

ſentit eſſe recurrendum ad remedium diuiſorium.& allegat. l. Lucius. ff. de aqua quotidia. & eſti. Quem ibidem ſequitur Alex. num.13.& eſt glo. in. c. licet. 16. q.3. quam ad hoc reputat notabi. Abb. in cap. ñ.in prin. de re iudi. Idem ſequitur Ludo. Roma. in ſingul.766.incipiẽ.ſunt ſub Regina.vbi querit, quid agendum ſit, quando duo domini eiuſdẽ caſtri ſunt ſub Regina qui non poſſunt conuenire ſimul in regimine caſtri, & iura ſunt indiuidua, & reſoluit, Reginam debere facere, quòd alternis annis regnent. Hanc eandem opinionem refert Petr. Iacob. in ſua practica.ſub titu. de arbore ſucceſsio. reg. fran. col.3.vbi in quæſtione, quãdo ſunt plures prætendentes regni ſucceſsionem refert plures opiniones inter quas hæc vna eſt, quòd vtantur alternis annis.arg.l. ſi cuius. §.ſi inter.ff. de vſufruct. Sequitur eandem opinionem Felin. in cap. prudentiam. nu. 5.in verſi. Sed quod erit remedium.ex. de officio.& poteſ. iudi. delega. vbi expreſſe dicit,quòd quando domini iuriſdictionis proindiuiſo diſcordãt in vſu iuriſdictionis cogũtur à ſuperiore, vt diuidant alternis vicibus.

Hæc autem forma diuidendi per tempora vſum iuriſdictionis, ſalua pace tantorũ doctiſsimorũ virorũ mihi nunquã placuit,propter multa inconueniẽtia quę ex ea oriri & ſequi poſſent: quę hoc in loco, commemoranda eſſe ſenſui. Primum inconueniens eſt, quod ſi finito tempore vnius condomini, alter nõ poteſt recuperare proceſſus,tam ciuilium, quàm criminalium cauſarum,non expeditos, nec terminatos,retardabitur iuſtitia; quę fortè expediri non poſſet infra terminos à iure ſtatutos. Secundũ inconueniens eſt, propter præcipitatã iuſtitiam, quã officiales vnius infra tempus ſuum abreuiabunt,& accelerabunt: vt alterius officiales nihil commodi,& emolumenti percipiant. Quæ præcipitatio erit nouerca iuſtitiæ. Clemen, paſtoralis.§. verum. de re iudi. & plura delicta remanebunt impunita, quod fieri non debet. l. ita vulneratus. §. ꝙ ſi quis abſente. ad leg. aquil. de quo per Iaſo. in. §. curare. num.47. cum pluribus ſequentib. inſtitu. de actionib. Tertium deniq; inconueniens eſt, quòd ſi aliquando vnus bene & iuridice proceſsit, alius male,& fauorabiliter, & forte per inuidiam, aut inimicitiam abſoluit condemnandum, vel eum qui venit abſoluendus condemnabit, vel bonas cauſas terminabit, modicas vero,& breues aliquando ruinoſas relinquet. l. 1. §. ſciendum. ff de magiſ. conue. quem tex. not. Bal. cõtra officiales qui maiorem partem proceſſuum reſeruãt ſucceſſori, vt puniantur,ideo quòd ſunt in mora expediendi proceſſus.

5. Altera vero forma concordandi ſe circa vſum & exercitium dictæ iuriſdictionis eſt, quòd omnes inſolidum domini & pro indiuiſo poſsidentes conſtituant & eligant vnum iudicem communem: videlicet vnum baiulum, vnum aſſeſſorem, & vnum ſcribam, atq; alios miniſtros, qui dominorum nomine, vnam tantum curiam faciant: in qua ſubditis iuſtitia admi-
6. niſtretur. Idq; verum conſtat, ratione boni publici,quòd verſatur, vt per vnum nõ per plures Reipublicæ & populis conſulatur. vt patet in. l. 2. §. deinde quia difficilè ff. de origi. iur. ibi. *in tanta turba hominum, neceſſitas ipſa curam Reipublicæ ad ſenatum deduxit.* In membrorum nanq; pluralitate eſt vnicũ caput, quòd ſi plura in eodem corpore reperirentur, eſſet monſtruoſum. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu. homi. Sic Eccleſia vna eſt, quę in multitudine latius in cremento fecunditatis extenditur quomodo multi radij ſolis ſunt: ſed vnum lumen. & rami arbores multi ſunt, ſed robur vnum radice tenaci fundatum, & de fonte vno plurimi riuuli defluunt, vnitas tamen ſeruatur in origine, vt hæc latius & ſimilia in. c. loquitur. 24. q. 1. Pari quoq; ratione concludendum eſt, quòd licet in termino duo ſint domini, tamen quia ſimul & inſolidũ ſunt domini, & pro indiuiſo poſsidẽt, vnũ tãtũ caput repræſentãt: atq; ſubditorũ pluralitas tãquam membra dicti capitis gubernari debet. Et ſic vnũ baiulum, vnum aſſeſſorẽ:



aſſeſſorem, & vnum ſcribam conſtituere debent: vt per vnũ, dictos duos dominos tanquam vnũ corpus repræſentãtem, ſubditis iuſtitia adminiſtretur. Quòd quidem iuris diuini authoritate cõfirmatur, quando dominus per Ezechielem dixit. *Seruus meus Dauid Rex ſuper eos erit: et paſtor vnus erit omnium illorum.* Probatur pręterea arg. vnius tutelæ quę non debet per plures adminiſtrari, ſed vni tantum committi adminiſtratio: quia ſegnius expediunt commiſſa negocia plures. l. ſi plures. ff. de adminiſtratio. tutor. facit tex. in. l. 1. C. quando
7. & quib. quar. pars. de. lib. 10. Præterea, ad corroborationem eorum quæ dicta ſunt, adduci poteſt illud quod conſiderationibus boni publici, & communis viſum eſt, ſcilicet, omnibus fore vtilius, & ſanctius regnum per ſucceſsionem in plures nõ diuidi, ſed ad pacem inducendam, nutriendam,& cõſeruandam per vnum Reipublicę conſuli: per quem ipſa multitudo dirigatur. Vnde Prouerbior. 11. vbi non eſt gubernator corruit populus. Et ſic legitur in Saluſtij Catilinario, quòd Romani binos fecerũt Imperatores hoc modo arbitrantes, melius quàm per vnũ Reipublicę cõſuli. Sed totum euenit cõtrarium, dum corũ quiſq; magis ſe extollere, & amicitias quęrere cogitabat: ideo in breui reuocarunt. vt habetur poſt principiũ dicti libri. Hiſſe igitur rationibus attentis, videtur, fauore boni publici poſſe decidi, dictos dominos in vſu & exercitio iuriſdictionis cõcordari debere: hoc modo, vt vnum tãtum baiulum, vnum aſſeſſorem, & vnũ ſcribã, atq; alios miniſtros ambo eligant: ita vt vna tãtum curia illis communis, in qua iuſtitia adminiſtretur, conſtituta videatur, & non duæ. Et hãc opinionem approbauit regiũ cõcilium die. 1. Aprilis. 1583. in facto ſupplicationis oblatæ pro parte Franciſci Salba, & de Valleſica, ſuper qua, vel in ea contentis, fuit in dicto regio cõcilio concluſum, quod mãdaretur nobili Marię de Perapartus & de Erill, & Franciſco Salba & de Valleſica ſeu nobili Marqueziæ Salbana, & dezpalau, eius vxori, qui dicũtur domini pro indiuiſo caſtri & termini de Gilida, quatenus intra quindecim dies communi & cõcordi ſuffragio eligerent atq; conſtituerẽt baiulũ, aſſeſſorẽ ſcribã, & alios miniſtros neceſſarios pro adminiſtratione iuſtitiæ in dicto caſtro, & termino de Gilida: attẽto non cõueniebant in vſu iuriſdictionis, atq; eius exercitio.

## Capit. 11. An vaſſallis

vniꝰ Regis liceat, ad vlciſcẽdas iniurias ſibi ab alienis regnis illatas perſonas & bona dictorũ alienorũ regnorum pro aliorum noxa capere, repræſſalijs propria auctoritate vtendo. Et ſi concluditur quod non, qua pœna puniantur capientes.

1. *Alius pro alio, iure diuino et humano capi nõ poteſt. neq; pro alienis debitis moleſtari.*
2. *Repræſſaliorum ius ad vlciſcendas iniurias pertinere videtur.*
3. *Repræſſaliæ inductæ ad exemplum Androlepſiæ grecorum. Et quid Androlepſia ſit.*
4. *Repræſſaliæ appellatio vnde tracta, et quid eo nomine liceat.*
5. *Repræſſaliæ de iure pignorationes appellantur.*
6. *Repræſſaliorũ iure nemo propria authoritate vti poteſt: Sed principis in cuius dominio eſt is cui damnum in iuſtè datum eſt.*
7. *Repræſſaliæ antequam concedantur debet prius legitima cauſa præcedere: et poſtea certa ſolemnitas ſeruari: Et quæ hæc ſint vide hic latè.*
8. *Repræſſaliandi ſeu marchandi ius concedi poteſt, quando legitima cauſa præcedit, et dominus delinquentis requiſitus contemnit damnum paſſo iuſtitiam reddere.*
9. *Bellum legitimũ indici poteſt quando Rex requirit alium Regem, quod à ſuis regnicolis emendari faciat damnum iniuſtè datum ſuis vaſſalis iniuriaſq; reſarciri, et Rex requiſitus illud facere contemnit.*
10. *Municipes ex dolo alicuꝰ ſingularis perſonæ non tenentur, niſi quid ex dolo eius qui eos adminiſtrat ad eos peruenerit.*
11. *Concluſio Regij concilij.*

Ioãnes

IOannes Rubert franci-
gena & prædo in comi-
tiua aliorum prædonũ
ingreſſus fuit Hiſpaniã
& gregem ouium Ioan-
nis Canal terræ Cerita-
niæ vaſſalli Regis Hiſpa
niarum furto abduxit, & aſportauit in gal-
liam: vbi cuidam gallo dictam gregem vẽ
didit. Succeſsit, quòd poſtea dictus Ioan-
nes Canal cui iniuſtè illud damnum datũ
fuerat, inuenit aliam gregem intus Hiſpa-
niam alterius francigenæ, qui damnũ non
dederat, quam iure pignoris, & repreſſalio
rum ad vlciſcendam iniuriam ſibi à dicto
Rubert illatam, & vt damnum paſſum ſic
ſibi reſficeretur, propria authoritate cepit
& retinuit, Fuit dubitatum in hoc occur-
renti caſu, an dicto Ioanni Canal, illud pro
pria authoritate facere licuerit. & cum nõ
licuiſſet, qua pœna veniret plectendus.

Et primo dictum Ioannem Canal, gre-
gem illius qui damnum non dederat, pro
alterius noxa capere non potuiſſe, iure di-
uino & humano cautũ eſt, Nam Eccleſiaſ.
c. 18. legit, Anima quę peccauerit ipſa mo-
rietur, & fili⁹ nõ portabit iniquitatẽ patris:
perque verba apparet, aliũ pro alio capi nõ
poſſe. Vnde non immerito, pignorationes
quas vulgaris elocutio repræſſalias nomi-
nat, in quibus ali⁹ pro alio pręgrauatur, tã-
quã graues legibus, & æquitati naturali cõ
trariæ, canonica, & ciuili cõſtitutione pro
hibẽtur. ita in cap. 1. de iniurijs. in. 6. Proba
tur etiã in auth. vt nõ fiant pignorationes.
collatio. 5. & in auth. ſed omnino. C. ne
vxor pro marito. quibus iuribus, Impera-
tor Iuſtinianus condemnat pręſumentem
alium pro alio ſecundum pignorationis
formam, aurum, aut aliquid aliud exigere,
hoc reddere violentiam paſſo in quadru-
plum: & cadere etiam ab actione quam
habuit aduerſus eum, pro quo exactionẽ
fecit. facit etiam rubri. ibi per totum. C. ne
filius pro patre. & expreſſe probat tex. in
auth. vt nulli iudicum. §. quia vero. colla.
9. vbi tex. imponit pœnam creditoribus,
qui filios debitoris pro debito retinere prę
ſumunt: vt à debito cadant, & tantundem
dent eis, aut parentibus eorum: & quod
corporalibus pœnis afficiantur. concor-
dat textus in. l. prouidendum. C. de decu-
rionib. lib. 10. Ex quibus patet: graue non
ſolum legibus eſſe; verum etiam ęquitati
naturali contrarium, pro alienis debitis
alios moleſtari. vt expreſſe eiſdem verbis
atteſtatur Iuſtinia. in. l. 1. C. vt nullus ex vi
carijs pro alie. vicar. debi. tenea.
2. His tamen non obſtantibus, ſcire de-
bes, quod ad iniurias vlciſcendas pertine-
re videtur pignerationum ſeu repræſſa-
liorum ius: quod in aliquib⁹ regnis in vſu
eſt; ad emẽdãdas iniurias regnicolis inalie
3. nis regnis illatas. Quę repræſſalię inductæ
ſunt vt opinor, ad exemplũ Androlepſię
grecorũ. Androlepſia enim erat ius quod
dã pignerãdorũ hominũ, quãdo cedes pa-
trata erat, & author nõ reddebatur à ciuita
te in quã refugerat, vel vbi erat: tunc enim
licebat, ex eius ciuitatis ciuibus tres cape-
re, quouſq; reum redderent. ita Iul. Pol-
lux. lib. 8. cap. 1. Pariter etiam dicimus in
repræſſalijs, vt quicunq; eorum quibus re-
pręſſalię indicuntur, territoriũ eius qui in
dicit intrauerit, poſsit retineri cum bonis
4. vſque ad ſatisfactionem. Et huius repræſſa
liæ appellatio tracta eſt à verbo gallico re-
prændre, & repriſe, quod eſt iterum aliud
pro re ſua accipere, & iniuriam in damno
& facto cõſiſtẽtẽ poſtulare reſarciri. Eoq;
nomine licere res capere & retinere eo-
rum, apud quos qui damnum dederunt
ſunt: cum de iure reddundo, qui eo impe-
rant interpellati nolunt ſtatuere donec ſa-
tisfiat. Quæ res alio nomine apud gallos
droict d marque appellatur. vt inquit Gui-
5. do Papę. deciſ. 32. Latinæ vero iſta iura ca
piendi bona, & homines alterius prouin-
ciæ qui damnum non dederunt pro alio-
rum noxa, generali vocabulo pignoratio
nes appellantur. vt probatur in cap. vni. de
iniurijs. in. 6. vbi tex. expræſſe repræſſalias
pignorationes appellat.
6. Item te ſcire oportet, nemini licere pro
pria authoritate hoc iure vti, ſed publica
Principis inquam, in cuius dominio eſt is
cui dam-



cui damnum iniuſtè datum, vel iniuria ab
alieni regni hominibus, vel prędonibus fa
cta eſt: & quòd ante huius iuris conceſsio
nem à Principe faciendam, debẽt certa ſo
lemnia præcedere, quę ni præcedant, non
eſt hoc ius repręſſaliandi à Principe conce
7. dendum. Solemnia autẽ hęc ſunt. Primo,
quòd is cui damnum ab alieni regni ho-
minibus datum eſt, adeat ſuum principẽ,
coram quo oſtendat de iniuria, vel præda
tione commiſſa, & tunc, cum hoc Princi-
pi legitimè cõſtiterit, debet ipſe Princeps
mittere legatũ, ſeu ambaciatorem, ad Prin
cipem, populum, vel præſulem illius ditio-
nis, vbi rei degunt, vel damnum datum eſt:
vt iubeant, res iniuſtè ablatas reſtitui, iniu-
riam vè reſarciri, clare, & aperte proteſta-
tus, ni feciſſet, ſe bellum ei, vel repræſſalias
indicere, & hoſtili animo eorum bona in
regno ſuo reperta retẽturum. Et ratio qua
re hoc pręcedere debeat, ea potiſsima eſt,
quia vbicunq; pro iuſtitia obtinenda po-
teſt læſus ſuperiorem eorũ qui delinque-
runt adire, non eſt concedenda hæc pigno
ratio. ita Ioan. de Bellouiſ. in. §. 1. in auth.
8. vt nõ fiant pignoratio. Deinde vero, cum
præceſſerint legitimæ cauſæ, pro quibus
exigitur, vt primum de iniuria vel præda-
tione conſtet, requiſitumq; fuiſſe domi-
num loci, vel Principem qui nõ agnoſcit
ſuperiorem, vel populum, ſeu rempubli-
cam vbi damnum datũ eſt, vt iure ſtatue-
rent in ſuum regnicolam, vel ciuem, aut
ſubditum, pro ſpoliato, vel iniuria affecto,
qui iniuriam reſarciri, & damnum emen-
dari poſtulat, & id ab illo Principe requiſi
to fieri contemnatur, poterit tunc Prin-
ceps requirens, ac illius cui damnum da-
tum eſt, ius repræſſaliandi, aut marchandi,
eidem damnum atq; iniuriam paſſo con-
cedere contra quoſcunq; ſubditos Princi
pis requiſiti: etiam quod damnum non de
diſſent, donec fiat ſatisfactio dicti damni
illati, iniuriaq; emendata ſit. ita Bar. in tra-
ctatu de repreſſal. q. 1. Guido Pa. q. 32. & 33.
Bal. in auth. ſed omnino. C. ne vxor pro
mari. Ioan. Andr. in mercurialib. in cap.
9. non debet. de regul. iur. in. 6. Et nõ ſolum
ſeruata hac forma, permiſſa eſt hominum
liberorum, & rerum detẽtio, atq; pignora
tio: verum etiam, & legitimũ bellum indi-
ci poteſt. vt perſcribentes ſupra relati con-
corditer atteſtatur. & eſt expreſſius tex. in.
c. dominus noſter. 23. q. 2. ibi dum dicit, *Iu
ſta autẽ bella ſolẽt diffiniri, quæ vlciſcũt iniurias,
ſic gẽs et ciuitas petẽda eſt, quæ vel vindicare ne
glexerint quod a ſuis improbe factũ eſt: vel redde
re quod per iniurias ablatũ eſt*. Sic cũ illyrij, na
uigãtes qui Romanę ditionis erãt infeſta
rent, romani priuſquã cõtra illyrios bellũ
indicerent, Teucam reginã per legatos in-
terpellarunt, vt dictis nauigantibus emen-
dari iuberet illatum damnum. Quæ cũ id
facere contemniſſet, dicti romani bellum
illyricum ſuſceperunt. vt author. Pollib.
lib. 2. hiſtor. Et dicitur hac de cauſa iu-
ſtum bellum, ob præceptum illud, *alterum
non ledere, nemini nocere*, quæ iuris naturalis
ſunt: & ideo ab omnibus Principib⁹ exer-
ceri poteſt. Parimodo quę in regno, vel in
ter ſubditos iura obſeruantur, iura ciuilia
alienigenis reddi debent. Nam inquit lex,
qui magiſtratum, poteſtatem vè habuerit,
ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit, ipſe
quoq; poſtulante aduerſario, eodem iure
vti debet. Quod iuſtum eſt. Et legitur Deu
terono. 1. & 16. & Leui. 14. iudicate ſiue ci-
uis ille ſit, ſiue peregrinus: nulla enim erit
diſtantia perſonarum. Et rurſum habetur,
Exod. 23. peregrino non eris moleſtus.

Ex quibus quidẽ colligitur, quòd poſt
has obſeruationes, nempe, exiſtente iuſta
cauſa, denegata iuſtitia, & authoritate Prin
cipis, qui bellum ſolus ita & marcham in
ferre poteſt, ceſſant iura, quibus prohi-
betur, ne alius pro alterius debito, & pœ-
na teneatur. de quibus ſupra oſtenſum
10. eſt. Nam licet in iure placuerit, muni-
cipes quidem ex dolo alicuius ſingula-
ris perſonæ non teneri, tamen, ſi quid ex
dolo eius qui eos adminiſtrat ad eos per-
uenerit, teneri fatendum eſt. l. ſed ſi ex do-
lo. §. 1. ff. de dolo. quia videntur ratum
habere niſi reddant, l. 1. §. deijeciſſe. ff. de
vi & vi arma. facit tex. in capit. ſi ſenten-
tia. de ſententia. excommunicationis,
in. 6.

in.6.quo cauetur, ſubditos ex delicto domini puniri poſſe. Sicq; agitur in cõciues Reipublicæ, vel regnicolas domini denegantis, vt in noxios & debitores, & hoſtes qui patiãtur iniurias inter ſe ali, nutriri vè & aliena retineãt. Et proinde quę ab hoſtibus capiuntur iure retinẽtur. l. hoſtes. ff. de capti. & poſt limi. reuer.

At cum prędict⁹ Ioannes Canal coram ſuo Principe ſeu pręſide ꝺ̄ cauſa legitima, vt puta de iniuria vel prędatione cõmiſſa per dictum Rubert non oſtenderit, & per cõſequens Princeps vel dominus loci dicti Rubert qui gregem furto abduxerat requiſitus nõ fuerit, vt iure in ſuũ regnicolã vel ciuem aut ſubditũ ſtatueret pro ipſo Canal ſpoliato, vel iniuria affecto, ſed potius iure pignorandi, ſeu repreſſaliandi propria authoritate vſus fuerit, alterius franci genę qui damnum nõ dederat, gregem in Hiſpania repertum accipiendo, concludẽdum eſt, ipſum indelictũ punitione dignũ incidiſſe. Cuius quidẽ delicti pœna à iure corporalis ſtatuta eſt. vt expreſſe apparet in auth. vt nulli iudicũ. §. quia vero. & in auth. imo. C. de actionib. & obligatio. Sed non certa & determinata: & ideo arbitrio iudicis venit determinanda. l. 1. §. expilatores. ff. ꝺ̄ effractorib. & expila. & in. l. 1. §. ait pręton. ff. de iure deliberan. & tex. in. l. hodie. ff. de pœnis. Prout in regio cõcilio fuit concluſum die. 23. Decẽ. 1583. contra Franciſcũ à Vellanet, Ioãnẽ Maſcle alias Fãto, & Anthonium Moxart, reos detentos: qui dictum Ioannem Canal in dicto facto aſſoſsiarunt: & fuerunt ea ratione condemnati, quòd bannirẽtur à principatu Catha lonię & comitatibus Ruſcilionis & Ceritanię ad biennium.

## Cap. 12. An viles & inhoneſtæ mulieres poſsint & debeant expelli à cõuicinijs honeſtarum mulierũ.

1. *V Icinitas à ciuili ſocietate formari cœpit, et ideo vicini inter ſe debent habere quandam fraternitatis ſpeciem.*
2. *Vicini ceteris amicis preponuntur.*
3. *Vicini melior iuxta, quàm frater procul propter oportunam et quotidianam opem.*
4. *Vicini ſi mali ſũt, nihil boni ab eis exiſtimãdũ eſt.*
5. *Vicini mali, hoc eſt, qui malis morib⁹ imbuti ſunt, vt lenones, & meretrices, ab honeſta vicinia expellendi ſunt: ne mores vicinorum probos inficiãt.*
6. *Meretrices vel aliæ inhoneſtæ mulieres prohibendæ ſunt, ne habitent in comitiua honeſtarum.*
7. *Meretrices quæ dicantur.*
8. *Lex. Cathaloniæ contra inhoneſtas mulieres habitantes in conuicinijs honeſtarũ, quod expelãtur. Quam legem paſsim iudices practicare ſolent.*

1\. CVM vicinitas à ciuili ſocietate formari ceperit vt inqui Grego. in Syntag. iur. vniuer. lib. 4. cap. 24. num. 6. viciniq; interſe habeant, ſeu habere debeant ſpeciem quandam fraternitatis propter ciuilem ſocietatem initam, in qua & ſpecies eſt fraternitatis. vt in. l. verum. ff. pro ſocio. conueniens eſt, quòd vicini, boni, & probi, conformes, ac vnanimes ſint.
2\. Inueniũtur enim vicini ceteris amicis prępoſiti. vt habetur Tobię. 8. vbi cũ Raguel vxori ſuæ dixiſſet, quòd inſtrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agẽtibus neceſſaria, duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes, occidi fecit: & præparari epulas omnibus vicinis ſuis; cũctiſq; amicis. Iuſſerat & Deus in comedẽdo agno paſchali vocari vicinos ꝓximiores, vſq; ad numerũ animarũ ſufficientium ad eum mãducandum. vt Exod.
3\. cap. 12. Et vicinum meliorem iuxta, quam fratrem procul dixit ſapiens. Prouer. 27. Nam illi cum boni ſunt, propter oportunam & quotidianam opẽ nobis, noſtriſq; proſpiciunt: nos vero ipſis, & quæ illorum
4\. ſunt viciſsim. At cum vicini mali ſunt cõtrarium: & prorſus nihil boni ab eis exiſtimandum eſt. Nihil enim pernicioſius eſſe poteſt, quàm malus vicinus, propter noſcẽdi omni momẽto datam oportunitatem: cum omnia quæ vicinorum ſunt noſcere, factaq; eorum ſcire pręſumãtur. vt in cap. quãto. & cap. quoſdam. ex. de præſumptionib. Hi quanto magis domeſtici & familiares præſumuntur, tanto peſsimi efficiũtur inimici: cum mali ſunt. Nã corpore videntur eſſe nobiſcum, mẽte vero & animo cõtra nos ſunt, & multo nequiores hoſtes hi: quam illi, qui foris ſunt & euidẽter inimici ſunt. vt expreſſe habetur in. c. ſi inimic⁹, 93. diſtin. vbi glo. in verbo. hoſtis. refert dictum Boetij dicẽtis, quòd nulla pæſtis efficatior eſt ad nocendũ, quàm familiaris inimicus. Vnde nõ eſt deterior hoſtis, quàm fictus amicus. Et ſic fertur, non odium grauius quàm ſimulatus amor.

5\. Quare ſanctiſsimè cautũ eſt, malos vicinos, hoc eſt, qui malis moribus imbuti ſunt, maleq; viuũt, vt lenones, meretrices, & alij inhoneſtè viuentes, ab honeſta vicinia expellẽdos eſſe: ne mores vicinorũ ꝓbos inficiant. l. nõ aliter. ff. de vſu. & habitatio. tenet Luc. ꝺ̄ Penna. in. l. ſiqua. C. de ſpectacul. & ſcenicis, & lenonib. lib. 11. Quod quidẽ ex illa iuris cõſultorũ communi locutione probatur, qua habetur, *Morbida facta pecus totum corrumpit ouile*. l. Iulianus. in prin. ff. de actionib. empti. Ac etiam noſtro vulgari Catalano fertur, *Qui te bon vehi, te bon mati*. & cõtra. *Qui te mal vehi, te mal mati*. Reſcecandę ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellẽda; ne tota domus maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur; putreſcant, intereãt. Arrius in Alexãdria vna ſcintilla fuit, ſed quoniã nõ ſtatim oppreſſus eſt, ꝑ totũ orbẽ eius flãma populata eſt. hęc in. c. reſcecandæ. 24. q. 3.

6\. Et ſic fit, quòd meretrices vel aliæ inhoneſtæ mulieres nõ habitẽt in comitiua honeſtarum: quæ prohibendæ ſunt, ne bonæ ob ipſarum meretriciũ corrũpantur. vt in dicta. l. nõ aliter. & probatur in auth. de lenonib. in. §. ſancimus. tenet expreſſe Paul. de Caſ. in. l. nullus. nu. 5. C. de ſumma tri. & fi. catholi. & Iaſ. in. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure. Probatur etiã iuxta illud ꝙ in ſacra pagina legitur, *Neq; habitauit iuxta te malignus neq; permanebunt iniuſti ante occulos tuos.*

7\. Meretrices autẽ eas mulieres intelligas, quæ impudentius multis ſe proſtituunt. c. vidua. 34. diſtinctio. ibi. *Meretrix quæ multorum libidini patet*. & l. palã. de ritu nuptiar. quarũ turpitudo publicè venalis eſt. c. meretrices. 32. q. 4. Et eam etiam ad quã vnus acceſsit, ſi mercedẽ proinde recepit. arg. l. mariti. §. qui quæſtũ. ff. ad leg. Iul. de adul. ibi. *ſiue enim ſæpius, ſiue ſemel.*

8\. Et propterea in hoc Principatu Cathaloniæ condita eſt quoq; lex, qua villis ſui corporis atq; diffamatis fœminis vetatur, ne in conuicinijs honeſtarũ mulierũ habitẽt: immo, quòd expelli poſsint, etiã quòd in dictis conuicinijs ꝓprias ac ſui patrimonij domos haberẽt. tex. eſt in cap. 11. Regis Petri. 3. in curia Mõtiſſoni. ſub titu. ꝺ̄ adulter. eque vils fembres. Et fuit idẽ cautum, atq; ſancitum per Regiã pracmaticam Regis Alfonſi, quæ data fuit Valentiæ. 10. Kalen. Februarij. 1330. & eſt in volumi. cõſtitutionũ. fol. 311. in fi. ſecũdæ paginę. Quod ſępè iudices vicinis honeſtis inſtãtib⁹, practicare ſolent: qui ſumpta ex arbitrio ſummaria informatione, quòd talis eſt meretrix, vel lena, præcipiunt ei, quòd infra tempus ex arbitrio conſtitutũ euacuẽt viciniã illã: vt mũdę cõſeruentur & reſplendeant. c. non ſatis. 86. diſtinctio. & c. gloria. 12. q. 2. & in. c. vaſa. dẽ cõſecratio. diſtinctio. 1.

## Cap. 13. An dicens alteri quòd eſt iudæus, & affirmat poſtea in multis locis, & partibus, illũ ex genere & proſapia iudęorũ deſcendere, inferat ei iniuriã? & quã. Et an talis iniuria, ſeu cõuitiũ ſit punitione dignũ: & qua pœna.

1. *INiuriarum actione, et ciuiliter, et criminaliter agi poteſt.*
2. *Iniuriæ effectus eſt, alium malo afficere.*
3. *Nomen bonum habere curare debemus.*
4. *Iniuria verbalis non eſt ferenda ſine vindicta propter publicam vtilitatem.*
5. *Linguã tanquam inquietum malũ nullus hominũ domare poteſt, niſi frenũ vt equis imponatur.*
6. *Linguæ occaſione, quæ mala proueniant.*
7. *Iniurioſa verba de perſe iniuriam oſtendunt.*

8. *Animus talis præſumitur, qualia ſunt verba vel facta.*
9. *Iniurioſa verba proferẽs contra aliquem tenetur actione iniuriarum. Et eſt verum, licet iniuria vera eſſet: ſi animus iniuriandi adeſt.*
10. *Iudæo vel ſarraceno baptizatis non poteſt quis eorum legem retrahere.*
11. *Iudæi licet ex nobilibus parentibus orti ſint, tamẽ ſuis exigentibus peccatis, meruerunt ore diuino nominari populus duræ ceruicis.*
12. *Iudæorum parentela fediſſima et horribilis declaratur: et quare.*
13. *Iudæi quare ceci dicantur.*
14. *Chriſtianum iudæum appellare, et ei cui dicitur, et toti eius agnationi, et à ſe deſcẽdentibus, iniuria infertur.*
15. *Iniurioſa verba alteri dicere licitum eſt: dummodo illud ſit pro defenſione priuilegiorum, vel Reipublicæ; abſq; animo iniuriandi.*
16. *Iniuriam contra aliũ proferens, licet Reipublicæ cauſa, tenetur iniuriarũ actione ſi animo iniuriandi, et infamandi dixit.*
17. *Iniuria verbalis varijs legibus punita.*
18. *Pæna iniuriæ verbalis, iure ciuili quo vtimur, arbitrio iudicis relinquitur.*
19. *In iniurijs puniendis tria conſideranda.*
20. *Concluſio Regij concilij.*

IN præſenti ciuitate proceres & confratres confratriæ fabrorum lignorum congregarunt ſe in domo dictæ confratriæ, in qua inierunt cõciliũ; ad eligendum eiuſdẽ cõfratriæ collectorem. Et electa ad dictũ officium perſona Simeonis Oliueres fabri lignarij, Andreas Carbonell alter ex dictis fabris lignarijs cõtra eundem Simeonẽ Oliueres in præſentia procerum & aliorũ confratruum oppoſuit, illum non potuiſſe ad officium collectoris eligi: ideo quod erat iudæus, & ex genere ſeu proſapia iudæorum natus. Et perſeuerauit in hoc dicto, in alijs locis ſeu partibus dictæ ciuitatis, cõuitioſẽ, & animo, atq; propoſito deliberatis illum iniuriandi. Attamẽ dictus Simeõ Oliueres ſciens ſe natũ ex optimis & chriſtianis parẽtibus, ſuiq; generis ſanguinem non fuiſſe nec eſſe iudæorum ſanguine cõtaminatum, exiſtimauit, ſibi atrocem iniuriam fuiſſe illatam: afficientem agnatos, liberos, & à ſe deſcendentes, & deniq; alios ſui generis & proſapię. Ob quam quidem rem, dictus Oliueres contra eundem Carbonell in Regio cõcilio criminalem inſtituit accuſationem: in quo fuit agitatum de huiuſmodi iniuria atq; conuitio, an eſſet punitione digna? & qua pœna, de quibus infra.

1. Et quamuis ad vindicandam iniuriam,
poſſit & ciuiliter, & criminaliter agi, iuxta.
l. pretor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniurijs. &
in. §. in ſumma. inſti. eod. ti. tamen dictus
Simeon Oliueres maluit contra eundem
Carbonell criminalẽ intentare actionem:
vt ſic tantę iniuriæ caſtigatio, & coercio,
publica eſſet: ob ſui nominis, & famę lęſe
2. defenſionem, & recuperationem. Nam
cum huius iniurię effectus ſit, alium malo
afficere, vt Seneca lib. 2. ad Serenum. vbi
cum tractat in virum ſapientem non cadere iniuriam, inquit, nemo poteſt accipere iniuriam ſine aliquo detrimento, vel rerum extra nos poſitarum, & pariter Vlpianus referat in. l. 1. §. omnem. ff. de iniurijs. omnem iniuriam diminutionem eſſe eius in quem incurrit, nimirum ergo, ſi ob vindictam publicã in hac cauſa criminaliter proceſſum fuerit. Iuſtam enim fuiſſe cauſam, & rationem agendi, atq; inſtandi huius criminis punitionem, rationes quibus bonum nomen defendẽdum inuitamur, atq; publica vtilitas, quę vindictã publicã
3. poſtulat docẽt. Legitur enim, nos de bono nomine maximopere curã habere debere, vt Eccleſiaſ. cap. 41. ibi. *Curã habe de bono nomine: hoc enim, magis permanebit tibi; quàm mille theſauri prætioſi; et magni.* Immo & crudelis eſt qui ſuam famam contemnit. c. nolo. 12. q. 1. Nam ſicut lux occulorũ letificat animã, ſic bona fama impinguat oſſa: ideſt, auget virtutes, in quibus robur conſiſtit hominis interioris, non minus, quàm robur exterius in oſsibus. vt Eccleſiaſ. capit. 3. Deinc, & nobis proba





vita neceſſaria, & ſufficiens quidem eſt; alijs autem, & fama noſtra neceſſaria eſt. c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. Et ſic cauẽdum eſt, vt nõ ſolum, ne incidamus in crimen, ſed etiam, ne in criminis vel notę opprobrij ſuſpitionem. Quod quidẽ, non ſolum nobis ſpectandum eſt, verum etiam & liberis, & deſcendentibus à nobis: quia vt inquit Iſocrates, plus tibi curę ſit, vt honeſtã famam quàm diuitias ingentes liberis relinquas: nam hę mortales ſunt, illa vero immortalis. Et per famam, comparari poſſunt opes; nunquam vero pecunijs, fama redimitur. Item diuitię, etiam improbis accedunt: at famę gloria non poteſt niſi ſolis viris cõtingere. Melius enim eſt bonum nomẽ, quàm diuitię multę. vt Prouerbio. 22. Et melius bonum nomẽ, quàm vnguenta pręcioſa. Eccleſias. cap. 7.
4. Et quamuis pręinſerta ratio, quę tãrum
commodum & vtilitatem iniuriam paſſi
reſpicit, ſufficiens fuerit ad criminaliter in
hac cauſa agendum: publica quoq; vtilitas
ſuadet, ne talis iniuria ſine vindicta feratur.
5. Et eſt ratio, primo, vt lingue frenũ, vt equis
& vt gubernaculum naui ad eam compeſcendam & circumducendam imponatur:
cum aliter, illam tanquam inquietum malum, & plenam veneno mortifero, nullus
hominum domare poſsit. vt refert diuus
6. Iacob. in epiſtola catholica. cap. 3. Homines per ipſam interficiuntur, blaſphemię periuria perficiuntur, nuptię, principatus, & regna, per ipſam ſubuertũtur: & in ſumma vita omnis, infinitorum errorum referta eſt. Idcirco Prouerb. 13. verſ. 3. habetur, qui cuſtodit os ſuũ, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Propterea diuus Iacob. in dicta epiſtola. cap. 4. admonet; ne detrahamus alterutrũ: qui enim detrahit, aut qui iudicat fràtrem ſuum, detrahit legi: & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis: ſed iudex.

Secundo, crimen hoc ideo punitione dignum exiſtimatur, quòd verba illa perſeuerata, quòd Simeõ Oliueres erat iudæus, ac de genere & proſapia iudæorum deſcendens, fuerunt conuitioſè, atq; ad infaman-
7. dum prolata. Nam verba hæc, de per ſe in-
iuriam oſtendunt: & proinde non licet vti excuſatione, niſi contrarium manifeſtè doceatur. cap. 1. de præſumptionib. & Prouerb. 26. verſi. 24. A verborum enim propria ſignificatione recedendum non eſt: niſi de contraria mente conſtet loquentis. l. non aliter. ff. de leg. 3. Nec arbitramur quenquam dicere, quod non ſentiat, & quin maximé eo nomine vſus ſit, quo res appellari ſolet. l. labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellecti. leg. l. 3. de reb. dub. cũ ſimi
8. libus. animus enim talis præſumitur, qua-
lia ſunt verba: vel facta. vt in dicta. l. Labeo. & in. l. ſcire. ff. de tutorib. & curator. dat. ab his. & l. repræhendẽda. ff. de inſtitu
9. tionib. & ſubſtitutionib. At cũ verba iniu-
rioſa, aut conuitioſa, animo iniuriandi contra aliquem proferuntur, proferens illa tenetur iniuriarum actione, ſiue proueniat ex culpa, ſiue ſine culpa illius, contra quem proferuntur: quia adeſt iniuriandi animus, quod eſt ſubſtantiale in iniuriarum actione: cum iniuria ex affectu faciẽtis conſiſtat. vt in. l. illud. §. iniuria. ff. de iniurijs. & in. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. & expreſſè Grammati. in deciſio. 37. num. 6. Ergo concluſum videtur, iniuriantem prædicta iniuriarum actione teneri: & ex hoc puniendum eſſe.

Quod quidem ad huc procedere exiſtimamus, licet iniuria verbis illata vera eſſet; vel conuitium dictum: nam quando animus & voluntas iniuriandi ad ſunt, non eximitur iniuriam inferens ab actione iniuriarum. Non enim debet quis alterius infamiam ſiue defectus detegere ſine cauſa: defectus enim noſtros in humanum atq; iniurioſum eſt detegere. l. 2. C. quando & quib. quarta pars lib. 10. licet enim tali caſu factum vel dictum bonum ſit, & vtile, in ſe detegi, ſi fiat cum malo animo detegendi, detengens punitur capite. c. detengentes. 15. q. 5. Sic ergo dicimus, non curari ſi dictum vel factũ ſit malum in ſe: dum tamen iniuriandi voluntas abſit: cum tunc iniuriarum actio non oriatur. dicta. l. illud. §. 1.

& ſeq.ff.de iniurijs: cum mens & voluntas
magis attendēda ſit, quàm factum ad hoc
vt quid maleficium dicatur.l. diuus .ff. de
ſicar.l.verum.de fur.l.qui iniurię.cō. titu.
c. quid inueniſti. 14.q.5.tenet Oldra.incō-
ſil.52. & Andr. de Iſern. & poſt illū Afflict.
in cap.1.§.iniuria.đ pace iura.firma.in vſib.
feudor.vbi inſpecie inquit,teneri iniuria-
rum actione eum, qui vocat aliquem ſpu-
rium: licet ſit ſpurius: quia non ipſe fuit in
culpa, ſed progenitores ſui: cum ſpurij nō
ſint deſpiciendi ſed iuuandi.vt dicit glo.in
vlti.verbo.titu.quib.mod. natural.efficiā.
ſui.

10. Tertio ſi non licet iudæo vel ſarraceno
baptizatis corū legem retrahere, immo re
trahētes delinquūt. vt ī vſati.ſiquis iudęo.
neq; liceat iudæos iniuria afficere.vt patet
in.l.chriſtianis.C.de pagā.& ſacriſi.minus
ergo licebit chriſtianum iudæū appellare:
ac de iudæorum parētela eum eſſe dicere.
His enim verbis atrocem iniuriam inferri,
11. nemo eſt qui dubitet: nam licet iudæi ex
nobilibus parentibus orti ſint, quales fue-
runt Abraam, Iſaac, & Iacob, ſuis tamen
peccatis exigentibus, meruerūt nominari
ore diuino, populus durę ceruicis.vt patet
Exo.32.ibi in verſi.Cerno.Appellata etiā.
fuit eorum generatio praua, atq; peruerſa.
vt Deuterono.32. Et in nouo teſtamento
dum volebant a Chriſto ſignum videre,
ab eodem Ieſu Chriſto domino noſtro
dicti & appellati fuerunt generatio mala:
& adultera.ita Math.12. & alibi Math.17.di
cuntur generatio incredula, & peruerſa. Et
12. Lucæ.9.generatio infidelis, & puerſa. Qui
etiam cecitate percuſsi, cōponentes librū
qui apud eos Thalmud nominatur quędā
turpiſsima ſcripſerūt: ex quibus, parentela
eorum fediſsima, & horribilis declaratur.
vide latè in libro .3.Fortalitij fidei. qui inti
tulatur de bello iudæorum. in ſecunda cō
ſideratione quæ fit de iudæorum parente-
13. la & ex Thalmud doctrina. De quibuſqui
dē iudęis etiam ſcrptum eſt, ambulabunt
vt ceci: quia domino peccauerunt. Quę
verba licet generaliter de omnibus peccā
tibus ſint dicta, qui vere domino peccant
teſte Dauid in Pſal.50.dicente. *Tibi ſoli pec-
caui et malum coramte feci.* ex quo peccato
ſpiritualiter ceci efficiuntur; tamen ſpecia
liter intelliguntur de iudæis: qui quedam
ſingulari modo domino peccauerunt Ie-
ſum Chriſtum filiū Dei iniuſte crucis ſup-
plicio interimendo: propter quod, ſpecia-
li modo, facti ſunt ceci inter omnes gen-
tes, vt non ſolū patiātur cecitatē culpæ ſi-
cut ceteri peccatores, ſed etiā habeāt ceci
tatē ignorantię ſuper omnes: propter quā
ignorātiā ſcripturā proprię legis minime
intelligunt: & quòd in illa ad eorum dire-
ctionem valde clarum eſt, in propriam dā
nationem venit in obſcurum. de quibus
latè in dicto fortalitio. lib. 3. in prin. vbi
per plures authoritates hæc comproban-
tur. Qui ergo alium iudæum appellat: ni-
hil aliud intendit, quàm declarare illū deſ-
cendere ex generatione praua, peruerſa,
adultera, incredula, & infideli. Quo fit, vt
maxima obid, qui patitur iniuria afficiat.
14. Et non ſolum hac de re ſoli Chriſtiano
cui hæc irrogatur iniuria, hoc iudęi nomē
iniurioſum, atq; nociuum eſt: verum etiā,
& toti ſuæ agnationi, & proſapiæ: ac omni
bus à ſe deſcendentibus. Nam hæc iniuria,
vni facta, toti agnationi facta eſſe ſēſetur.
l.lex cornelia. ff. de iniurijs. & ibi glo. &
Bar.notarunt.ita etiam Bal. Angel.& Saly
cet in.l.vnica.C.de rap.virgi. Alex.conſil.
115.col.2.lib.4.Felin.in cap.Petrus.num.8.
đhomi.& late Tiraquel.in tracta.de pænis
legum cauſa .num. 68.qui aliorū authori-
tatibus & multis ſimilibus comprobat: &
maximè in hac prouincia Cathaloniæ, in
qua; ad honores, & dignitates, & ad liberos
in matrimonium collocandos, hec res plu
rimum cōſideratur cuius ſolus ſapor, atq;
guſtatus, multa quę fierent, ne fiant, diuer
tunt: & proinde, iniuria quæ his verbis in
fertur, valde punitione digna ſēſenda eſt:
& à iudice atrox arbitranda: cum eius arbi
trio, ex qualitate facti, & ex qualitate digni
tate vè perſonarum quibus illata eſt relin-
quatur. ita Menoch. de arbitra. iudi. caſu.
203. vbi plures alios reſenſet.
15. Andreas vero Carbonell reus & in car-
ceribus



ceribus detentus, vt huius criminis puni-
tionem contra eum tantopere inſtatam
euaderet, ſuam apud iudicem defenſionē
propoſuit, inquiens, regio priuilegio con
ceſſum fuiſſe confratrię fabrorū lignorum
ne cuiquā qui eſſet de genere & proſapia
iudæorum liceret in dicta confratria offi-
cium aliquod exercere: famamq; à multis
hinc diebus in Republica fuiſſe eundē Si-
meonem Oliueres ex dicto iudęorum ge-
nere deſcendere, vt multorum atteſtatio-
nibus, in iudicio productis, poſtea appare-
re fecit, ideoq; ſibi vt proceri eiuſdem cō-
fratrię abſq; iniuriādi animo atq; alicuius
pœnæ in curſu licuiſſe, hanc famam pro
obſeruātia regij priuilegij, atq; eiuſdē con-
fratrię ordinationum, alijs proceribus &
confratribus proponere. Probat hanc ra-
tionem elegans Hoſtien. doctrina in titu.
de iniurijs.nū.6.vbi tenet, ea quæ iure po-
teſtatis à magiſtratu fiunt, ad iniuriarum
actionem nō pertinere. Cautum prętcrea
eſt, pro interſſe Reipublicæ vocare alium
latronem, homicidā, vel leproſum, vt ſcia
tur, quòd eſt leproſus: ne alij lepra conta-
minentur. vel vt latro puniatur. vt in .l. eū
qui nocentem .ff.de iniur. Et etiam idem
licet cauſa venerandæ Reipublicę vt in.l.
Reipublicę.ff.cō.titu. Quo fit, vt pariter
quoq; dicēdum ſit, dictum Andream Car
bonell ab iniuriarum actione excuſari, eo
maximè, quòd ipſe iure proceris prędicta
protulerit verba ad priuilegiorum eidem
confratrię cōceſſorum defenſionē: cuius
intereſt, ne iudæi ſeu ab eis deſcēdētes quid
quam in dicta confratria regant, & ad mi-
niſtrent: ad quā cōfratriam defendendam,
venerādā, atq; colēdam, ipſi pręcipuè pro-
ceres vi iuramenti per eos preſtiti tenētur.

Verum quamuis rationes et argumēta
quibus hæc defenſio probatur in ſe vera
16. ſint, exiſtimo ea eſſe interpretēda, & intel-
ligenda, niſi proferēs hæc iniurioſa verba,
ſine proferat Reipublicę, vel confratriæ,
alterius ve cauſa animum iniuriādi habue
rit. Nam vt ſupra oſtenſum eſt, in iniurijs,
generaliter iniuriantis animus atq; inten
tio contēplanda ſunt quę difamandi ſunt
proxima. Et vbi coſtiterit, iniuriam ad in
famandam fuiſſe dictam, tunc eam puni-
tione dignam leges ſtatuerūt.l.ſi non con
uitij.C.de iniur.c. merito.15.q.1.l.illud.§.
iniuria.ff.de iniurijs. & per ea quę ſupra la
tius dixi.num.7.8.&.9. Et maxime, quādo
facta vel dicta ſine detrimēto iniuriā paſsi
ſaltim famę reuocari nequeūt: quia in iſtis
pœnitentia non eſt immunis à pœna.l.aut
facta. §. cauſa. ff. de pœnis. Quamobrem
cū ex meritis proceſſus, & ex probatis per
dictum Simeonem Oliueres cōſtiterit, ſe
ex optimis & chriſtianis parentibus natū,
atq; ex chriſtianorum proſapia deſcende-
re, dictumq; Andream Carbonell reū con
uitioſè, & iniuriādi animo in multis locis
ſeu partibus ciuitatis aſſeruiſſe, eūdem Oli
ueres iudęū eſſe, & ex iudæorū genere deſ-
cēdere, cuius animus per actus externos in
proceſſu probatos, & ex modo quo ſingu
lis vicibus prædicta verba iniurioſa prola-
ta fuerūt perpēſus fuit; ideo per regios cō-
ſiliarios fuit dictum, iniuriā hanc nō obſtā
te ſupra propoſita defenſione, punitione
dignam eſſe.
17. Et adeo iniuriam verbalem iniuriandi
animo illatam puniendam iura exiſtima-
runt, quod & à Rhotario Rege in legibus
langobardorum & in. l.ſalica. atq; à Theo
derico Gotthorū Rege pœnam ſtatutam,
atq; impoſitā legimus. de quibus latè atte
ſtatur Gregor.in ſyntagma iuris vniuerſi.
18. lib.38. cap.5. à num. 10. vſq; ad nu.12. Iuſti
nia. vero Imperator, in iure noſtro quo
vtimur, pœnam hanc iudicis arbitrio re-
linquendam eſſe ſtatuit. vt in.§.in ſumma,
inſti.de iniurijs. Hermogenes quoq; in.l.
fi.ff.cō.titu.inquit, de iniuria nūc extra or-
dinem ex cauſa & ex perſona ſtatui ſolere.
In iniurijs enim puniendis, tria ſunt præci
puè conſideranda. Primo, pro rebus, atro-
citatē iniuriarū, iniurias ſcilicet ipſas, per-
ſonas cōuitiantes, & patiētes, & tertio mo
dum quo inferuntur. Nā vt ait idē Hermo
genes in loco citato, ſi ſerui ſunt iniuriā in-
ferētes, flagellis ceſsi dominis reſtituūtur,
ſi vero liberi & viles perſonę fuſtibus ſubij
ciuntur; ceteri vero vel exilio temporali,


vel in

vel interdictione rei certę coercētur. Item & Demoſtenes tradit, verberantem magiſtratum, vel prætorem, vel contumelijs afficientē, iniuriæ publicæ veluti ciuitatis reū eſſe, ſi priuatum, priuato agente, priuatæ. Et ideo in his iudicis arbitrium exibendū; vt ſic ex perſonis, & loco, & grauitate iniurię, patientiſq; dignitate, pro pœna infligēda arbitrari poſsit, an atrox, vel leuis ſit iniuria. Nam quemadmodum ratione varietatis factorum, ac perſonarum, iniuria iudicatur atrox, & pluſquam atrox: ita variāt & pœnę. Et obid ſenſent Doctores, pœnā pro atroci iniuria, iure diffinitam non eſſe ſed iudicis arbitrio relinqui. ita Aluaro. in cap. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. in vſib. feud. Gomes. in titu. de actionib. in prin. nū. 44. & clarius Craue. in cōſil. 119. num.

20·1. Et ſecundum hanc theoricam, & opinionē, in facto preſuppoſito fuit concluſum in Regio cōcilio die. 28. Nouembris. 1583. in quo Regij conciliarij cōſtito de fiſci & partis inſtantis intentione, ac meritis proceſſus recte perpēſis, & conſideratis, arbitrio ſuo dictū Andreā Carbonell condemnarunt. Et fuit arbitriū, quód in loco p ſuā Excellentiā nominādo, recognoſceret, & in publicū diceret, ſe male & citra veritatē dixiſſe, dictum Simeonē Oliueres iudęum eſſe, in hęc verba. *Yo regonech hauer mal dit, y mal parlat, contra meſtre Simeon Oliueres que es iueu, y que profeex de raſſa de iueus, y axi dic no ſer axi com he dit: ans be dic, que es chreſtia de natura.* & quód duceretur per loca ſolita præſentis ciuitatis Barcinonæ, & quod banniretur à vicarijs Barcinonæ, Gerundę, Vici, Peniten, Tarraconæ, Montis albi, Tarragę, & Ceruariæ, ad annum.

# Capit. 14. An homicidium ſecutū ex vulneribus in rixa illatis ſit pœna ordinaria homicidij puniēdū, vel extraordinaria arbitrio iudicis?

1. *Percuſſus ab aliquo, ſi poſtea moritur ſine alio ſuperueniente vulnere, dicitur mortuus ab eo, qui illum percuſſit.*
2. *Mors videtur ſecuta ex vulnere illato, propter tēporis breuitatem.*
3. *Vulnera in capite illata, magis dicūtur lethalia, quàm in alia parte corporis.*
4. *In rixa vniuſcuiuſq; ictus eſt contemplandus: vt hinc, animus occidendi inferatur.*
5. *Homicida per. l. corneliam pœna ordinaria homicidij non tenetur: niſi animū occidendi habuerit. Quòd etiam procedit in ſtatutis.*
6. *In Rixa, ſi non conſtat ex pluribus rixātibus quis interfecit, omnes ſunt à pœna ordinaria abſoluendi niſi conſtaret ipſos armatos et coniuratos fuiſſe ad mortem committendam.*
7. *Lex aquilia magis ad factum, quàm ad animū attēdit, Et ſic ſi plures percuſſerint, et occiderint, et non conſtet de occidente, omnes dicta. l. aquilia tenentur.*
8. *Lex aquilia actionem ciuilem tātum ad intereſſe producit.*
9. *Animus occidendi præſumitur in homine malæ famæ, et conditionis. & maximè, quando eſt malus in eodem genere mali.*
10. *Animus occidēdi præſumitur, ex percuſſione illata in capite.*
11. *Vulnera in capite dicuntur lethalia: et arguunt intentionem mortis.*
12. *Animus occidēdi præſumitur, ex armis, et ex impetu, et furore percuſſionum.*
13. *Animus occidendi præſumitur in eo qui percuſſit hominem iam ægrotum ex primis vulneribus: licet vulnus vltimo loco illatum, in homine ſano, nō eſſet mortale.*
14. *Pœna ordinaria homicidij, de iure eſt pœna mortis. Quod procedit etiam de iure diuino.*
15. *Motus primi nō ſunt in poteſtate hominis. Et ideo homicidium in rixa commiſſum, cum ex improuiſo, et primo hominis motu contingat, eſt mitius puniendum: quàm ſit pœna ordinaria.*
16. *Vulneratus, licet præſumeretur mortuus ex vulnere: non tamen procederet, quādo ex mala et inordinata vita aliud eſſet præſumendum.*
17. *Vulneratus in dubio potius præſumitur mortuus ex negligentia, quàm ex vulnere.*
18. *Animus tāquam quid in corde iacens, à ſolo Deo cognoſcitur.*
19. *Pœna vera et ordinaria delicti non eſt imponenda, quando proceditur ex præſumptionibus: ſed alia mitior.*

*Præſumptio-*



20. *Præſumptiones quando pro vtraq; parte concurrunt, vna præſumptio tollit aliam. Et debemus eſſe promptiores ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.*
21. *Auxilians amico ſuo rixanti, ſi interfecit aduerſarium non eſt vt homicida pœna ordinaria damnandus.*
22. *Concluſio Regij concilij.*

ANtonius Perris & Gulielmus Vila ludebāt folcis luſorijs vulgo dictis àcartes, in loco dicto la Rābla præſētis ciuitatis Barcinonæ, & aderāt ibi Petrus Prat, & Damianus Vendrell ludum aſpicientes. Euenit, quòd Petrus Prat occaſione ludi, habuit quædam iniurioſa verba cum dicto Gulielmo Vila altero exludentibus, quorum verborum occaſione deuenerunt ad rixam, & ſuperueniens Damianus Vendrell ſocius eiuſdem Petri, dictum Gulielmum Vila pomo ſui enſis in capite vulnerauit: & abiens incontinenti dictus Damianus, dimiſſo Gulielmo Vila vulnerato, idem Gulielmus inſequebatur eum, lapides aduerſus eundem projiciēdo. Qui cum eſſet in exercitio dictos lapides projiciendi, fuit lapide ab altero homine qui non erat de primis rixantibus in capite taliter percuſſus, quòd in continenti quaſi mortuus, cecidit in terram, Et videns Damianus Vendrell, dictum Gulielmum per terram extenſum, itterum reuerſus ad eum, enſe euaginato, eundem in capite percuſsit, taliter, quòd fruſtrum oſsis cum capillis, ab eius capite ſeiunxit & ſeparauit. Et finita hoc modo rixa, dictus Damianus Vēdrell fuit captus: & regijs carceribus mancipatus. Gulielm⁹ vero Vila dictis vulneribus ęgrotus, fuit ad hoſpitale adductus: in quo elapſis viginti diebus incontinēti vita deceſsit. Fuit ideo dubitatū in cauſa criminali quæ contra eundem Damianum Vendrell ducebatur, inſtāte parte, & fiſci procuratore Regiæ curiæ, an mors illa Titij cauſata fuiſſet ex dictis vulneribus in eius perſonam illatis? Et an dictus Damianus Vendrell vt homicida eſſet puniendus pœna delicti ordinaria.

1. Præſuppoſito hoc in facto, videtur eſſe dicendum, dictum Gulielmum Vila à prædicto Damiano Vendrell vulnerante occiſum fuiſſe, maximè, cum in continenti elapſis viginti diebus, ſine alio vulnere, ſiue percuſsione ſuperuenienti, vitam cum morte cōmutauerit. ita dicit tex. in. l. huius ſcripturæ. §. quod ſi ſeruus. ff. ad leg. aquil. ibi. *Quia verum eſt eum à te occiſum eſſe tunc cum eum vulnerabas: quod mortuo eo demū apparuit.* Ad idem facit, quia euentus mortis oſtendit vulnus fuiſſe mortale. arg. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. iuxta illud exitus acta probat. l. rem non nouam. §. fi. C. de iudi. & in prima conſtitu. ff. in fine. & vide Bal. in verſicu. 6. conquiritur. quibus
2. mod. feu. amitta. in vſib. feu. Adde quod idem videtur velle glo. in cap. 2. in verbo poſt octo menſes. ex. de cleri. percuſ. vbi tenet, propter temporis breuitatem mortem uideri ex vulnere ſecutam. Pro quarum rerum corroboratione adduci poteſt tex. in. l. ait lex. verſi. Mortiferè. ff. ad leg. aquil. vbi probatur, quòd licet vulneratus deceſſerit poſt longum interuallum, non tamen tollitur præſumptio, quòd pręſumatur ex vulnere deceſsiſſe.
3. Quæ quidem res confirmatur, ex qualitate loci in quo dictus Vila fuit vulneratus: cum à cōmuniter accidentibus videamus, vulnera in capite magis eſſe lethalia, quàm in alia parte corporis: vt infra latius explicabo. Quamobrem, videtur concludendum, dictum Damianū Vendrell percuſſorem teneri debere de morte ſecuta in perſonam dicti Gulielmi Vila. In qua re dubitandum minimè ſenſeo. Exiſtimo tamen, difficultatem noſtrę quęſtionis verſari circa pœnæ impoſitionem: an videlicet Damianus Vendrell pro dicta morte veniat, vt homicida pœna ordinaria damnandus; vel alia extra ordinaria iudicis arbitrio?
4. Ad quamquidem rem decidendam exiſtimaui, prius ſubijciendam eſſe regulam quam nobis iuriſconſultus proponit, in. l. fi.

in.l.fi.ff. ad leg. cor. de ſicar. Illa enim lex
dum de homicidio in rixa cõmiſſo diſpo-
nit, ita ſentit, quòd in rixa vni⁹ cuiuſq; ict⁹
ex pluribus collectorũ contemplari opor-
tet. Et non alio, ea in lege hoc exiſtimatur:
quàm vt hinc animus ictum inferentis per
pẽdatur. videliſcet, an is cuius ictu percuſ-
ſus interficitur, animũ occidẽdi habuerit.
ita declarat glo. dictæ. l. fi. in verbo. vnius
5. cuiuſq;. Non enim lege cornelia ſolũ ſuffi
cit, quòd quis aliũ occidat, vt pœna ordi-
naria homicidij teneatur: ſed adhuc opus
eſt, id eum dolo, & occidendi animo ad-
miſsiſſe. ita probatur expræſſiſsimo & ele-
gãtiſsimo tex. in. l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. cor.
d̃ ſica. ibi. *Diuus Adrianus reſcripſit, eũ qui ho*
*minem occiderit ſi nõ occidẽdi animo hoc admiſ-*
*ſerit abſolui poſſe*. concordat tex. in. l. 1. C. eo-
dem. titu. ibi. *Qui ſi probauerit, non occidendi*
*animo hominem à ſe percuſſum eſſe, remiſſa ho-*
*micidij pœna ſecundum diſciplinam militarem*
*ſententiam proferet*. Concordat etiam tex. in
capit. ſignificaſti. 2. ex. de homici. ibi. in
verbis. *Et ſi percuſſor voluntatem non habuerit*
*occidendi*. & probatur arg. tex. in. §. placuit
inſti. d̃ obligatio. quę ex delicto. naſcũ. ibi.
*Quia furtũ ſine affectu furãdi non cõmittitur*. vi
de Philippũ Deci. in conſil. 9. vol. 1. Quod
quidẽ procedit, non ſolũ inſpecto iure cõ
muni: ſed etiam locũ habet in ſtatutis. Nã
ſi ſtatutũ dicit, quòd pro homicidio quis
decapitetur, intelligitur, quãdo dolo & ex
propoſito homicidiũ comittitur. Bal. in. l.
data opera. verſi. Itẽ ſi ſtatutũ. C. qui acuſ.
non poſ. & Salycet. in. l. 2. C. de noxalib.

Ob quam quidẽ rem, dicta lex cornelia
cõſtituit ſibi differentiã inter ipſam, & legẽ
6. aquiliã: nã Cornelia tantũ animũ conſide-
rauit, adeo, quòd ſi non conſtaret de cuius
ictu ex pluribus rixãtibus quis interficeret
tunc omnes ſunt à pœna homicidij abſol-
uendi: poſtquã de animo præſumere non
poſſumus. ita ſentit glo. in. l. itẽ mela. §. etſi
plures. in verbo Iulian⁹ ait. ff. ad leg. aquil.
ſequitur Rolan. conſil. 63. num. 10. lib. 2. &
probatur arg. tex. in. l. abſentem. ff. de pœ-
nis. quo tex. deciditur, in dubijs potius eſſe
nocentem abſoluere, quàm innocẽtẽ cõ-

Adde [illegible]

dẽnare. vide glo. in. c. nolite. in verbo triti-
cũ. 11. q. 3. & glo. fi. in. c. quieſcamus. 42. di-
ſtinctio Specula. expreſſe. in ti. de homici.
§. 1. verſi. Pone quatuor. Felin. in cap. ſigni-
ficaſti. 2. ex. d̃ homi. nu. 9. & vide late Hip-
poly de Mar. in. l. 1. in prin. nu. 90. ff. ad leg.
cor. de ſic. vbi eandem ſequitur ſententiã:
& refert plures alios in eadẽ eſſe ſententia
& opinione. Quodquidem verum eſſe ſen
ſem⁹, niſi appareat omnes fuiſſe armatos,
& coniuratos, ad mortem cõmittendam:
Nã tunc, præſumeretur illud vnicum vul-
nus fuiſſe datum, mediante auxilio aliorũ,
& omnes tunc punirentur. per capit. ſicut
7. dignum. de homicid. & ibi Felin. Lex vero
aquilia, è contra: quia potius attendit ad
factum, quàm ad animum. Quæ in. l. item
mela. §. ſi plures. dicto titu. ita ſentit, quòd
ſi plures ſeruum percuſſerint, & moriatur,
is teneatur, cui⁹ ictu ille perierit, quaſi occi
derit. Et adeo factum conſiderauit, quòd ſi
non cõſtaret cuius ictu ſeruus interfectus
eſſet, omnes tenerentur. vt in dicto. §. ſi plu
res. ibi. *Quod ſi non apparet omnes quaſi occide-*
*rint, Iulianus ait teneri*. Quam quidem diffe-
rentiam annotarunt. Bar. & alij in dicta. l.
fi. ff. ad leg. cornel. de ſicar.

Sed ſcias, quòd circa propoſitã quæſtio
nem de lege aquilia nulla eſt habenda ra-
8. tio: cum ex ea tantum actio ciuilis ad inte-
reſſe inſtituatur. prout dicit Bar. in dicto.
§. ſi plures. Sed ſolum d̃ lege cornelia, quæ
ſuper his criminaliter diſponit.

Ex prædictis igitur cõpertum habemus,
animum percutientis, atq; inferentis vul-
nus ſummopere eſſe contemplandum, &
conſiderandum: vt hinc, de infligẽda pœ
na ordinaria, vel extraordinaria facilius di
cerni poſsit. Atq; ideo, vt ad decidendam
dictam propoſitam quæſtionem acceda-
mus, opere precium duxi, ex facto & ex
proceſſu reſultantibus videre, an ſint ali-
qua quibus conſtare poſsit, dictum Da-
mianum Vendrell pro prædictis vulne-
ribus per eum in perſonam Guilermi Vi-
la illatis, ex quibus poſtea ſecuta fuit
mors, habuiſſe animum occidendi: vel
non?

Et quòd



Et quòd ex deductis in proceſſu conſtet,
dictũ Damianum Vendrell animũ occidẽ
9. di habuiſſe probatur. Primo, quia conſtat
eũdẽ Damianũ Vendrell eſſe hominẽ ma-
læ famæ, & conditionis, rixariq; cõſuetũ.
Quę qualitates hominẽ doloſum, malum,
atq; iniquũ oſtendunt: ex eo, quòd qui ſe-
mel eſt malus, ſemper præſumitur malus
maxime in eodẽ genere mali, vulgata iuris
regula. qui ſemel eſt malus. de regul. iur. in
6. Hinc dicim⁹, quòd de vno quoq; bonũ
vel malũ præſumimus, conſideratis primę
ętatis ſuæ moribus. l. deſertorẽ. §. is qui. 2.
ibi. *inſpecto vitæ eius præcedenti actu*. et. l. non
omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & l. tutor
quoq. §. quęri poteſt. ff. de ſuſpectis tuto-
rib. Ex geſtis enim præteritę vitæ pręſen-
tia metimur. l. pen. §. fi. C. d̃ agẽ. in reb. lib.
12. Et ideo, cũ cõſtet dictũ Damianum Vẽ-
drell eſſe hominẽ rixoſum, & in Republi-
ca pernicioſum, pręſumẽdũ eſt, mortẽ ſe-
cutã ex dictis vulneribus per eũ in rixa illa-
tis, ex malo animo, ſtudio, & volũtate ma
ligna commiſſam fuiſſe: quia ſemper om-
ne malũ pręſumitur ex malo animo poti⁹
commiſſum, quàm ex ignorantia, aut ſtu-
dio bono. vt probatur ex authoritate Io.
do. in practi. crimi. cap. 137. num. 15.
10. Secundo pręſumitur, dictũ Damianum
Vendrell animũ occidẽdi habuiſſe, ideo,
quòd conſtat ipſum percutiſſe Guilermũ
Vila in capite: ratione enim loci percuſsi
cognoſcitur anim⁹ occidẽdi vt probatur
in cap. ſignificaſti. 2. ex. de homici. & not.
Angel. in. l. 1. §. ſed etſi claua. ff. ad legẽ cor-
11. nel. d̃ ſicar. Percuſsiones enim capitis ſem
per arguunt intentionẽ mortis inferentis.
vt dicũt glo. & Doctor. in cap. ſicut dignũ.
ex. de homicid. Et rationẽ aſsignat. Bal. in
cap. 1. §. adhec. d̃ pace iura. firma. videliſcet
ratione Cerebri quod ſecũdũ Philoſophũ
eſt membrũ diuinũ: & eo lęſo, de facili om
nes ſpiritus animales ab eo deſcendentes
deficiunt. Et ideo pulchrè dicitur, in dicto
cap. ſignificaſti. hoc eſſe verũ, etiam quòd
ictus in capite modicus eſſet, vt in finalib.
verb. ibi. *Tũ ratione partis in qua fuit ille percuſ*
*ſus, in qua de modico ictu quis lætaliter ſolet læ-*
*di*. Quare cũ per relationẽ chirurgij conſti
terit, dictũ Guilermũ Vila eiuis deceſsiſ-
ſe ratione dictorum vulnerum, merito cõ
cludendum eſt, Damianum Vendrell vul-
nerantem animum occidendi in dicta rixa
habuiſſe.
12. Tertio animus occidendi contra dictũ
Damianũ probatur, ex armis, & ex impe-
tu, & furore percuſsionũ. Gladio enim ſi-
ue enſe percuſsit dictũ Guillermũ iã infir-
mũ ex alijs percuſsionib⁹, tali impetu, & fu
rore, quòd fruſtrũ oſsis ſui capitis cũ capil-
lis ſe iunxit & ſeparauit. ita Martianus in. l.
1. §. 1. ad leg. cor. de ſic. vbi in hęc verba in-
quit, *Quod ex re conſtituendum eſt; nam ſi gla*
*diũ ſtrinxerit, et in eo percuſſerit, indubitãter id*
*eum occidendi animo admiſsiſſe*. Idem ſentire
videtur Iulianus in. l. 1. in. prin. ff. ad leg.
aquil. ibi. *Sed et lege aquilia is demum teneri vi*
*ſus eſt, qui adhibita vi et quaſi manu cauſam mor*
*tis præbuiſſet*.
13. Quarto, exiſtimandũ eſt dictum Damia
nũ animũ occidendi habuiſſe ex eo quòd
in facto probatur ipſum percutiſſe dictũ
Guilermũ Vila dũ ipſe Guilerm⁹ erat ceſ-
ſus in terrã iam infirmat⁹ ac ęgrotus ex pri
mis vulneribus. Et de iure licet Vulnus vlti
mo loco illatum in homine ſano nõ eſſet
mortale tamẽ in homine iã debilitato per
primum vulnus, mortale Vulnus eſſe ſẽſe-
tur. vt in. l. qua actione. §. ſed & ſi quis ſer-
uũ ęgrotũ. ff. ad leg. aquili. ibi. *Sed etſi quis*
*ſeruum ægrotum leuiter percuſſerit et is obierit*
*rectè Labeo ait lege aquilia eũ teneri: quia aliud*
*alij mortiferũ eſſe ſolet*. ita quoq; firmat Bar.
in. l. fi. num. 10. ff. ad leg. cor. de ſicar. quan
to magis cũ dictũ vltimũ vulnus in capite
illatũ ratione dictę partis mortale eſſet,
vt ſupra latius oſtenſum eſt.

Ex quibus patet, pœnam contra dictũ
Damianum Vendrell videri deciſam: vide
liſeet, quòd cum ex animo homicidiũ pa-
14. tratum ſit, ipſa debeat eſſe ordinaria: quæ
de iure eſt pœna mortis. vt dicit, Boſsi. in
titu. de homici. num. 109. & probatur in. l.
nemo deinceps. C. de epiſco. audien. *ibi*
*homicida quod fecit ſemper expectet*, & in. l.
quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de

vi publi.

in.l.fi.ff. ad leg. cor. de ſicar. Illa enim lex
dum de homicidio in rixa cõmiſſo diſpo-
nit,ita ſentit, quòd in rixa vni⁹ cuiuſq; ict⁹
ex pluribus collectorũ contemplari opor-
tet. Et non alio, ea in lege hoc exiſtimatur:
quàm vt hinc animus ictum inferentis per
pẽdatur. videliſcet, an is cuius ictu percuſ-
ſus interfiſcitur, animũ occidẽdi habuerit.
ita declarat glo. dictæ. l. fi. in verbo. vnius
cuiuſq;. Non enim lege cornelia ſolũ ſuffi
cit, quòd quis aliũ occidat, vt pœna ordi-
naria homicidij teneatur: ſed adhuc opus
eſt, id eum dolo, & occidendi animo ad-
miſsiſſe. ita probatur expræſſiſsimo & ele-
gãtiſsimo tex. in. l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. cor.
đ ſica. ibi. *Diuus Adrianus reſcripſit, cũ qui ho
minem occiderit ſi nõ occidẽdi animo hoc admiſ-
ſerit abſolui poſſe*. concordat tex. in. l. 1. C. eo-
dem. titu. ibi. *Qui ſi probauerit, non occidendi
animo hominem à ſe percuſſum eſſe, remiſſa ho-
micidij pœna ſecundum diſciplinam militarem
ſententiam proferet*. Concordat etiam tex. in
capit. ſignificaſti. 2. ex. de homici. ibi. in
verbis. *Et ſi percuſſor voluntatem non habuerit
occidendi*. & probatur arg. tex. in. §. placuit
inſti. đ obligatio. quę ex delicto. naſcũ. ibi.
*Quia furtũ ſine affectu furãdi non cõmittitur*. vi
de Philippũ Deci. in conſil. 9. vol. 1. Quod
quidẽ procedit, non ſolũ inſpecto iure cõ
muni: ſed etiam locũ habet in ſtatutis. Nã
ſi ſtatutũ dicit, quòd pro homicidio quis
decapitetur, intelligitur, quãdo dolo & ex
propoſito homicidiũ comittitur. Bal. in. l.
data opera. verſi. Itẽ ſi ſtatutũ. C. qui acuſ.
non poſ. & Salycet. in. l. 2. C. de noxalib.

Ob quam quidẽ rem, dicta lex cornelia
cõſtituit ſibi differentiã inter ipſam, & legẽ
aquiliã: nã Cornelia tantũ animũ conſide-
rauit, adeo, quòd ſi non conſtaret de cuius
ictu ex pluribus rixãtibus quis interficeret
tunc omnes ſunt à pœna homicidij abſol-
uendi: poſtquã de animo præſumere non
poſſumus. ita ſentit glo. in. l. itẽ mela. §. etſi
plures. in verbo Iulian⁹ ait. ff. ad leg. aquil.
ſequitur Rolan. conſil. 63. num. 10. lib. 2. &
probatur arg. tex. in. l. abſentem. ff. de pœ-
nis. quo tex. deciditur, in dubijs potius eſſe
nocentem abſoluere, quàm innocẽtẽ cõ-

Adde Bald. in sua prati. [illegible] Iustic. q. [illegible] pag. 61.

dẽnare. vide glo. in. c. nolite. in verbo triti-
cũ. 11. q. 3. & glo. fi. in. c. quieſcamus. 42. di-
ſtinctio Specula. expreſſe. in ti. de homici.
§. 1. verſi. Pone quatuor. Felin. in cap. ſigni-
ficaſti. 2. ex. đ homi. nu. 9. & vide late Hip-
poly de Mar. in. l. 1. in prin. nu. 90. ff. ad leg.
cor. de ſic. vbi eandem ſequitur ſententiã:
& refert plures alios in eadẽ eſſe ſententia
& opinione. Quodquidem verum eſſe ſen
ſem⁹, niſi appareat omnes fuiſſe armatos,
& coniuratos, ad mortem cõmittendam:
Nã tunc, præſumeretur illud vnicum vul-
nus fuiſſe datum, mediante auxilio aliorũ,
& omnes tunc punirentur. per capit. ſicut
7. dignum. de homicid. & ibi Felin. Lex vero
aquilia, è contra: quia potius attendit ad
factum, quàm ad animum. Quæ in. l. item
mela. §. ſi plures. dicto titu. ita ſentit, quòd
ſi plures ſeruum percuſſerint, & moriatur,
is teneatur, cui⁹ ictu ille perierit, quaſi occi
derit. Et adeo factum conſiderauit, quòd ſi
non cõſtaret cuius ictu ſeruus interfectus
eſſet, omnes tenerentur. vt in dicto. §. ſi plu
res. ibi. *Quod ſi non apparet omnes quaſi occide-
rint, Iulianus ait teneri*. Quam quidem diffe-
rentiam annotarunt. Bar. & alij in dicta. l.
fi. ff. ad leg. cornel. de ſicar.

Sed ſcias, quòd circa propoſitã quæſtio
nem de lege aquilia nulla eſt habenda ra-
8. tio: cum ex ea tantum actio ciuilis ad inte-
reſſe inſtituatur. prout dicit Bar. in dicto.
§. ſi plures. Sed ſolum đ lege cornelia, quæ
ſuper his criminaliter diſponit.

Ex prædictis igitur cõpertum habemus,
animum percutientis, atq; inferentis vul-
nus ſummopere eſſe contemplandum, &
conſiderandum: vt hinc, de infligẽda pœ
na ordinaria, vel extraordinaria facilius di
çerni poſsit. Atq; ideo, vt ad decidendam
dictam propoſitam quæſtionem acceda-
mus, opere præcium duxi, ex facto & ex
proceſſu reſultantibus videre, an ſint ali-
qua quibus conſtare poſsit, dictum Da-
mianum Vendrell pro prædictis vulne-
ribus per eum in perſonam Guilermi Vi-
la illatis, ex quibus poſtea ſecuta fuit
mors, habuiſſe animum occidendi: vel
non?

Et quòd



Et quòd ex deductis in proceſſu conſtet,
dictũ Damianum Vendrell animũ occidẽ
9. di habuiſſe probatur. Primo, quia conſtat
eũdẽ Damianũ Vendrell eſſe hominẽ ma-
læ famæ, & conditionis, rixariq; cõſuetũ.
Quę qualitates hominẽ doloſum, malum,
atq; iniquũ oſtendunt. ex eo, quòd qui ſe-
mel eſt malus, ſemper præſumitur malus
maxime in eodẽ genere mali, vulgata iuris
regula, qui ſemel eſt malus. de regul. iur. in
6. Hinc dicim⁹, quòd de vno quoq; bonũ
vel malũ præſumimus, conſideratis primę
ętatis ſuæ moribus. l. deſertorẽ. §. is qui. 2.
ibi. *inſpecto vitæ eius præcedenti actu*. et. l. non
omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & l. tutor
quoq; §. quęri poteſt. ff. de ſuſpectis tuto-
rib. Ex geſtis enim prærteritę vitæ pręſen-
tia metimur. l. pen. §. fi. C. đ agẽ. in reb. lib.
12. Et ideo, cũ cõſtet dictũ Damianum Vẽ-
drell eſſe hominẽ rixoſum, & in Republi-
ca pernicioſum, pręſumẽdũ eſt, mortẽ ſe-
cutã ex dictis vulneribus per eũ in rixa illa-
tis, ex malo animo, ſtudio, & volũtate ma
ligna commiſſam fuiſſe: quia ſemper om-
ne malũ pręſumitur ex malo animo poti⁹
commiſſum, quàm ex ignorantia, aut ſtu-
dio bono. vt probatur ex authoritate Io.
do. in practi. crimi. cap. 137. num. 15.
10. Secundo pręſumitur, dictũ Damianum
Vendrell animũ occidẽdi habuiſſe, ideo,
quòd conſtat ipſum percutiſſe Guilermũ
Vila in capite: ratione enim loci percuſsi
cognoſcitur anim⁹ occidẽdi vt probatur
in cap. ſignificaſti. 2. ex. de homici. & not.
Angel. in. l. 1. §. ſed etſi claua. ff. ad legẽ cor-
11. nel. đ ſicar. Percuſsiones enim capitis ſem
per arguunt intentionẽ mortis inferentis.
vt dicũt glo. & Doctor. in cap. ſicut dignũ.
ex. de homicid. Et rationẽ aſsignat. Bal. in
cap. 1. §. adhec. đ pace iura. firma. videliſcet
ratione Cerebri quod ſecũdũ Philoſophũ
eſt membrũ diuinũ: & eo læſo, de facili om
nes ſpiritus animales ab eo deſcendentes
deficiunt. Et ideo pulchrè dicitur, in dicto
cap. ſignificaſti. hoc eſſe verũ, etiam quòd
ictus in capite modicus eſſet, vt in finalib.
verb. ibi. *Tũ ratione partis in qua fuit ille percuſ
ſus, in qua de modico ictu quis lætaliter ſolet læ-
di*. Quare cũ per relationẽ chirurgij conſti
terit, dictũ Guilermũ Vila cuius deceſsiſ-
ſe ratione dictorum vulnerum, merito cõ
cludendum eſt, Damianum Vendrell vul-
nerantem animum occidendi in dicta rixa
habuiſſe.
12. Tertio animus occidendi contra dictũ
Damianũ probatur, ex armis, & ex impe-
tu, & furore percuſsionũ. Gladio enim ſi-
ue enſe percuſsit dictũ Guillermũ iã infir-
mũ ex alijs percuſsionib⁹, tali impetu, & fu
rore, quòd fruſtrũ oſsis ſui capitis cũ capil-
lis ſe iunxit & ſeparauit. ita Martianus in. l.
1. §. 1. ad leg. cor. de ſic. vbi in hęc verba in-
quit, *Quod ex re conſtituendum eſt; nam ſi gla
diũ ſtrinxerit, et in eo percuſſerit, indubitãter id
eum occidendi animo admiſsiſſe*. Idem ſentire
videtur Iulianus in. l. 1. in. prin. ff. ad leg.
aquil. ibi. *Sed et lege aquilia is demum teneri vi
ſus eſt, qui adhibita vi et quaſi manu cauſam mor
tis præbuiſſet*.
13. Quarto, exiſtimandũ eſt dictum Damia
nũ animũ occidendi habuiſſe ex eo quòd
in facto probatur ipſum percutiſſe dictũ
Guilermũ Vila dũ ipſe Guilerm⁹ erat ceſ-
ſus in terrã iam infirmat⁹ ac ęgrotus ex pri
mis vulneribus. Et de iure licet Vulnus vlti
mo loco illatum in homine ſano nõ eſſet
mortale tamẽ in homine iã debilitato per
primum vulnus, mortale Vulnus eſſe ſeſe-
tur. vt in. l. qua actione. §. ſed & ſi quis ſer-
uũ ęgrotũ. ff. ad leg. aquili. ibi. *Sed etſi quis
ſeruum ægrotum leuiter percuſſerit et is obierit
rectè Labeo ait lege aquilia eũ teneri: quia aliud
alij mortiferũ eſſe ſolet*. ita quoq; firmat Bar.
in. l. fi. num. 10. ff. ad leg. cor. de ſicar. quan
to magis cũ dictũ vltimũ vulnus in capite
illatũ ratione dictę partis mortale eſſet.
vt ſupra latius oſtenſum eſt.

Ex quibus patet, pœnam contra dictũ
Damianum Vendrell videri deciſam: vide
liſcet, quòd cum ex animo homicidiũ pa-
14. tratum ſit, ipſa debeat eſſe ordinaria: quæ
de iure eſt pœna mortis. vt dicit, Boſsi. in
titu. de homici. num. 109. & probatur in. l.
nemo deinceps. C. de epiſco. audien. *ibi
homicida quod fecit ſemper expectet*, & in. l.
quoniam multa facinora. C. ad. leg. Iul. de
vi publi.

vi publi.& eſt melior tex.quē pauci allegāt
in.l.vnica. Ç.de rap.virgi.ibi. *Merito mortis*
*dānantur ſupplicio, cū nec ab homicidij crimine*
*huiuſmodi raptores ſint vacui.* Et quāuis in no
bili tantū eſſet deportatio, & bonorū om-
niū cōfiſcatio vt in. l. 3.§. legis corneliȩ.ff.
ad leg. cor. de ſicar. hodie tamē hȩc nō eſt
in vſu: ſed pœna mortis pro homicidio,
nō admiſſa perſonarū diſtinctione, ſcilicet
humiliū,& altiorū locū habet.vt dicit. Bo
len.in repetitio. l. capitalium. §. famoſos.
nu.64.ff.de pœnis.& ita in hac prouincia
practicatur. Quam pœnā iam lex diuina
occaſione patrati homicidij ſtatuerat. vt
habetur Geneſ.9. cap. ibi. *Quicunq; effude-*
*rit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius*
*ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Leui.
etiā cap.24.habetur,*qui percuſſerit, & occi-*
*derit hominem, morte moriatur.* & in Numer.
cap.35.ibi.*Si quis ferro percuſſerit, & mortuus*
*fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidij: &*
*ipſe morietur.* Quibus quidem inſeruit, illud
ꝙ dixit Chriſtus Petro, ſcilicet, *qui gladio*
*ferit, gladio peribit.* Math. 26. cap. Ac proin-
de rationibus ſupradictis, contra dictū Da
mianum concluſum eſt, ipſum pœna ho-
micidij ordinaria eſſe puniendum.

His tamē non obſtātibus; aliquot alijs ra
tionibus, contrariam ſententiam in caſu
noſtro, hoc eſt, Damianum Vendrell non
pœna ordinaria homicidij, ſed extra ordi-
naria arbitrio iudicis plectendum eſſe ve-
riorem exiſtimo: quibuſquidem ſupradi-
ctis rationibus reſponſum videbitur.

Et primo contemplandum eſt, quòd,
vulnera in perſonam Guilermi Vila illata
fuerūt illata in rixa, in qua, hominum mo
tus dicuntur primi motus: cum ex impro-
uiſo, & ſine concilio, neq; ex propoſito ri-
15. xa contingat. Cumq; primi motus nō ſint
in poteſtate hominis. vt inquit glo. in. l.ſi
quis non dicam rapere.in verbo.ſiquis.C.
de epiſcop.& cleri.& refert Quintilian.in.
6.adeo, quòd et ſapientis animus ex ſubi-
tis pauliſper moueri ſolet quibuſdam mo
tibus rapidis & in conſultis officium men
tis atq; rationis præuertentibus, nimirum
ſi hȩc ratio, iudicem perducere debet ad
mediocrem pœnam, quàm ſit pœna ordi-
naria. Et ratio quare in hoc caſu minor pȩ
na exiſtimanda eſt, quia tales rixantes libe-
ra videtur carere voluntate. Declinant enim
à voluntate libera quæ impetu fiunt, & ex
perturbationibus mētis. Quē impetū mo
derari, non mediocris ingenij eſſe, ſed per-
fectæ ſapiētiȩ putat Cicero ad Quintū fra
trē. Eſt enim impetus, perturbatus animi
motus rationi non obtemperans, cū quis
incōſideratè in aliquid fertur, commotus
ſubito, veluti ebrietate, vel calore iracun-
diȩ, vel laſciuia. Et ſic minus hi peccare vi-
dentur, quàm illi, qui ex propoſito, & con
cilio præuento delinquūt. vt ex Ciceronis
ſententijs elegantiſsimè cōprobatur. Qui
primo officiorum, dum de iuſtitia diſpu-
tat, impetum opponit iudicio: his verbis.
*Multi faciunt multa temeritate quadam, ſine iu*
*dicio, vel modo in omnes, vel repentino quodam*
*quaſi vento, impetu animi incitati, quæ beneficia*
*æque magna non ſunt habenda, atq; ea, quæ iudi-*
*cio conſideratè, conſtanterq;, delata ſunt.* Et rur-
ſum inquit, *leuiora ſunt, quæ repentino, et mo-*
*tu aliquo accipiunt, quàm ea quæ meditata et præ-*
*parata inferuntur.* Gregor. præterea in Syn-
tagma vniuerſi iuris lib. 5. cap. 3. nu. 3.re-
fert dictum Demoſthenis dicētis, ſeuerius
& grauius eos puniendos eſſe leges ſtatuiſ-
ſe, qui data opera, conſulto, & per contu-
meliam delinquunt: quàm reliquos, qui
alio quopiammodo delinquūt. Et Demo
ſthenē, ſe rectè ad leges referre fatēdū eſt:
cū plures cōditæ ſint leges, quæ acrius deli
cta ex animo, & propoſito cōmiſſa, quàm
caſu, vel culpa puniunt. de quibus iniure,
impluribus delictis varia exempla legun-
tur. Et primo proponit nobis exemplum,
atq; theoricam tradit iure conſultus in dic
ta .l.1 .§.1. ff. ad leg. cornel. de ſicar. vbi ac
rius punit homicidiū animo & ex propoſi
to commiſſum, quàm illud, quod ſine oc-
cidendi animo ad miſſum eſt. Ex ſententia
etiam Pauli fertur in.l.ſȩpe. verſi. & ſanè.
ff. de verb. & rerum ſignificatio. nemi-
nē ope furtum feciſſe dici, niſi animum
malignum habuerit. Et deniq; in omni-
bus criminibus eandem rationem pro-
cedere,



cedere, ſine dubio nos credere oportet: de
quibus ſi leges omnes id ſtatuentes addu-
cerētur, nimis prolixam, & faſtidioſam fa-
cerem[9] tractationē. Adde his adducta per
Felin, & per eundē cōprobata in cap.ſigni
ficaſti.nu.14.de homici, vbi cōcludit, ho-
minē incenſo calore promotū, nō eſſe in
plenitudine intellectus. & allegat Anto. in
cap.olim.1.de reſtitutione ſpoliato.dicen
tȩ, quòd talis excedens moderamen, puni
tur vt culpoſus: non vt doloſus. Adducit
præterea, Feli.quòd ſi inſultatus ab aliquo,
et reus ſumptis viribus, currit poſt eū fugiē
tȩ, & occidit, nō punitur pœna mortis: ſed
alia arbitraria .& allegat tex. ſingularē in.l.
ſi adulteriū cū inceſtu.§.imperatores.ff.ad
leg.iuliā de adulter. vbi maritus tenet, ſi in
terficit vxorē adulterā: quia nō licet ſibi.ta
mē nō punietur pœna mortis, ideo, quòd
dificilimum eſt iuſtum dolorē tēperare.
Hinc nō immerito Iul. Clar. in.§.homici-
dium.verſ.Alia eſt etiā defenſio.in ſi.com
munem obſeruantiā refert, quòd raro ho
mines propter homicidium in rixa pœna
ordinaria delicti condemnantur.

Secundo probatur, dictum Damianum
vt homicidam non eſſe puniendum, Nam
in proceſſu conſtitit, Guilermū Vila ante
quatuor decim diē non febricitaſſe, & an
te aduētū febris, ad latus eius, in dicto hoſ-
pitali, ipſi[9] meritricē bis repertā fuiſſe; quæ
ſiue libidinis cauſa, ſiue quòd clā miniſtra
bat fortè ei cibos nociuos, potuit eſſe cau-
ſa, quòd ſecuta ſit mors: quæ fortè alias ex
dicto vulnere ſecuta non fuiſſet. vt in pro-
ceſſu atteſtat[9] fuit chirurg[9], qui dicto Gui-
16. lermo Vila curā adminiſtrabat. Et ideo, li-
cet alias vulnerat[9] præſumeretur mortuus
ex vulnere, tamen hoc eſt verū, niſi ex ma-
la, & inordinata vita aliud eſſet præſumen
dum. ita Saly.in.l.1.nu. ſi. C.de emēdatio.
ſer. Ratio eſt, quia vna præſumptio tollit
aliā. vt in.l.ſi.ff.de in integr.reſtitu.titu.ge-
nerali.& ſequuntur moderni in cap.2. de
cleri.percuſ. Cumq; vulnerato in capite iu
dicio medicorum nihil nocētior eſſe poſ-
ſit, quàm ipſa libido, clamq; ſumere cibos
nociuos; merito concludendum eſt, di-
ctum Damianum Vendrell, pœna ordina
ria homicidij non eſſe puniendum. Con-
firmatur hȩc ſentētia per tex.in.l. ſi ex pla-
gis.ff.ad leg. aquil. vbi negligentia infirmi
non imputatur percuſſori: nec auget deli-
17. ctum. Et in dubio, vulneratus potius præ-
ſumitur mortuus ex negligentia: quàm ex
vulnere. ita glo. in. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. in
verbo.lucri facere. ff. ſolu. matri. per quā
Bal. ibi dicit, quòd ſi qualitas vulneris po-
terat ſe habere ad ſalutem, & ad mortē, prȩ
ſumitur mortuus ex negligentia: quem ſe
quuntur Imola. Roma, & Moder. ibidem.
& ſentit formaliter Angel. idē.in.l.quòd ſi
nolit.§.ſi mācipium.ff.de edili. edic. Acce
dāt ad hȩc ea quȩ latiſſimè in hui[9] opinio
nis confirmationem ſcripta ſunt per Bar-
tholo.ſocin.in cōcil. 178. incipien. primo
aſpectu concludendum.vol.2.

Tertio, quòd non militet pœna ordina-
ria homicidij probatur, nā ad probādum
an dictus Damianus habuerit animum oc
cidendi, non poteſt cōprehendi, neq; per
cipi, niſi ex prȩſumptionibus ſupradictis:
18. ideo quod animus tāquam quid in corde
iacens à ſolo Deo qui noſcit intrinſeca co
gnoſcitur. vt eſt glo.in.l.2.ff. de interroga-
tor.actionib. & ſic per teſtes probari non
poteſt ſecundū Innocē. in cap. ſuper hoc.
de renuntiatio. quē refert & ſequitur Bal.
in.l.ſi quis filio.§.eius qui.ff.de iniuſto irri-
19. toq; fac. teſta. Sed quotiēſcūq; proceditur
ex præſumptionibus, nunquā debet impo-
ni vera pœna delicti: ſed alia mitior pœna.
vt tenet Innocen. in cap. quia veriſsimile.
nu.2.ex. de prȩſumptionib. Cuius ſenten-
tiam tāquam notabilem, & ſcitu dignam,
referunt & ſequūtur Doctor. in cap. affer-
te. eodem. titu. & Bal.in.l.nō eſt veriſsimi-
le.ff.quod met.cā.& in cap.ſi. in ſi.quibus
mod.ſeu amitta .& Panor.in cap. auditis.
nu.32.vbi dicit, quòd quādo iudex proce-
dit ſuper delicto ex præſumptione, debet
multum temperare ſententiam ſuam. &
Crauetta etiam in conſil. 178. nu. 1. inquit,
quòd licet in criminalibus reatus probe-
tur etiam ex pluribus prȩſumptionibus, &
ex multis indicijs, criminoſus iudicetur:
& con-

& condemnetur. Nō tamē procedit, quo ad imponendam pœnā capitalē. Quęquidem omnia exemplo iudicij Salomonis clara eſſe demonſtrantur. Qui licet ex prę ſumptione violenta, voluerit adiudicare vni mulieri filium, non tamen voluit aliā cōdēnare ad mortē, ad quā iuſtè cōdēnare poterat, ſi legitimè fuiſſet probatū contra eā, quòd alterius filiū clā ſurripuiſſet. ita Innocen. in dicto cap. quia veriſsimile. num. 2. ex. de prę ſumptionib. Idē Oldra. in conſil. 192. num. 1. Ergo ſequitur, quòd cum dicti Damiani animus tantum ex pre ſumptionibus percipiatur, ipſum non pœna ordinaria homicidij: ſed alia mitiori fuiſſe puniendum.

20. Quarto alia ratione eādem opinionem affirmo. Nā quando pro vtraq; parte concurrunt prę ſumptiones, vna prę ſumptio tollit aliam. vt in. l. fi. ff. de in integr. reſtitutio. titu. generali. & Bal. in. l. non eſt veriſ ſimile. nu. fi. ff. quod met. cau. & ſequūtur moderni in cap. 2. de cler. percuſ. Quod nota pro reis habentibus prę ſumptiones pro, & contra. Nam prę ſumptio quę pro reo facit, tollit aliam ſibi contrariam: ideo quòd in dubio prōptiores & faciliores debemus eſſe in abſoluendo, quàm in condemnando. vt in reg. in pœnis. de reg. iur. in. 6. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. l. Adrianus. ff. de actionib. & obliga. l. merito. ff. pro ſocio. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. abſentem. ff. de pœnis. et. c. eos vero 50. diſtinc. Sed in caſu noſtræ quæſtionis, concurrunt pro vtraq; parte præſumptiones. vt ſupra latius oſtenſum eſt. Ergo videtur eſſe concludendum, dictum Damianū minori pœna quàm ſit pœna ordinaria dicti homicidij eſſe plectendum.

21. Quinto deniq; probatur, quia conſtitit in proceſſu rixam principaliter nō fuiſſe motam cum dicto Damiano, ſed poti⁹ ipſum Damianū auxiliaſſe Petro Prat amico rixanti. Vnde ſuccedit, quòd quando pro defenſione alterius ſiue coniuncti, ſiue extranei, auxilians interficit aduerſarium, non eſt arguendum, cum occidēdi animum habuiſſe: & ſic, nō eſſe vt homicidam puniendum. ita Gram. cōſil. 68. num. 4. & Iul. Clar. in. §. homicidium. verſi. Itē locum.

22. Et ſecundum hanc vltimam opinionē fuit in Regio concilio concluſum die. 22. Maij. 1583. in facto fiſci procuratoris regiæ curię contra dictum Damianum Vēdrell ciuitatis Barcinonæ delatum, & inculpatum, de vulneribus in rixa enſe euaginato illatis in perſonam dicti Guilermi Vila, ex quibus poſtea ſecuta fuit mors in eiuſdem Guilermi Vila perſonam: qui me ipſo cauſam referente, fuit condemnatus ad ſeruitiū Regiarum triremium ad deſennium.

## Quæſtio. 15. In qua quęritur, quid lenocinium ſit, quiq; in lenocinij crimē incidant; & qua pœna lenones puniantur.

1. *LEnocinium quid ſit.*
2. *Lenocinij crimen nefandum eſt.*
3. *Nefarium ſcelus quod dicatur.*
4. *Lenones expellendi ſunt à ciuitatibus vt peſtiferi, nefandi, crudeles, ſcelerati, otioſi, et peſſimi. Et ratio quare ibidem.*
5. *Lenocinium non ſolum committit qui eam artē exercet ex profeſſo, ſed etiam qui quæſtuarijs proſtitutis alteri⁹ artis occaſione vtitur: et occaſione miniſterij.*
6. *Lenocinij crimen lege etiam Iulia de adulterijs præſcriptum eſt: cum ſit in eundem maritum pœna ſtatuta qui de adulterio vxoris ſuæ quid acceperit.*
7. *Maritus non dicitur leno qui patitur vxorem ſuā delinquere non ob quæſtum, ſed ob nimiam negligentiam, vel quātamcunq; patientiam, vel nimiā credulitatem. Et ſecus eſſet, ſi doloſè ſe gereret, licet quæſtum de ea non faceret.*
8. *Maritus deprehendens vxorem in adulterio, ſi eā non dimittit, pro lenone habendus eſt.*
9. *Contrahentes matrimonium, cū mulieribus adulterij crimine damnatis ſcientes, (ſi quocunq; modo pœnam capitalem euaſerint) vt lenones puniendi ſunt. Quod hodie eſt correctum quādo illa vxor fuiſſet emendata & correcta.*

*Lenones*



10. *Lenones pœna mortis naturalis plectūtur, vt hic iure, et varijs demonſtratur exemplis.*
11. *Lenones vt vltimo ſupplicio puniantur quæ requirantur.*
12. *Lenociniū bis commiſſum inducit cōſuetudinem contra lenonem.*
13. *Lenocinij pœna de cōſuetudine eſt, quòd fuſtigentur lenones cum mitra.*
14. *Concluſio Regij concilij.*

1. LEnocinium nō minus facere eſt, quàm corpore quæſtum exercere. ita inquit Vlpi. in. l. palam. §. lenociniū. ff. de ritu nuptiar. vbi explicat lenas eas dici, quę quęſtuarias mulieres proſtituūt: & eā quoq; lenā accipi quę alteri⁹ nomine, hoc vitæ genus exercet. concordat tex. in. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. vbi dicitur, lenocinium facere qui quęſtuaria mācipia habuerit: eumq; qui hunc quęſtū in liberis exercet in eadem cauſa eſſe.

2. Crimē autem hoc, atq; lucrum ex eo proueniens nefandum quidē eſt. vt inquit Iuſtinian. in auht. de lenonib. ibi. *nefandorum inuenire lucrorum.*

3. Nefarium enim eſt illud ſcelus, quo quis ex publicis ſcortationibus, ex adulterijs, ex deflorationibus, aut ex fornicationibus ſibi quęſtum facit: nō quidem proprio corpore, ſed virgines mulieres, matronas, aliorum vxores, aut meretrices huius quæſtus gratia ad actum venereū, aut publicè, aut occultè pellicens, vel etiam ad hoc priuatim domi alens, & ex eo meritorio quęſtu viuens.

4. Et eſt lenonum genus adeo peſtiferum, nefandum, crudele, odioſum, peſsimum, & ſceleratum, quod expellēdi ſunt à ciuitatibus tanquam communes caſtitatis vaſtatores. vide Ioan. de Plat. in. l. cum ſupra. C. de re milita. lib. 12. & probatur in in auth. de lenonib. §. ſi quis aūt cōſcriptionem. ibi in verbis. *Et à magna hac longiſsimè ciuitate expelletur.* Et hoc ne ſuis peſsimis ac peſtiferis artib⁹, doloſiſq; ſubuerſionibus, ac odioſis fallatijs, mulieres bonas inficiāt, decipiant, & ſubuertant; & ne de bonis faciant prauas: & inuitas reddant volētes. vt in. l. vni. circa verſi. ſi enim ipſa &. §. fi. C. de rap. virgi. (Decipiunt enim lenæ iuuenculas ſub ſpecie boni, ſicut facit diabolus) ideoq; fugiendæ ac expellendæ ſunt, vt in. c. ſæpe. 41. diſtinctio. Quo tex cauetur, vitia diligenter eſſe præcauēda: cum ſub ſpecie virtutum, latēter dicta vitia ſubintrēt. Exclamat Foller. cōtra lenones in prac. fol. 187. nu. 1. inquiēs, quid enim deteſtabilius & horrendius dici poteſt, quàm miſerandas puellas ſimplices ad luxurioſam vitam deducere, attrahere, & impellere?

5. Et non ſolum lenocinium cōmittit qui eam artem exercet ex profeſſo, ſed etiam qui quæſtuarijs ꝓſtitutis alterius artis occaſione vtitur, & occaſione miniſterij: vt ſi mācipia talia habuerit, caupo, ſtabularius, ſeu balneator. ita Vlpian in. l. athletas. in. §. ſiue autem. ff. de his qui not. infam. cōcordat etiam tex. in. l. palā. §. ſi qua cauponā. ff. de ritu nupti. vbi idem Vlpia. eam lenæ appellatione cōtineri ait, quæ cauponam exercens in ea quęſtuaria corpora habeat; vt multæ aſſolent ſub pretextu inſtrumenti cauponij proſtitutas mulieres habere.

6. Lege etiam Iulia de adulterijs lenocinij crimen præſcriptum eſt: cum ſit in eūdem maritum pœna ſtatuta; qui de adulterio vxoris ſuæ quid acceperit. vt eſt tex. in. l. 2. §. lenocinij. ff. ad leg. Iul. de adulter. cōcordat tex. in. l. mariti, §. qui quęſtum. ff. cō. ti. vbi Marcellus ſtatuit, eum non mediocriter delinquere, qui lenociniū in vxorem exercuit: quæſtum ex adulterio dictæ vxoris faciendo. Quæſtum autem ex adulterio vxoris ſuæ facere videtur, qui quid acceperit vt adulteretur vxor: ſiue enim ſepius, ſiue ſemel acceperit non eſt eximendus.

7. At ſecus eſt, quando quis patitur vxorē ſuam delinquere non ob quæſtum, ſed ob nimiā negligentiam, vel quātamcunq; patientiam, vel nimiam credulitatem: quia hic caſus extra legē poſitus eſt. vt in dicta. l. mariti. §. quòd ſi patiatur. Et eſt ratio ſecūdū Angel. ibi, quia licet maritus ſit in culpa non tamen eſt in dolo, & ad puniendū lenocinium requiritur dolus. Ex cuius dicto inferri poteſt quòd ſi aliter apparebit, quòd doloſe maritus patiebatᷓ delinquere

F vxorem

vxorem,& quod ad hoc ipſam inducebat
licet quæſtum de ea non fecerit, ipſum de
lenocinio puniēdū eſſe:quia plus eſt indu-
cere vxorem ad adulterium,& pati ipſam
adulterari ac permittere, quàm deprehen
dere vxorem in adulterio,& eam retine-
re.
8. Item etiā hoc crimē locum habet in eū
qui in adulterio deprehenſam retinuerit
& non dimiſſerit:is enim pro lenone acci-
piendus eſt.l.auxiliū.§.fi.ff.de minorib.25.
añ.l.crimen lenocinij.&.l.ſine metu. C.ad
leg.Iul.de adulter.&.l.mariti lenocinium.
ff.eō.ti. Atq; ideo refert Vlpi. in dicta.l.2.
in.§.nam Claudius. Claudium Gorgoniū
virum clariſsimum lenocinio à Diuo Se
uero fuiſſe damnatum:cum accuſans vxo
rem detectus eſſet eam in adulterio depræ
henſam retinuiſſe.

Hoc tamen non procedit, quādo ſuſpe
ctā maritus adulteram haberet.vt in dicta.
l.crimen lenocinij.in fi.In pari quoq; cau-
ſa ſunt illi qui mulieres adulterij damna-
tas(ſi quocunq; modo pœnā capitalē eua
ſerit)ſcientes in vxores duxerint, vel redu
xerint:nam hi ex cauſa lenocinij puniēdi
ſunt.l.caſtitati.C.ad leg.iul. ď adulter.&.l.
mariti lenocinium. §. quod ait lex. ff.cō.
9. Scias tamen, ex ſententia Angeli in dicta.l.
mariti.& Salyceti.in.l.ſine metu.C.ad.leg.
iul. de adulter. hæc reperiri nunc correcta
per auth. ſed hodie. C.dicto titu. vbi hoc
idē firmat glo.in verbo.recipere.& Foller.
in practi.fol.191.num.27.vbi ſentit, hoc in
telligendum eſſe, quando illa vxor eſſet
emendata,& correcta; & fuiſſet ad melio-
rem vitæ frugem conuerſa. Quod etiam
approbat Iacob. de Belloui. in practi. cri-
mi.in titulo de lenonib.col.4. verſi.Et cō-
mittitur lenocinium.
10. Tandem ſcias, hoc lenocinij crimen le-
ges grauiſsime punire.vt patet in.l.1. in pri
ci. & in. l. athletas. §. qui lenocinium. ff.
de his qui notantur in fam.quibus in locis
lenones infamia notantur. Patet etiā ex le
gib[9] ď adulterijs. illoſquoq;.l. Iulia ď adul
terijs teneri.vt in.l.1.§.lenocinij.ff.eodē ti.
& in.l.de crimine.C.dicto.eodē ti.Præte-
rea.ex.l. nouiſsima authenticorum. in au
then. de leno. §. præconitzamus. habe-
tur, quòd quicunq; huiuſmodi lenocinia
committūt, hoc eſt, qui publice ex ſcelera
ta & meretrici vita mulierū, aut propriarū
vxorum, aut filiarum, aut aliarum etiam
quarumcumq;, qui (inquam) ex his tur-
pem quæſtum faciunt pecuniam merent,
& ex inde viuunt, ij puniendi ſunt vltimo
ſupplicio aut malę crucis ſuſpendio.Atq;
in patre vel domino hoc additur, quòd ſi
filijs vel ancillis peccandi neceſsitatem im
poſuerunt, ex ſolo præcepto, vel ſuaſione
priuantur earum poteſtate.l.ſi lenones.C.
de epiſco.audien. & concordat tex.in.l.le
nones.de ſpecta.ſcenicis, & leno.lib.11.C.
Confirmat eandem mortis pœnam Gre-
gor.in Syntagma iuris vniuerſi. lib.36.cap.
11.referens aliquorum exempla qui leno-
nes ad mortem condemnarunt.Et primo
de Solone ſcribit: qui accuſatos & con-
uictos morte damnari iuſsit. Atq; etiam
de Euthymacho, qui ideo quod puellam
Olynthiam proſtituiſſet, capite mulctatus
fuit. Nec non de Cleomene Tyranno di-
cit, quòd tres vel quatuor lenas quæ aper-
tiſsimè lenocinari ſolebant, liberaſq; mu-
lieres proſtituere, ī ſaccis ligatis, iuſsit qui
buſdam immergere. Deniq; hoc ipſum fe
ciſſe narrat Periandrum & ante eum Her-
mippus in libris de ſeptem ſapientibus. Re
fert præterea Flauius Ioſephus in lib.18.an
tiqui. cap.4. inſigne Tiberij Cæſaris iudi-
cium de Decio Mundo & Ide eius liber-
ta & ſacerdotibus Iſidis: cum enim De-
cius Paulinā vxorem Saturnini caſtiſsimā
expugnare nec verbis, nec pecunia poſſet,
opē libertæ effecit, vt ſacerdotes corrupti
pecunia dicerent, Deum Anubim forma
ſua captum, eam ad cœnam, & amplexum
appellare: quare Paulina in templum ve-
nit, ſed pro Anubi Decius, cum ea concu-
buit. Quo detecto, Tiberius omnes ſacer-
dotes vt lenones cruſi affixit, & libertinā;
templum Iſidis diruit, Iſidis imaginem in
Tyberim iuſsit proijci, Decium relegauit;
quē iudicauit amore & ętate impulſum,
magis quā certo animi iudicio deliquiſſe.
Et ſic



Et ſic patet lenones vltimo ſupplicio eſſe
11. plectendos. Verum Iodo. in practi.crimi.
capit. 91. num. 5. dicit, notandos eſſe tres
modos, quos in lenocinio concurrere o-
portet priuſquam lenones ad vltimū ſup-
plicium aut patibulum damnari poſsint.
Primo, vt mulierem ad hūc meretricium
actum perſuaſionibus, aut præmijs, aut præ
cibus perduxerint:& hoc ex conſuetudine
ſæpius facere ſint ſoliti.vt eſt glo.in dicto.
§.præconitzamus. Delictum enim reitera
tum grauius punitur.vt tenet Math.de Af-
flic.in conſtitu.Neapol. incipiē. lenas.ſub
rubr.de lenonib.num.fi.& Salycet. in.l.fi.
C. ad leg. faui.de plagiar. Atq; hic conſue-
tudinem intellige, quoties factum bis con
12. tigerit. Nam quum in alijs multis ad con-
ſuetudinem firmandā requiratur frequēs
& ſępe iterata cōmiſsio: in hoc & ſimili cri
mine duæ vices, id eſt, bis cōmiſſa faciunt
& confirmant conſuetudinem.l.3.circa fi.
cū ibi nota.C.de epiſcopali audien. Secun
do vt ex ipſius vita nefaria,& auaritia, ſibi
quæſtum fecerint, et pecuniam accepe-
rint. Tertio vt eam ſibi ad dictum actum
ſubiectam fecerint & morigeram, aut pro
miſsis aut pæcunijs, aut alijs quibuſuis mo
dis.vide hæc apud Iodo. in practi. cap. 91.
13. num. 6. Verum quum aliquanto videatur
ea ſententia ſeuerior, conſuetudine intro
ductum eſt, vt lenones non puniantur pœ
na mortis ſed tantummodo flagellantur
cū mitra: vel alia punitione arbitraria iux-
ta varietatem regionum:& ciuitatum. de
qua conſuetudine atteſtatur Nunius de los
corregidores. fol. 204. num. 15. Iodo. in
practi.capit.89.num.43. & in cap.91.num.
8. Ita etiam in regno Hiſpaniæ ſolere pra-
cticari dicit Antoni. Gomez. ſuper. l. 80.
Tauri.num.73.& Iul.Clar.in practi. q. 68.
14. verſicu.Lænones. Quam conſuetudinem
etiam maiores noſtri in hoc Regio conci
lio introduxerunt, vt exemplo multarum
lænarum ipſe atteſtari poſſum: quas cum
mitra per loca ſolita huius ciuitatis Barci-
nonę fuſtigari vidi.& ſignanter fuit ita cō-
cluſum die. 9. Nouembris. 1582. in facto
fiſci procuratoris Regiæ curię contra Mar
garetam Portalia, delatam,& inculpatam
quòd in domo propria, lenocinij cauſa in
cluſerat puellam quandam cum homine
qui dictam puellam carnaliter in dicta do
mo cognouit.Idem etiam fuit cōcluſum.
In dicto Regio concilio ad mei relationē
die.18. Aprilis. 1584. in facto fiſci procura
toris Regiæ curiæ contra Ioannam Mas,
& Eulaliam Nogues, delatas & inculpatas,
quòd quaſdam mulieres quęſtus gratia ad
actum venereum induxerunt, domum ſeu
propriam habitationem eiſdem ad dictū
actum venereum præbendo, ac crimen lę-
nocinij committendo, contra quas fuit
concluſum, quòd mitratæ fuſtigerētur pa
lam & publicè per loca ſolita dictæ ciuita-
tis:& quòd bannirentur à viccaria lata ad
quinquennium.Et ita xecutum fuit.

## Cap.16. An pręcedē-
tibus legitimis & ſufficientibus indicijs,
quis poſsit torqueri pro furto parui vo
loris; ad habendam veritatem ab eius
ore.

1. *FVr pro furto parui valoris non poteſt torque-
ri.*
2. *Tortura non eſt inferenda, niſi in illis caſibus, in
quibus venit imponenda pœna vltra relegatio-
nem.*
3. *Pœnæ vltra relegationem, de iure, quæ eſſe di-
cantur.*
4. *Pœna fuſtigationis non eſt maior relegatione.*
5. *Tortura grauior pœna eſt, quàm ſit abſciſio v-
triuſq; manus.*
6. *Fur pro furto parui valoris, præcedentibus legi-
timis indicijs torquendus eſt: ad habendam veri-
tatem ab eius ore: iuxta aliquorum opinionem.*
7. *Obſeruantià Regij concilij.*

DVbitatum fuit in con-
cilio gerētis vices gene
ralis gubernatoris in æ-
ſtatione Gerundæ, an
Sebaſtianus Moral de-
latus, & inculpatus de
furto aliquarum rerū


valoris

valoris duorũ aut ad ſummum trium du-
catorum, commiſſo in domo Annæ com
panyolæ ciuitatis Gerundæ pręcedentibus
indicijs legitimis, & ſufficientibus ad tortu
ram contra eum, poſſet torqueri ad ha-
1. bendam veritatem ab eius ore? Et habita
aliqua diſputatione in dicto cõcilio, cum
tunc eſſem aſſeſſor gubernationis genera-
lis Cathaloniæ fui voti, dictum Sebaſtia-
num Moral in dicto caſu nõ poſſe torque-
2. ri. Quod mihi viſum fuit, ideo, quòd tor-
turæ ratio non eſt habenda in omnibus ca
ſibus, ſed in illis tantũ pro quibus venit im
ponenda pœna vltra relegationem: non
infra. vt refert Gram. conſil. 15. & voto. 15.
vide latè Foller. in prac. Rubr. rei indurati
torqueantur. num. 12. Et cum pœna quæ
venit imponenda pro dicto furto, ſit tan-
tum pœna fuſtigationis, quæ pœna nõ di
citur eſſe vltra relegationem: quia pœnæ
3. vltra relegationem dicũtur illæ, quæ ſunt
de mero imperio maioris: vt eſt pœna
mortis naturalis, quando vita adimitur, &
pœna mortis ciuilis quę adimit libertatẽ:
quia ſeruitus quo ad act[9] ciuiles morti ę-
quiparatur. vt eſt, quãdo quis libertate pri
uatur, puta quia damnatur in metallum,
vel in opus metalli, vel in opus publicum
imperpetuũ, vt eſt hodie condemnatio ad
triremes, vel quando imponitur pœna
abſciſionis membri. vt colligitur ex dictis
Iacob. de Aret. in. l. imperium. ff. de iuris.
omnium iudi. & ibi Bar. col. 3. verſi. 2. ibi.
Eſt merũ imperiũ. & latè Foller. i prac. Ru
br. pœnis debit. feriantur. in Quarta parte.
nu. 46. ideo concludendum eſt, pro dicto
furto, vel alio ſimili, neminem licet legiti-
ma præcedant indicia eſſe torquendum.
4. Quam quidem rationem ad huc fauet
Thom. Grammati. in conſil. 37. aſſerens
ibi, pœnam fuſtigationis non eſſe maio-
rem relegatione, ſed ſimilem: & quòd
ideo i. furto minimo non habet locum.
tortura. Idem Franciſ. Brun. in tracta. de in
dicijs. & tortura in. 2. parte, q. 3. quo in. lo-
co dicit, furtum in re parua dici deli-
ctũ leue: & proinde torturę locum nõ eſſe.
5. Corroboratur ad huc hęc opinio, quod
tortura grauior pœna eſt, quàm ſit abſci-
ſio vtriuſq; manus. §. fi. in auth. vt nulli iu-
di. *ibi. Aut huiuſmodi quæd. m inferiora ſuppli-
cia per quæ articuli diſſoluuntur: quia mem.bri
diſſolutio grauior eſt vtriuſq; manus abſciſione.*
Patiq; torturã eſt ſupremas anguſtias ſuſti
nere. vt dicit Boſ. in titu. de tortura. nu. 12.
at pro furto non calificato, nõ poteſt quis
puniri abſciſione vtriuſq, manus, nec alte
rius membri: quia ſunt pœnæ imperij ma
ioris. vt ſupra oſtenſum eſt. Ergo ſequitur,
quòd dictus Moral, nec quiuis alius poſ-
ſint pro tali, vel ſimili furto, ad habẽdam
veritatẽ ab eorum ore queſtionibus ſubij-
ci: ne grauiori pœna quàm ſit pœna ordi
naria, quæ ęſt fuſtigationis pro dicto deli-
cto impoſita coerceantur.
6. Alij vero Doctores Gerundenſes dicti
concilij gerentis vices dicti generalis gu-
bernatoris concorditer tenuere, dictum
Sebaſtianum Moral torquendum eſſe: ſuã
opinionem fundantes, ex eo, quod pœna
ordinaria qua ipſe veniebat puniendus, li-
cet eſſet pœna fuſtigationis, eſt tamen cor
poralis, & corporis afflictiua, ſed in caſi-
bus in quibus imponitur pœna corpora-
lis, ſolet indiſtincte ad torturam procedi
vt habetur ex ſententia Iul. Clar. in practi.
crimi. §. fin. q. 64. verſi. Pręterea debet iu-
dex. dicentis, quòd vbi pœna corporalis
imponitur, ſolet indiſtinctè ad torturam
procedi, & quòd licet aliqui tenuerint, nõ
eſſe locũ torturæ niſi in grauioribus male
ficijs, nihilominus communiter ſeruatur,
quòd etiam ſuper leuibus fiunt torturæ.
Atteſtatur idem Alberi. in. l. edictum. nu.
4. C de quæſtionib.

Præterea allegarunt practicam & con-
ſuetudinem Gerundæ, vbi ſuper leuibus
fiunt torturæ. Quam practicam appro-
barunt dictus Iulius Clarus in dicta. q. eo-
dem verſi. & Alberi. in. l. edictum. num. 4.
C. de quæſtionib. Quare ſecundum hanc
opinionem & practicam, fuit proceſſum
concluſione inde ſecuta, ad torquendum
dictum Sebaſtianum Moral in dicta ciui-
tate Gerundæ: licet mihi hæc opinio ſe-
uera & riguroſa videretur. Idq; factũ fuit,





pro obſeruantia conſtitutionis Regis Fer-
dinandi. 2. in prima curia Barcinonæ. cap.
7. ſub titu. de penes corporals. Quo tex ca
uetur, quòd quando agitur de tortura infe
renda propter variationes, vel propter pręc
cedentia indicia; gerens vices generalis gu
bernatoris in locis in quibus poterit habe-
ri copia ſex Doctorum debet procedere
de illorum ac maioris partis voto, & con-
cilio. Et tamen, in dicto concilio tunc ade
rant pluſquam ſex, omnes prædicti voti.
Solus ipſę fui voti contrarij, ſcilicet, quòd
non torqueretur propter furti modicita-
tem; & per rationes ſuperius adductas.
7. Et ſecundum hunc meum votum, vidi
ſemper obſeruari in Regio criminali con
cilio. In quo indiciati pro furto parui va-
loris, & cuius pœna eſſet tantum fuſtiga-
tio, ſolent ad ſummum eijci ſub aliquo
bannimento, & pluries voluntario à pro-
uincia, vel à vicaria; iuxta criminis, & per-
ſonarum qualitatem. Quam opinionem,
vt æquiorem ſemper in iudicando ſerua-
rer.

# Capit. 17. Quo quæri

tur, quo modo indicia vnius teſtis de vi
ſu, confeſsionis extraiudicialis, Aſſertio
nis offenſi, Inimicitię capitalis, Mina-
rum. Famæ publicæ, & Fugę, debeant
procedere ad faciendum indicium ad
torturam. Et an in criminalibus, proba-
tiones poſsint coniungi, ad faciendam
plenam probationẽ: vt hinc, ſequi poſ-
ſit condemnatio pœnæ ordinarię deli-
cti commiſsi.

1. *VNus teſtis tantum de viſu omni exceptione maior ſufficiens indicium eſt ad torturam: et facit ſemiplenam probationem.*
2. *Teſtis dicitur omni exceptione maior, quando non eſt infamatus de aliquo crimine.*
3. *Confeſsio extra iudicialis perfectè probata in ſua ſpecie facit indicium ad torturam*
4. *Confeſsio extraiudicialis tunc probat, quando fit in ſpecie: ſecus autem quando fit in genere: quia debet eſſe certa, et liquida.*
5. *Aſſertio vulnerati, neq; præiudicat reo: neq, contra eum facit indicium ad torturam.*
6. *Aſſertio vulnerati ſufficiens indicium eſt ad inquirendum: et etiam ad capturam.*
7. *Aſſertio vulnerati morientis excuſat à calumnia, et temeritate hæredem mortui, qui motus eſt ad accuſandum.*
8. *Inimicitia capitalis indicium ſufficiens eſt ad torturam: quando cum ea concurrit aliud indicium: etiam remotum à maleficio. Secus autem, quando ſola eſt inimicitia.*
9. *Cauſa grauis, et capitalis quæ dicatur arbitrio iudicis relinquendum eſt.*
10. *Indicia ad torturam in quocunq; iudice ſunt arbitraria.*
11. *Minæ faciunt indicium ad torturam, quando minans eſt homo potens, et ſolitus minas exequi. Secus vero, quando eſt impotens: et homo bonæ vocis non ſolitus minas ſuas exequi.*
12. *Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
13. *Fama contra hominem diffamatum, malæ famæ, et cõditionis in eodem genere mali, facit indicium ad torturam: niſi reus in ſpecie circa materiam de qua agitur bonam famam probauerit. Secus ſi in genere.*
14. *Reus probando quòd per triẽnium bene vixit, purgat indicium famæ.*
15. *Homines valde debent laborare ad conſequendam bonam famam, propter rationes hic adductas.*
16. *Fama vehemens, facit indicium ſufficiens ad torturam.*
17. *Fama vehemens quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
18. *Fama ſola habens ortum ab honeſtis perſonis; et fide dignis, facit indicium ad torturam.*
19. *Fama ſola, concurrens cum ea dictum officialis denuntiantis cum iuramento, facit indicium ad torturam.*
20. *Fama ſi cum ea concurrat fuga, facit quòd infamatus poſsit torqueri.*
21. *Fama facit indicium ad torturam, quando dicta fama eſt probata, et vltra famam fuerunt probatæ qualitates, et cauſæ, ex quibus fama originem habuerit.*
22. *Origo ex probabilibus cauſis dicitur, quando populus inducitur ad ita credendum.*

*23. Fama vt in caſibus inquibus facit indicium, ſuũ operetur effectum, requiruntur quatuor. vt hic et num. 24. 25. 26. et. 27.*

*28. Fuga delictum non probat.*

*29. Statutum diſponens quòd fuga probet delictum, non valet, Fallit niſi contra fugientem eſſent manifeſta delicta, et delicti qualitas pœnam mortis poſtularet.*

*30. Fuga inquibus caſibus probet delictum vide remiſſiuè.*

*31. Fuga regulariter facit indicium contra fugientem. Et quomodo intelligatur.*

*32. Fuga non facit indicium contra fugientem, qui aufugit poſtquam fuit accuſatus: vel inquiſitus.*

*33. Fuga non facit indicium ad torturam, quando fit ex ſuſpitione, quòd contra eum formatur inquiſitio, vel accuſatio. Quod non eſſet verum, quando alia indicia, ſeu ſuſpiciones laborarent contra fugientem.*

*34 Fuga indicium eſt ſufficiens ad torturam, quando cum fuga poſt citationem concurrit bannum. x. vel. xx. dierum.*

*35. Fuga in caſibus in quibus facit indicium ad torturam purgatur, ſi cauſa fugæ probetur.*

*36. Fugæ præſumptio tollitur iuramento ipſius fugientis.*

*37. Indicium quod non eſt perfecte in ſua ſpecie probatum licet per ſe non operetur ad torturam, valet tamen ad præſtandũ alijs indicijs adminiculũ*

*38. Probatio ſufficiens quæ dicatur.*

*39. Probatio legitima dicitur illa, quæ fit per duos teſtes; omni exceptione maiores*

*40. Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.*

*41. Probationes imperfectæ regulariter in criminalibus non ſunt coniungendæ. Quod à multis controuertitur vt hic.*

*42. Probatio in ſua ſpecie imperfecta non valet.*

*43. Probationes imperfectæ in criminalibus coniunguntur, quando vna quæquæ ſpecies probationis eſt perfecta in ſua ſpecie.*

*44. Probationes ſemiplenæ concurrentibus alijs indicijs coniunguntur ad plene probandum.*

*45. Concluſio Regij concilij.*

IN cauſa criminali quæ in Regio criminali concilio ducebatur contra Monſerratum Bertran, delatum, & inculpatum,
de nece perpetrata in perſonam Petri Bertran patrui ſui, ictu arcabuſij vulgo dicti
pedrenyal, contra eundem Monſerra-
1. tum reperiebatur probatum, per vnum
teſtem de viſu: qui deponebat de ipſo facto & delicto. Cuius teſtis dictum non
ſolum ſufficiens eſt ad inquirendum, verum etiam ad imponendam torturam:
& facit ſemiplenam probationem. Quod
quidem verum eſt, quando dictus teſtis eſt fidedignus: & omni exceptione
maior. & tunc tale indicium appellatur
indicium iuris. ſecundum Baldum. in. l.
ſeruos. C. de teſtibus. probantur hæc per
glo. ſingularem & ordinariam in. l. 3. in
verbo. conuictus. C. ad leg. iul. mag. quam
ibi ad hoc cõmendant & notant Bar. Cyn.
Alberi. Bal. Angel. Salycet. & communes
Doctor. Roma. in conſil. 451. num. 4. Bar.
in. l. maritus. num. 1. ff. de quæſtionibus. &
Marſil. in conſil. 101. num. 37. Antoni. Gomez. de delic. cap. 13. num. 7. Plot. in reperi.
cap. ſi quãdo. §. 53. nu. 2. C. vnde vi. Iul. Clar.
in prac. crimi. q. 21. verſi. Vnus teſtis. in ud
quos plures inuenietis remiſsiones multorum idem ſenſientium. Quod eſſet ſecus, ſi non eſſet omni exceptione maior:
quia omnis minima qualitas & defectus:
impedit, vt non faciat indicium ad torturam. Bar. & Alex. in. l. 1. §. idem Cornelio.
ff. de queſtio. Pariſ. in conſil. 169. num. 64.
2. &. 65. vol. 4. Qui quidem teſtis fuit reputatus omni exceptione maior poſtquam de
aliquo crimine infamatus nõ extitit ne indubijs quis infamia notaretur: per ea quæ
decidit Oldradus. conſil. 224. Bal. in. l. 1. C.
vbi de crimi. agi oportet. Aret. in capit. fi.
num. 20. de foro competen. & glo. in capit. paſtoralis. in verbo de more. de re iudica.

Secundo erat in proceſſu contra eundem Monſerratum Bertran probatum,
quòd ipſe extra iudicialiter confeſſus fuerat, ſe ictu dicti arcabuſij occidiſſe dictum
Petrum Bertran; de cuius confeſsione cõſtabat per duos teſtes conteſtes de eodem
3. loco & tempore. Quæ quidẽ probatio, cũ
in ſua ſpecie perfecta ſit, facit ſufficiens indicium ad torturam. glo. eſt ſingularis &
vnica. in. l. capite quinto. quę eſt final. ff. ad
leg. iul. de adul. Quam glo. iuxta Hippoly.
de Marſil. in ſingul. 310. omnes approbant
& in eadem glo. Bar. Angel. & communes
Doctor. eam plurimum commendant. tenet Hippoly. de Marſil. in. l. de minore.
nu. 30. ff. de quæſtionibus. & Franciſ. Bru.
in tracta. de indicijs & tortura. q. 3. verſicu.
Aliud eſt indicium. vbi ſubdit, reprobata
opinione contraria, quòd dicta confeſsio
extraiudicialis facit dictum indicium ad
torturam etiam ſi ſit facta abſente parte:
dum tamen dicta confeſsio certa ſit de tẽpore & loco commiſsi delicti. Anto. Gomez. de delic. cap. 13. num. 8. & Iul. Clar. in
practi. q. 21. verſi. Confeſsio extraiudicialis. Idem tenent canoniſtæ in cap. at ſi clerici. de iudicijs. vt ibi Abb. num. 16. & Felin.
num. 6. Et hanc eſſe communem opinionem, atteſtantur idem Clarus in dicta. q.
21. & alij ab eo relati. Et hæc confeſsio ita
4. in ſua ſpecie perfecta, probauit contra dictum reum: cum fuiſſet facta in ſpecie vt
puta, quia dixerat, & confeſſus fuerat, ſe
occidiſſe dictum Petrum Bertran patruum ſuum. Secus tamen eſſet, ſi reus confiteretur in genere, vt puta, quia confiteretur ſe occidiſſe quendam hominem, vel
feciſſe quoddam furtum: quia talis confeſsio generica, & in diſcreta, non facit indicium ad torturam. ita ſingulariter tenet
& declarat Bal. in. l. quoniam. ff. de his qui
not. in fam. verſi. Quinto & vltimo quęro. Et ratiò poteſt eſſe, quia ſicut in delictis
confeſsio vera & expreſſa facta in iudicio
ad hoc vt plene probet requiritur, quòd
ſit liquida, & certa, & quòd conſtet de re,
& perſona, vt in. l. 1. §. item illud. ff. ad Syl
la. ita eodem modo confeſsio extra iudicialis vt cauſet & operetur indicium ad
torturam, requiritur, & oportet, quòd ſit
certa, & liquida, & contineat rem, vel perſonam: vt melius, & apertius conſtet de
veritate: cum nemo in delictis poſsit ſibi
præiudicare contra veritatem aliquid dicendo, vel aſſerendo. vt in l. 1. §. ſiquis vltro. ff. de quæſtionibus. Quam doctrinam
veram exiſtimamus, contra illos qui ſentiunt, talem confitentem poſſe dictam cõfeſsionem reuocare, licet non doceatur
de errore, ad hoc ſolum vt tortura euitetur. Nam ſi ſola reuocatio hoc operaretur, nunquam eſſet locus communi concluſioni, immo propter hoc, quód reuocatur confeſsio deuenitur ad torturam:
quia ſi reus non reuocaret, non eſſet opus
tortura. Igitur tenẽdum eſt, quòd niſi probetur error ſemper talis cõfeſsio faciet indicium ad torturam. ita tenet Iul. Clar. in
dicta. q. 21. in verſi. Confeſsio.

5. Tertio in proceſſu extabat aſſertio dicti
Petri Bertran vulnerati dicentis, ſe fuiſſe
vulneratum, & percuſſum à dicto Monſerrato Bertran. Quę aſſertio hominis moriẽtis, quamuis non probet contra reum, nec
pręiudicet ei, licet dicta aſſertio ſit hominis bonæ famæ, & conditionis. vt eſt tex.
capitalis & expreſſus in. l. ſiquis in graui.
§. ſiquis moriens. ff. ad Syllani. & ibi notat & commendat glo. ordinaria. Bar.
Alberi. Bal. Angel. Roma. & communes
Doctor. neq; etiam faciat indicium ad torturam. vt eſt glo. ſingularis in iure in. l. mater. C. de calumnia. in glo. penul. Grammati. conſil. 57. num. 13. &. 14. & Caſſan.
conſil. 58. poſt num. 28. & Mantua. conſil.
6. 118. in fi. libro. 2. tamẽ operatur, vt ſit ſufficiens indicium ad inquirendum. prout refert Clar. in practi. q. 21 verſi. Aſſertio. &
etiam ad capturam. ſecundum communem opinionẽ de qua atteſtatur. Gomez.
de delic. cap. 13. nu. 16. quem refert Plaça
lib. 1. delictorum. cap. 13. num. 15. ſubdens,
quòd ita paſsim videmus in practica ſerua
7. ri. Atq; etiam eſt ſufficiẽs ad excuſandum
à calumnia, & temeritate hęredẽ mortui:
qui motus eſt ad accuſandũ eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriente. ſecũdum glo. in dicta. l. mater. in. glo. 1. C. de calumniato. quam ſequuntur communiter
Docto. vt dicit Bertran, conſil. 137. num.
10. lib. 2. in prima parte.

Quarto erat etiã probatum contra eundẽ Monſerratũ Bertran indiciũ inimicitiæ
capitalis, quę deſcendebat ex vniuerſali petitione

titione bonorum facta per dictum Petrũ
Bertran contra eundem Monſerratum.
8. Quod quidem indicium non ſolum ad
inquirendum ſufficiens eſt, verum e-
tiam ad torquendum: quia omnia dam-
na, incendia, homicidia, vulnera & alia
delicta præſumuntur illata ab inimico gra
ui, ſeu capitali. Specul. in titu. de præſum
ptionibus. §. ſpecies. verſi. Et idem eſt. Ro-
ma. in. l. 1. §. ſi quis in villa. in. 1. notab. ff.
ad Syllani. Angel. in. l. fi. C. de quæſtio.
colum. 2. Felin. in capit. afferte. col. fi. de
præſumptionibus. Deci. in conſil. 64. col.
penul. in fi. verſi. Inimicus enim. Quod
quidem verum eſt, quantum attinet ad
torturam: ſi cum dicta graui, & capitali
inimicitia concurrat aliud indicium, vel
adminiculum, etiam remotum à malefi-
cio: quia ſola inimicitia non eſt ſufficiens
indicium ad torturam. vt dicit communi-
ter teneri. Gomez. de delictis. cap. 13. num.
11. etiam quòd ſit ex graui & capitali cauſa
orta. ita tenet Grammati. conſil. crimi. 3.
num. 16. Carrer. in prac. crimi. num. 118.
verſi. Quartum indicium. Thom Gram.
voto. 34. num. 7. Plot. in repitio. l. ſi quan-
do. §. 53. num. 3. C. vnde vi. vbi multos alle-
gat cõcordãtes. Et ita practicari ait Boſ. in
titu. de indicijs. nu. 47. Ex quibus igitur eli
citur hęc clara diſtinctio, quòd aut inimi-
citia oritur ex cauſa leui, & tunc non facit
indicium. Aut inimicitia reſultat ex cauſa
graui, & capitali, & tunc, aut quęritur an fa
ciat indicium ad inquirendum, vel ad tor-
turam. Et dic, quòd ſi ſola eſt hęc inimici-
tia non coadiuuata neq; ad miniculata
alijs indicijs, ſeu coniecturis, tantum facit
indicium ad inquirendum. ita tenet Iul.
Clar. in prac. crimi. q. 21. verſi. Inimicitia.
vbi dicit, omnes Doctores indiferẽter te-
neri. tenet idẽ Plot. in repetitio. l. ſi quan-
do. §. 53. num. 3. C. vnde vi. ibi in verſicu.
Sed licet. Si vero inimicitia reſultans ex
cauſa graui & capitali nõ eſt ſola, ſed cum
ea concurrant aliæ coniecturæ vt puta, fa
ma publica, uel mala qualitas, ſeu mala vi
ta inimici, vel aliud indicium ſeu admini-
culum etiam remotum à maleficio, tunc
facit indicium ad torturam. ita Carrer. in
practi. criminali. num. 118. verſicu. Quar-
tum indicium. Grammati. voto. 34. Gan-
di. in Rubri. de quæſtionibus. Ioannes de
Imo. in. l. fi. ff. de hęredibus inſtituen. Hip-
poly. de Marſil. in practi crimi. §. diligen-
ter & in. l. 1. §. præterea. & ibi tex. in verbo.
9. cauſa cognita. ff. de quæſtionibus. Quæ
autem dicatur cauſa grauis, & capitalis,
vt ſit ſufficiens indicium ad torturam re-
linquendum eſt arbitrio iudicis. prout ita
teneri omnes Doctores refert Felinus in
capit. repellantur. num. 3. de accuſationi
bus. & idem Iul. Cla. in dicta. q. 21. verſi. ini
micitia. & in. q. 24. verſi. Item quęro. Et
maximè in hac ardua & periculoſa mate-
ria torturæ: in qua eſt regula, & doctrina
generica, quòd attenta qualitate facti, &
perſonæ, ex varijs circunſtantijs, iudex ar-
bitrabitur, an debeat imponere torturã,
vel non, quod totum eius arbitrio relin-
quitur. tex. eſt capitalis & expreſſus. in. l.
de minore. verſi. Plurimum. ff. de quæſtio
nibus. tex. in. l. 5. §. eiuſdem quoq;. ff. de te
ſtibus. tex. in. l. 1. §. expilatores. ff. de effra-
ctorib. & vtrobiq; communes Doctor. &
in terminis iſtam regulam & doctrinam
ponit Bar. in. l. fi. num. 4. ff. de quęſtioni-
bus. In quocunq; enim iudice indicia ad
10. torturam ſunt arbitraria, authoritate Hip-
poly. in practi. crimi. §. diligenter. num.
24. & in. l. fi. num. 2. de quæſtionibus. Bal.
conſil. 95. num. 6. vol. 1. & in. l. obſeruare.
C. quando appellation. non recipiantur.
Grammati. conſil. 14. num. 6. & late Me-
noch. de arbitr. iudi. lib. 2. Centuria. 3. Ca-
ſu 270. Quare cum in dicto proceſſu eſſet
probata iſta inimicitia coadiuuata & admi
niculata pluribus alijs indicijs, de quibus
ſupra, & infra, conſequens eſt, vt ibi face
ret indicium ad torturam contra dictum
Monſerratum Bertran.
11. Quinto probatum etiam erat in proceſ
ſu, quòd præceſſerant minæ, quæ pari mo
do faciunt indiciũ ad torturam; vbi minãs
eſſet homo potens, qui de facili potuiſſet
minas exequi, vel erat ſolitus minas ſuas
exequi, & vir malæ famæ, in eodem
genere



genere mali: tunc enim, ſi poſt minas fue-
rit factum damnum, vel delictum, erunt
minæ ipſę indicium ad torturam. ita Plot.
in repetitio. l. ſi quando. §. 53. num. 10. C.
vnde vi. Antonius Gomez. de delic. cap.
13. num. 11. circa fin. Quod eſſet ſecus, vbi
minans eſſet impotens ad talia faciẽdum,
vel homo bonæ vocis, & famæ, & non ſo-
litus ad talia faciendum, nec ſolitus minas
exequi: quia tunc ſolæ minæ non ſuffice-
rent. Nam ſępe ex iracundia aliqua verba
proferuntur, quæ non ponuntur in execu
tione. arg. tex. in, l. famoſi. verſi. 1. ff. ad leg.
Iul. mageſ. ibi. *Nec lubricum linguæ ad pœnã
facile trahendum eſt.* Vnde neceſſario requi-
tur, quôd cum eis concurrat aliud indi-
cium, ſeu adminiculum, vt quia minator
ſit ſolitus ponere minas in executione vt
ſupradictũ eſt, vel inimicitia, vel fama. ita
communiter diſtingui atteſtatur Imo. in.
l. fi. num. 10. ff. de hæredib. inſti. Carrer. in
practi. crimi. num. 126. in verſi. Duodeci-
mum indicium. Quare cum dictus Mon-
ſerratus Bertran eſſet vir qui de facili pote
rat exequi dictas minas, cõcurrentq; cum
eis alia indicia, ſeu adminicula, vt ſupra,
& infra, non fuit dubitatum an eſſet indi-
cium ſufficiens ad torturam.
Sexto habebat contra ſe aliud indicium
12. de fama publica. Quę fama ſi ſola eſt, non
eſt ſufficiens indicium ad torturam. ita
Lud. Carrer. in pra, crimi. num. 19. ver. Se-
cũdum indicium. Foller. in prac. in Rubri.
dentur capitula. num. 28. & ſequentib.
Iaſ. in. l. ad monendi. num. 207. ff. de iure
iur. Hippoly. de Marſil. in. l. de minore. §.
plurimum. num. 30. ff. de quęſtio. & idem
Hippoly. in ſingul. 97. inſipien. fama ſola.
Diaz. in regul. 333. Petrus Dueny. in regu.
300. in prin. & num. 4. verſi. Contrariam
tamen opinionem. vbi plures allegat Do-
ctores. Et hanc dicit, communem eſſe opi-
nionem Marſil. in conſil. 3. num. 4. in fi.
Vila Lob. in ſua collecta. communi. opi-
nio. in littera. F. num. 7. Et quamuis in hoc
articulo magna ſit controuerſia inter ſcri-
bẽtes, prout refert Iul. Clar. in prac. crimi.
q. 21. in prin. tamen verior & tutior opinio
eſt, quòd ſola fama abſq; alijs ad miniculis
non faciat indicium ad torturam. Nam in
criminalibus ſola fama non probat: neq;
etiam ſemiplene. ita videtur ſentire glo. in
cap. veniens. 1. in verbo. illorum. de teſtib.
quam dicit communiter eſſe aprobatam.
Berous. in cap. qualiter & quando. num.
78. de accuſationib. Et licet ad torquen-
dum videretur ſufficere minus quàm ſe-
miplena probatio, nihilominus cum fa-
ma ſit indicium valde remotum à delicto,
ſitq; indicium valde fallax, tutius faciet
iudex ſi nullo alio adminiculo concurren
te reum tormentis non ſubijciat. Hęc ta-
men regula quod fama non ſit ſufficiens
indicium ad torturam recipit aliquas ex-
ceptiones; & interpretationes.
13. Prima exceptio eſt, niſi homo contra
quem fama viget ſit diffamatus, & malæ
famæ, & conditionis, in eodem genere
mali: quia talis, ex ſola fama poterit tor-
queri. ita expreſſe tenet Alber. Gandin. in
tracta. maleſi. in Rubri. a quo vel a quibꝰ dẽ
bet fama incipere. num. 12. tenet idẽ Plot.
in repetitio. l. ſi quando. §. 53. num. 15. C.
vnde vi. & Franciſ. Bru. in tracta. de indi. &
tormen. num. 32. Egidius quoq; Boſ. in ti
tu. de indicijs & conſiderationibus ante
tor. num. 56. conſtanter affirmat, hanc ma
lam opinionem multum operari ad tor-
turam infligendam, & etiam quo ad con-
demnationem: quia facit, (vt ille inquit)
quod interdum Regium concilium ad
triremes regias mittat eum, quem alias
minimè mitteret. Intellige tamen & de-
clara hoc minime procedere, quando
reus accuſatus in ſpecie circa materiam
de qua tractatur bonam famam probaue-
rit: quia tunc malæ fama præcedens ſine
dubio purgatur, & reus minime poſſet tor
queri. vt ait Gand. de maleſi. titu. de præ-
ſumptionibus. 1. num. 15. Quinimo dici ſo
let, quòd per præſumptionem bonæ fa-
mæ expurgantur indicia, & tolluntur,
quantumuis vrgentia contra accuſatum,
vel inquiſitum. Nec enim in hoc caſu ſatis
eſſet, ſi bona fama in genere probaretur,
quia præſumptiones bonæ famę probatę
in ge-

in genere, non tollunt malam famam pro
batam in ſpecie.vt conſuluit Alex. conſil.
77.vol.1. & conſil.62.vol.3.Roma. conſil.
167.Natta.conſil.42.num.10.vol.1.Hippo
ly.conſil.44. num. 21. vol. 1. Pariſ. conſil.
74.vol. 1. vbi dicit, eſſe communem opi-
nionem.Plot in repitio.l.ſi quando.§.10.
num.15.C.vnde vi.vbi dicit, quòd proba-
tio bonę famę nõ tollit ſpeciale indicium
ortum ex apertura vaſilicę de qua ibi men
tionem facit.Et hoc modo, dicta docto-
rum affirmantium, prędumptiones bonæ
famæ tollere cęteras pręſumptiones quæ
contra reum vrgebant ſunt interprætan-
da, & intelligenda. Quamuis illud negan
dum non ſit, quòd licet hę generales præ-
ſumptiones bonæ & integræ famæ non
tollant præcedentia indicia, elidunt tamẽ:
quod magni momenti eſt.vt fatetur.Boſ.
14. titulo de inquiſitio.num.35. Poſſet etiam
reus contra famam probare, quòd per
triennium proximum bene vixiſſet, & fuiſ
ſet bonæ vocis, conuerſationis, & famæ:
quia tunc illa mala fama contra eum pro-
bata nihil ei noceret, ſed videretur in to-
tum purgata. ita dicit Salycet. in. l. ſi mi-
norem. poſt num. 2.C. de in integr. reſti.
minor.Quod eſt valde notandum pro pra
15. ctica.Et propterea pro bona fama conſe-
quenda, multum deberent homines labo
rare.vt in.l. facta.§.ſi ſub conditione .ff.ad
trebellcian. quia melius eſt bonum no-
men quam diuitię multę Eccleſias. cap.
41. & Apoſt.ad Corint.1.ſcribit, *Expedit mi
hi magis mori, quàm vt gloriam meam quis eua-
cuet*.bona enim fama theſaurus eſt in ęſti-
mabilis: & ſicut lilium dans ſuauitatem
odoris. teſte.Bal.in.l.1.C.de confeſ. Et ſi-
cut Sol corpus noſtrum illuſtrat, ita etiam
bona fama. vt dicit ipſemet Bal. in. cap.
veniens. de teſtib. Et quilibet tenetur ſuũ
honorem tueri, & conſeruare, & omni lu
cro pręferre. vt in. l.Iulianus. verſi. 1. ff. ſi
quis omiſſa cauſa teſta. vbi inquit tex. *Non
enim dolo caret pater, qui honore proprio omiſſo
propter compendium, alienam inſtitutionem ma
luit*. Ratio ſupradictorum eſt, quia mala-
fama nobilem degenerat, plebeium deni-
grat, fratrem beneficio priuat, fidem mi-
nuit, honores tollit, & hominem ſequitur
: ſicut lepra leproſum.
16. Secunda exceptio regulę eſt, quando fa
ma vehemens eſſet: quia illa ſola facit in-
dicium ad torturam: Felin. num.15. & alij
in cap.veniens.de teſtib.Bar.in conſil.191.
Bal.in cap.1.de pace iura. fir.in vſib. feud.
Paul.Pariſ conſil.153.num.22.vol. 4. Hip-
poly.in prac. crimi.in .§. diligenter. num.
20. Hieroni.Grat.conſil.57.num.2.vol.2.
Ludo.Carrer.in practi.crimi.fol.49. nu.6.
Thom.Grã.deciſ.34.nu.52.Frãciſ.Brun.in
tracta. de indicijs & tortu.parte.1.num.32.
17. & Hippoly.in ſingulari.97.Quę autem di-
catur fama vehemens, hoc iudicis arbitrio
relinquendum eſt.vt tradit Salycet. in.l.ri.
C.de queſtio.tenet idem Bar in dicto con
ſil.191.& Thom.Gram.in dicta deciſio.34.
& deciſio.42.& Hippoly.in dicto ſingula-
ri.97.
18. Tertia exceptio eſt, quando conſtat,
Quòd fama habuerit ortum ab honeſtis
perſonis & fidedignis: quia tunc ipſa ſola
fama facit indiciũ ad torturam Lud. Car-
rer. in practi.crimi. num.19. verſi. Secun-
dum indicium.Salycet.in.l.ea quidem. C.
de accuſationib.Paul.Pariſ.conſil. 153.nu.
12. volu. 2.& facit tex. in capit. qualiter &
quãdo. in. 2. de accuſatio.& capit.cum in
iuuentute.de purgatio. canoni. nõ autem
à maleuolis, vel improbis.Quod intellige.
niſi agatur de re turpi: nam eo caſu, non
eſſet contemnenda fama, quæ ortum ha-
beret à turpibus perſonis; puta, ſi agatur de
re commiſſa in lupanari, poterit oriri fa-
ma à meretricibus, & lenonibus: non au-
tem à Doctoribus, vel equitibus, qui non
ſolent ibi conuerſari. & ſic de ſimilibus.
19. Quarta exceptio eſt, quando cum fa-
ma adeſt dictum officialis denunciantis
maleficium cum iuramento.ita reſpondit
Barto. in dicto conſilio. 191. Hieronimus
Grat.conſilio.136. num.17.volumine.1.&
Ludo. Carrer.in dicto verſi.Secundum in
dicium.
20. Quinta exceptio eſt, quando cum fa-
ma fuga concurrit: quia hoc caſu talis
infama.



infamatus torqueri poteſt. vt in auth. de
ſanctiſsi. epiſ. §. ſi quis autem. colla. 9. &
in auth.de exhiben.reis.§. ſi vero.colla.5.
Hanc limitationem ſcripſit Bar.in.l.ſi.ff.
de quæſtionib.Grat. in conſil. 48. num. 8.
vol.2.Ioan.de Imol. vbi Felin. num.6. in.
cap.nullus.de pręſumptionib.
21. Sexta & vltima exceptio eſt, quãdo fuit
probata fama, & vltra famam fuerunt pro
batę qualitates & cauſę ex quib⁹ fama ori-
ginem habuerit, puta inimicitia quę erat
in proceſſu probata trahens originem à
dicta generali petitione totius hæreditatis
vel alia conſimilia: quia tunc fama indiciũ
facit ad torturam. ita Angel. in. l.ſi. C. de
quęſtionib.& ibi Blan. num. 313. verſi. Fa-
ma.ibi ſi vero vltra.Bal.in conſil. 502.inci-
pien.queritur, an per ſolam famam. vbi di
cit, quòd tunc ad tormenta venitur per
publicam famam, quando orta fuit ex pro
babilibus cauſis ex quibus ſurgunt indicia
ad torturam. Et dicitur orta ex probabili-
22. bus cauſis, quando inducitur populus ad
ita credendum, vel dicendum: alias eſſet
vana vox populi, quę exaudiri non debet.
l.de curionum.C.de pœnis.Et ideo dicit,
quòd ſit iudex in hoc cautus: nam ipſe nõ
credidit probari famam ſimpliciter, ſed
cum alio indicio legitimo.
23. Tandem vt in ſupra dictis caſibus hoc
indicium famę ſuum effectum operetur,
24. ſequẽtibus requiſitis dicta fama proban-
da eſt.Primo, quòd teſtes deponentes de
fama dicãt, audiuiſſe à pluribus, & aliquos
ex his nominent: etiam ſi interrogati non
fuerint. Innocen. in capit. qualiter .2.
de accuſationib.Bar.in.l.de minore.§.plu
rimum.num.23.ff.de quęſtionib.Abb. in
cap.cauſam.d teſtib.Blan. in dicta.l.ſi.nu.
312.ff.de quæſtionib. Et adeo hoc eſt ve-
rum, quod licet teſtes non ſint ſuper hoc
interrogati, quòd adhuc debent nomina
re eos a quibus audiuerunt: vt poſsit iu-
dex perpendere ex eorum qualitate, quã-
ta ſit fides illis adhibenda. Marſil. in dicto
§.plurimum. nu.50.& conſil. 75.num.22.
25. Secũdo, quod illi teſtes dicant id audiuiſ-
ſe à maiori parte populi in quo delictum
eſt commiſſum.ita. not. Bar. in dicto .§.
plurimum.num. 19.Bal.in rubri.C.de pro
bationib.Angel.in.l. quid ergo. §. quan-
tum. ff. de his qui notan. infamia. & ita
concludere videntur Doctores omnes vt
ait Marſil.in dicto .§. plurimum. num. 46.
Ex quo infert Bar. in dicto. §. plurimum.
num.22.quòd non ſufficit, quòd teſtes de
ponentes ſuper fama dicant, quòd audiue
runt illud publice dici. Poteſt enim eſſe,
quòd audiuerint illud dici in loco publi-
co, ſed tamen à paucis, vel etiam ab vno tã-
tum: ſed opus eſt, quòd dicant, quòd illud
audiuerunt à maiori parte populi. Et ita
communiter teneri affirmat Imola. in. l.
hæredes palã. in prin. nu.1.ff.de teſtamen.
quem refert Alexan.conſil.212.nu.5.lib.2.
Corneus in conſil. 84. in littera. G. lib. 1.
Et ſunt multi alij eiuſdem ſententię, & opi
nionis, ſequẽtes Bartolum in dicto. §.plu
rimum.quos citat Iul. Clar. in practi. cri-
mi.q.6.verſi.Debent etiam, in quo loco di
cit, Bartoli opinionem eſſe multum aſpe-
ram: quæ ſi in practica teneretur, vix repe-
riretur ex mille teſtibus vnus, qui recte ſu-
per fama publica deponeret. Propterea
Bal.in cap.litteras.num.2.de pręſumptio-
nibus.tenet contrariũ, quòd ſcilicet teſtis
dicẽs, ſe aliquid publicè audiuiſſe dici, pro
bat famam: quia publicè intelligitur, id eſt
publica voce à populo. Et hæc opinio Bal.
eſt, quæ in practica contra Bar, ſeruatur. vt
atteſtatur Caſſador. deciſio.3. num. 7. de
probationib. Et maximè in curia Roma-
na. vt atteſtatur Pariſ.in conſil.52. in fi.lib.
3.Ferret.in conſil. 168. poſt, nu. 19.Quam
Bal. opinionem approbat Calca.in conſil.
8.num.11.& Iul. Clar. in dicto verſicu.De
bent. addens, quòd omnes aliæ deberent
obſeruantiam curiæ Romanę in materia
26. probationum imitari. Tertio requiritur,
quòd teſtes exprimant cauſam aliquam
propter quã fama illa ortũ habuit: puta ex
inimicitia, vel ex minis, vel alia ſimili cau-
ſa.ita Bar.in dicto.§.plurimum. Sequitur
Salycet.in.l.ea quidẽ. C.de accuſationib.
Abb. & Doctor. in dicto cap. veniens.de
teſtib.Petrus de Ancharra.conſi.253.Paris
de Pu.

de Puteo.in tracta ſindicatus:in verbo.tor
tura.verſi.An fama.Nat.cõſil.362.num.9.
Corneu.conſil.198.vol.2.Deci.conſil.37
27. Pariſ.conſil.27.num.36.vol.2. Quarto de
niq; requiritur, quòd fama preceſſerit ac-
cuſationẽ.ita.Anchar.conſil.253.& de hac
materia vide latius Hippoly.in ſingul.97.
Gramm.voto.34.

Septimo per plures teſtes erat probatũ
in proceſſu, quòd poſt delictum commiſ
ſum dictus Monſerratus Bertran nõ fuerat
viſus liberè de ambulare prout antea quo-
tidie ſolebat, immo ſemper latitando: ex
quibus inducitur fuga poſt delictũ. Quid
autẽ dicta fuga operetur, nunc videamus;
Et puto ſic eſſe diſtinguendum, aut quæri
tur, an fuga probet delictũ, aut quæritur,
an fuga faciat indicium ad torturam, pro
quibus plenè examinandis, & decidendis,
duas proponam concluſiones.

28. Prima concluſio erit, quod fuga nõ pro
bat delictum.tex.eſt in.l.lege cornelia.ff.
ad ſillani.& in.l.1.§.ſin autem poſt cõmiſ-
ſum.C.de raptu virgi.& in.§.ſuſcepto.in
authenti.de exhibẽ.reis.col.5.& in.l.rapto
29. res.C.de epiſcop.& cleri.Et adeo dicimus
hanc regulam eſſe veram, quod ſi eſſet ſta-
tutum diſponẽs quod fuga probet delictũ
tale ſtatutũ nõ valeret.Ratio eſt, quia dictũ
ſtatutum abſq; dubio eſſet contra ius com
mune: quo cauetur, neminem ex præſum-
ptionibus eſſe damnandum.vt in.l.abſen-
tem.ff.de pœnis.l.1.§.Diuus.& in.l.fi.ff.de
quæſtionib.& in.l.milites.§.oportet.ff.cõ.
titu. Hanc opinionem tenet Roman.in.
l.lege cornelia.nu.3.ff.ad leg.cor.de ſicar.
vbi plura allegat fundamenta. Quam etiã
ſequitur Cato Sacchus.in repeti.l.admo-
nendi.num.61.ff.de iure iura. Hanc tamẽ
ſententiam interpretandam eſſe arbitror,
niſi contra fugientem eſſent manifeſta de
licta, & delicti qualitas pœnã mortis poſtu
laret: quia tunc valet ſupradictũ ſtatutum.
ex ſentẽtia Philip.Decij poſt Felin.& alios
Doctor.qui tenent cõtra opinionẽ Roma
ni in cap.ſicut.num.65.cum ſequẽtib.de
proba.vbi pro vtraq; parte adducit plura
fundamenta.

30. A predicta ta. ne excipiun
tur ſex caſus relati per . . .un.in cap.nullus.
de pręſumptio à nu.1.vſq; ad fi. Quos etiã
ponit Hippoly.in reptitio.Rubri.C.de pro
bationib.num.259. cum alijs.& in prac.
crimi.§.diligenter.num.41. Et ponit eoſ-
dem caſus & limitationes Diaz de Luco.
in regul.303.& Petrus Dueny.in regul.389.
vbi addit alios duos caſus: quos omnes p
prædictos videre poteris. Nec curo hic il-
los adducere, cum ad rem noſtram mini-
me pertineat, tum ne magnam facerem
diggreſsionem.

31. Secunda concluſio eſt, quod fuga regu
lariter facit indicium ad torturam contra
fugientem.vt per ſcribentes in.l.fi.ff.de
quæſtio.& per Angel.Areti.in trac.malefi
cior.in verbo.quod fama publica.nu.46.
& latè per Hippolyt.de Marſil.in dicta.l.fi.
& in prac.criminali §.diligenter.num.41.
Roma.in repetitio.l.admonedi.num.57.
ff.de iureiuran.& ibi Iaſ.in lectura.nu.88.
& in repetitio.nu.169.Ioan.de Imo.& ibi
Felin.num.3.in capit.nullus.de præſump.
Quod ita reſtringendum eſt, vt procedat,
quando quis poſt delictum commiſſum
etiam ante accuſationem & inquiſitionẽ
ac citationem contra eum factam ſe abſen
tauit.vel aufugit, ſeu latitat; quia tunc ta-
lis fuga ſeu latitatio facit indicium ad tor-
turam.vt latè Plot.in repetitio.l.ſi quãdo.
§.53.num.8.& Hippoly.in ſingulari.114.&
32. ſingul.497. Secus autẽ ſi aufugit poſt quã
fuit accuſatus, vel inquiſitus: quia tunc ſi
aufugit, talis fuga contra eum non facit in
diciũ.ita dixit Bar.in.l.1.nu.1.ff.de his qui
ante ſenten.mor.ſibi conſciuer: quia cuili
bet eſt licitũ redimere ſanguinẽ ſuum.vt
Bar.in dicta.l.1.vbi dicit, quòd quando ali
quis eſt accuſatus de crimine capitali, ſi au
fugit, nõ eſt præſumptio contra eũ. Quod
dictũ ſequitur Felin.in dicto capit.nullus.
num.6.de præſumptionib.Soci.in regu.
164.in.3.limita.Petr.Dueny.in reg.390.in
in vltima limitatio.& in reg.391.in prin.&
Diaz de Lu.in reg.303.in pri.ſublimi.quar
tæ fallentię.vide etiam latè Matheſillan.
qui multos alios allegat in ſingul.145.in
adnota-



33. ad notatione. Quod quidem exiſtimant
eſſe ampliandum, in caſu quo ſolum ha-
beatur ſuſpitio, quòd contra eum forma
tur accuſatio. vel inquiſitio: quia tunc ſi
aufugiat, dicta fuga non faciet indiciũ
ad torturã: ideo quia iuſtus adeſt timor fu
giendi, & iuſtè debuit timere cõminatio
nem.per tex.in.l.miles.§.ſocer.ff.ad leg.
iul.de adul.ibi.*Sed accuſationem parante, & probationibus inſiſtente ac imminente.* & ita ex
preſſe per illũ tex.tenet Ludoui. Roma.
in.l.lege Cornelia.nu.2.ff.ad Sillani.& ibi
Ioan.Igne.nu.15.vide.Matheſilla.in dicto
ſingul.145.nu.2.vbi quãplurimos idem
cenſientes allegat. Pro quo faciunt dicta
quæ commulauit Hippoly.in.l.1.in prin.
col.10.ff.de quęſtionib.vbi latè ſcripſit,
quòd idem operatur timor ſeu ſuſpitio
rei.quòd exiſtentia ipſius rei. De quo etiã
per eundem Hippol.in conſil.49.nu.37.
& plenè per Nicola.Boer.in deciſ.215.per
totum & maxime num.29.vbi plenè proſ
ſequitur materiam fugæ.

Scias tamẽ, quod hoc vltimum reſtrin
gitur, & limitatur, quando alia indicia ſeu
ſuſpitiones laborarent contra fugientẽ:
quia tunc etiam fuga facta poſt accuſatio
nem facit contra eum maximum indiciũ
& ſuſpitionẽ.arg.tex.in.l.fi.C.qui nume-
ro.tutel.ſe excuſ.Et ita expręſſe p illũ tex.
tenet Roma.in dicta.l.lege Cornelia.in fi.
Eandẽ opinionẽ tenet Soci.in reg.162.in
2.limita.Ioan.de Amicis.in conſil.37.nu.
7.Ioan.Cora.in dicta.l.admonẽdi.nu.79
& ibi Petr.de Tholo.nu.77.& Ioan.Igne.
in dicta.l.lege Cornelia.nu.13.in fi. Atq;
ideo in caſu noſtro, cũ vltra fugã & latita
tionẽ dicti Monſerrati Bertrã, etiã poſt ac-
cuſſationẽ ſeu denũtiationẽ factã adeſſẽt
cõtra eũ alia indicia de quibus ſupra; di-
ctam fugam ſufficiens facere indiciũ ad
torturam fatendum eſt.

34. Pariter etiam dicendum eſt, ſi cum fuga
poſt citationẽ concurrat bannũ decẽ vel
viginti dierũ: quia tunc fuga quoq; facit
indicium ad torturã.ita Ludo.Carrer.in
practi crimi.verſi.Tertium.in.fi.nu.113.
ibi, ſi vero aufugit poſt citationẽ. Bal.in
l.1.C.de heredib.inſti.Paul.de Caſ.in.l.rap
tores.C.de epiſcop.& cleri.

35. Tandem pro defenſione illorũ, contra
quos fuga facit indiciũ, addẽdũ eſt, quòd
in caſib' in quibus fuga inducit aliquã prę
ſumptionẽ, vel indiciũ, ſi fuga poteſt mo
do aliquo colorari, puta, q dicat ſe non
deliquiſſe, ſeu ſe abſẽtaſſe; quia timebat de
facto occidi à conſanguineis occiſi, vel de
factò capi, & detrudi in carceres, vel dicat
ſe iuiſſe pro voto explẽdo, aut pro mercã
tijs: nam tunc ſi hæc potuerũt probari, in
39. dicium inductũ purgabitur. Alioquin, ſta
bitur eius iuramẽto: quia præſumptio ta
liter inducta tollitur per iuramentũ ipſius
fugientis.ita Cyn.in.l.fi.C.de requir.reis
Quòd latè proſſequitur Hippoly.in prac.
§.diligenter.nu.43.Matheſilla.in dicto ſin
gul.145.in fi.& Hippoly.in ſingul.114.&
Ludo.Carreri.in prac.in dicto verſi.Ter
tium.num.113.

Octauo & vltimo in proceſſu extabat p
batum per vnũ tantũ teſtem de viſu, quòd
dictus Monſerratus Bertran incontinenti
poſt iactũ arcabuſij quo dictus Petrus Ber
tran fuit interẽptus viſus fuit fugere à lo-
37. co delicti. Quod quidẽ indiciũ quãtũuis
magnum, licet per ſe nõ operetur ob defe
ctum probationis, quia in ſua ſpecie non
erat perfectè probatũ: tamen valet ad prę
ſtandum ceteris adminiculum per illud
vulgatum dictũ, *ſingula quæ non proſunt multa collecta iuuant.* ſecundum Bar.in.l.2.§.
ætas autẽ.de excuſationib.tutor.& eſt glo.
fi.in.l.inſtrumenta.C.de probationib.&
glo.1.in.l.ſtipulatus.ff.de vſur.tradũt Do
ctor.in cap.cũ cauſam.de probationib.
Et quòd id quod per ſe non operatur præ
ſtet ceteris adminiculũ.probatur in glo.in
verbo.ex cauſis.in cap.accedens.2.vt litte
non conteſ.quam ibi ſequũtur Doctores
& Soci.Iuni.cõſil.3.nu.16.vol.4.cõſil.26.
nu.14.eõ.vol.conſil.112.in fi.vol.1.conſil.
8.in fi.vol.2.& cõſil.34.nu.6.& cõſil.38.nu
26 vol.4. Et tãto magis hoc eſt verũ in par
tibus in quibus iudici datur arbitrium pro
cedendi in criminalibus: quia tunc poteſt
procedere in cauſa prout ſibi viſum eſt,

iuxta,l.3.verſi.Tu magis.đ teſtibus.ff.atq;
etiã in materia torturę in qua indicia ſunt
in quocunq; iudice arbitraria.vt tenet Hip
poly.in prac.crimi.§.diligenter.num.24.
& in.l.fi. num.2.de quæſtionib.Bal.cõſil.
95.num.6.vol.1.& in.l.obſeruare.C.quã
do appel.non recipiã.& Gram.conſil.14
num.6.& laté Menoch. de arbitrar. iudi.
lib.2.centuria.3.Caſu.270.

Et hæc omnia quæ ſupra diximus ſunt,
quæ in proceſſu ſuper dicta nece cõtra di
ctũ Monſerratũ Bertran cõſtabãt. Ex qui
bus fuit dubitatum,an ſufficiẽter ibi eſſet
probatum,ad condemnandum eundem
Monſerratum Bertrã pœna ordinaria di-
cti homicidij, quæ eſt pęna mortis:vel an
indicia propoſita,& perfecté in ſua ſpe-
cie probata ſolum ſufficerent ad ſubijciẽ
dum illum quæſtionibus ſiue tormentis.

Et primo, quòd non eſſet ſufficiens pro
batio ad cõdemnãdum pœna ordinaria
38. delicti patet. Nam ſufficiens probatio re-
gulariter dicitur illa quę fit p duos teſtes:
cum in ore duorum vel trium ſtet om-
ne verbum.l.vbi numerus.ff. de teſtib. &
probatur in iuribus patrię in vſati. Teſtes
antequam.vbi teſtis vnius, quamuis ſit.
ſplendidę & idoneę perſonæ reprobatur.
& in vſati.accuſatores.vbi đciditur, duos
vel tres teſtes ſufficere ad probanda quæ
cunq; negocia & quòd teſtis vnius, legi-
bus,& canonibus,improbatur.& in vſati.
duos teſtes.in quo habetur, quòd duo teſ
tes idonei ad omnia probandum ſuffi-
ciũt. Pręterea, cũ in criminalibus proba
tiones debeant eſſe luce meridiana clario
res.vt in.l.fi.& ibi Doctor.C.de probatio
nib.non ſufficerent ad huc duo teſtes,niſi
illi eſſent idonei, & omni exceptione ma
iores: quia aliàs non diceretur legitima
39. probatio. Nam tunc dicitur legitima pro
batio illa, quæ fit per duos teſtes omni ex
ceptione maiores.vt eſt tex.in cap. cõſul
tum.in pri.reſpon.ex.de ſponſalib.& glo
in cap.at ſi clerici.ex.de iudi. & in.l.cũ in
debito.in verbo legitimis.ff.de probatio.
40 Et dicuntur omni exceptione maiores;
qui nulla exceptione legitima repelli poſ
ſunt.glo.notab.in cap.1.de con ſangui. &
affini.& ibi Panor.glo.in verbo.idoneos
in.§.item verborum. inſtitu.de inutilibus
ſtipulatio.Bal.in.l.optimam.in.2.colum.
C. de contrahen. & committen. ſtipula.
Alex.conſil.166.in primo volum.& vide
Caſſan.in conſuetudi.Burg.titu.de ziuſti
ces.§.7.in verbis, ſouffiſament proueæ.
num.4 Et cum in dicto proceſſu non fue
rint reperti duo teſtes đ ipſo facto, & ma
leficio,ſed ſolum vnus teſtis prout ſupra
dictum fuit,qui cum ſit idoneus,& omni
exceptione maior,ex eo quòd nõ fuit re-
pulſus aliqua legitima exceptione, tantũ
facit ſemiplenam probationẽ:& ſic ſuffi-
ciẽs indicium ad torturam. Merito igitur
concludendum eſt, in dicto proceſſu non
fuiſſe ſufficiẽtem & legitimam probatio
nem ad condemnãdum pœna ordinaria
dicti delicti. Eo maxime, quia ꝓbationes
omnes quæ ſunt in dicto proceſſu de per
ſe tantum faciunt indiciũ ad torturam.vt
latius ſupra oſtenſum eſt.

Pro tamen ſolutione huius contrarij &
reſolutione huius đciſionis,ſic eſſe reſpõ
dẽdum arbitror. Quòd quamuis in dicto
proceſſu tantum de veritate facti conſtet
per vnum teſtem de viſu, tamẽ cum in eo
dem proceſſu ſint tot probationes,& indi
cia perfectè in ſua ſpecie probata, quæ vi
dentur excedere efficatiam vnius teſtis de
viſu,& omni exceptione maioris,conclu
dendum eſt, adimpletam eſſe plenam pro
bationem ad effectum condemnãdi. Sed
quia hęc requirunt maiorẽ declarationẽ,
exiſtimaui hoc in loco pauca đ probatio
num coniunctione, illa ſcilicet, quæ rem
noſtram decidunt referenda eſſe.

41. Regulariter in iure receptum eſt, pro-
bationes imperfectas in criminalibus nõ
eſſe coniungendas ad plenam probatio-
nem faciẽdam. ita Iaſ.in repetitio.l.admo
nendi.num.257 circa med.ibi in verſi.Itẽ
caue.Din.in.l.2. de excuſationibus tutor.
Bal.in.l.ſi quis ex argentarijs.§.1.nu.3.ff.
de edẽdo.& in.l.3.§.2.ff.de teſtib.& eſt bo
na glo.in capit.veniẽs.in verbo. illorum.
extra.de teſtibus. Pariſ.in. cõſil.152. verſi.





Præterea tollitur.volum.4.Deci. in capit.
cum cauſam.num.10.verſi.Secundo limi
tatur. de probationib. Hippoly. in conſil.
20.num. 48.& in prac.§. expedita. Caſſa.
ſup.indicta.l.admonẽdi.num.153.& Grat.
in conſil.47.& conſil.50.vol.2.

Quam regulam multi contrarium ſen-
ſientes controuertunt. Et primo Alberi.
in.l.2.§.fi.ff. de excuſationib. tutor. vbi.
dicit, in criminalibus probationes coniun
gi.Bal.in.l.excipiũtur.in ſummario. ita ex
preſſe in quit, quòd ex pluribus concurren
tibus augetur delictum,& quòd ex multis
delictis reſultat plena probatio etiam ad
condemnationem capitalem. tenet idem
Bar.in.l.1.§.idem Cornelio.num.3.ff. de
quæſtionib.vbi querens an dictum vnius
teſtis integri cum alijs indicijs faciat ple-
nam probationem reſoluit, quòd ſic per
illum tex. & allegat glo. in.l.2.ff.de excu-
ſationibus tutorum. in verbo legitimis.
in qua habetur, quòd duæ præſumptio-
nes cum alijs indicijs faciunt plenam pro
bationem: quia ſingula quæ non pro-
ſunt multa collecta iuuant. vt in.l. ratio-
nes. & l.inſtrumenta. C. de probationi-
bus. Quam rationem ita eſſe intelligen-
dam arbitratur, vt procedat, quando plu-
ra tendunt ad perficiendum vnum totum
tunc quę ſingula non proſunt, multa colle
cta iuuant. Et ponit exemplum in pariete,
& in tecto, quæ vnum quodq; per ſe nõ fa-
cerent domum vnam: ſed ſimul iuncta ſic.
Pariter dicendum eſt, quòd quando mul-
tę probationes tendunt ad faciendum
vnum totum, ſcilicet ad faciendam fidem
iudici, tunc ſingula quæ non proſunt mul-
ta collecta iuuant.

Sed ſtando primę opinioni, quam dicit
eſſe communem Anto. Gabr.in lib.1.de
probationib.concluſio.1.num.26.eam ta
men ſcribentes veram fatentur, quando
probationes eſſent in ſua ſpecie imperfe
ctæ, vt puta, quod eſſet tantum vnus teſtis
de veritate, vnus de fama, vnus de indicio:
42. quia tunc probationes in criminalibus nõ
coniunguntur.ex quo dicta probatio non
valet: quia in ſua ſpecie eſt imperfecta ideo
quòd ſinguli teſtes non probant prædicta:
quia ad vnum quodq; probandum requi
runtur duo ſaltem.l.fi.C.fami.harcis. In-
nocen.in cap. ſicut.de ſimo.Alex. conſil.
355.colum. 2.in fi. & conſil. 292. colum.3.
& alibi conſil. 181.colum.2. verſi. Rurſus
volumi.2.vbi dicit, quòd vbicunq; con-
tingat indicium probari, ſi vnum indiciũ
probetur per vnum teſtem, & aliud per a-
lium, tales non iunguntur ad faciendum
vnum indicium perfectum: quia vnum
quodq; de per ſe eſt imperfectum. Abb.&
Feli.in capit. cum cauſam. vbi materiam
43. iſtam latiſsimé habes. Secus vero eſſet,
quando probationes eſſent in ſua ſpecie
perfectę, vt puta, quia eſſet vnus teſtis de vi
ſu, duo de fama, duo de indicio: nam tunc
imperfectæ probationes in criminalibus
coniungi poſſunt ad plenam probationẽ
faciendam, tenet Bal.in.l.ſi quis ex argen-
tarijs.§.1.num.3.ff.de edendo. Alexan.in
conſil.18.volum.4.& conſil.13.volum.1.
& conſil.150.volum.5.& conſil.180.vol.
2. Abb. in capit. cum cauſam. verſi. Idem
videtur. de proba.& ibi Felin. in verſi. Li-
mita iſtam concluſionem. vide Anto. Ga-
bri.& plures per eum relatos idem ſenſien
tes.in lib.1. de probationibus. cõclu.1.nu.
31.

44. Pariter quoq; à predicta regula excipiẽ
dum eſt, quando quælibet ſpecies proba
tionum licet de per ſe imperfecta ad ple-
nam probationem faciendam, eſt tamen
ſemiplena probatio: quia tunc, concurrẽ
tibus alijs indicijs: ſeu coniecturis, dictæ
probationes coniungi poſſunt ad facien-
dam plenã probationem. ita Bal. in.l.ſpa-
donem.§.qui iura.ff. de excuſatio.tuto.
Ancharra.conſil.276.in fi.Areti. conſi.65.
col.2.verſi. Quod quartus teſtis. Butri. in
cap.fi.colum.5.verſi.Quòd ſi recepti ſunt.
de iureiuran. Salycet. in.l.in bonæ fidei.
col.9. verſi. viſiſq; ſemiplenam. C. ſi cert.
peta.& Aymon. Craue.in cõſil.178.num.
3.vbi concludit, ex dicto ſocij criminis in
criminib⁹ occultis, iuncta infamia rei, cau-
ſari ſemiplenam probationem: & ſi cum
his concurrant alia plura indicia exceden

tia efficatiam vnius teſtis omni exceptione maioris, ſenſeri plenam probationem impletam.

45. Ex quibus reſoluo, quòd cum in proceſſu contra dictum Monſerratum Bertran extaret vnus teſtis de veritate facti, qui vt ſupra dictum eſt, num. 1. facit ſemiplenam probationem, & etiam conſtaret per duos teſtes, de tempore & loco conteſtes, quod ipſe extra iudicialiter confeſſus fuerat; ſe ictu arcabuſij occidiſſe dictum Petrum Bertrã patruum ſuum, quæ confeſſio ita probata faciebat aliam ſemiplenam probationem, & ſic erant iſtę probationes in ſua ſpecie perfectæ, eſſentq; alia indicia & adminicula contra eundem vt late ſupra oſtenſum eſt, dictas probationes poſſe coniungi: ad faciendam plenam & ſufficientem probationem ad codemnandum pœna ordinaria delicti. Prout ita concluſum fuit in Regio criminali concilio contra eundem Monſerratum Bertran die. 20. Auguſti. 1582. qui prædictis meritis attentis, fuit pro dicto homicidio ad mortem condemnatus: & cum effectu laqueo per collum in alta furca ſuſpenſus. Et antea die. 2. Iunij. 1581. ſecundum eandem opinionem fuerat idem concluſum in eodem Regio concilio, in facto fiſci procuratoris, & partis inſtantis contra. B. delatum & inculpatum de pluribus necibus in perſonas certorum perpetratis, quorum cadauera reperta fuerunt ſepellita in domo dicti. B. & de alijs criminibus, & delictis, de quibus erat multum infamatus contra quem ſuper dictis necibus tantum extabat vnus teſtis de viſu ſocius criminis: & conſtabat valde de ſua in famia, quę iuncta cum dicto ſocij criminis faciebat ſemiplenam probationem. vt ſupra dictum eſt. Concurrebant etiam contra eundem tot indicia adeo vrgentiſſima, quę clare videbantur excedere efficatiam vnius teſtis omni exceptione maioris; & ſic fuit viſum adimpletam fuiſſe contra eundem. B. plenam probationem: & ſufficientem ad capitaliter condemnandum Et ideo dicta die fuit concluſum dictum. B. eſſe de capitandum: prout de capitatus fuit. Quæ omnia, in caſibus ſimilibus, & occurrentibus, in proceſsibus contra prædictos factis, & in dictis concluſionibus videri poterunt.

## Capit. 18. An non obſtante lege prouinciæ quę decidit cauſas tã ciuiles, quàm criminales, nõ eſſe a prouincia extrahẽdas, poſsit dominus Rex cum eſt abſens ab illa prouincia, facere gratiam ſeu remiſsionem delictorum; ceſſante partis inſtantia.

1. *Cauſæ neq; ciuiles, neq; criminales, à principatu Cathaloniæ extrahuntur: ſed ibi fine debito terminantur.*
2. *Dominus Rex cũ abſens eſt à Cathalonia, an poſſit facere gratiam ſeu remiſsionem delictorum, ceſſante partis inſtantia?.*
3. *Concluſio Regij concilij.*

1. IN hoc principatu regulariter ſancitum eſt, ne cauſæ tam ciuiles, quàm criminales, ab eodem extrahantur: ſed in eodem eſſe per tractandas, & fine debito terminandas, vt in capit. Regis Ferdinandi. 2. in prima curia Barcinone. capit. 3. ſub
2. titu. de iuriſdictio. omni. iud. videretur igitur dicendum, prædicta lege obſtante, dominum Regem abſentem à principatu, non poſſe etiam attento partis inſtantis conſenſu, facere gratiam ſeu remiſſionem delictorum: cum illa gratia reſultet ex factis, de quibus cauſa in dicto principatu eſt introducta. Sed dicta gratia debet obtineri à domino Rege, cum præſens eſt in Cathalonia: vel à locumtenente generali: qui eius repræſentat perſonam: vel ab officialibus in dicto principatu exiſtentibus ad quos ſpectet.

Contrariam tamen opinionem veriorem eſſe exiſtimo: nam conſtitutio ſupradicta, & aliæ ſimiles leges municipales in-





telliguntur de cauſis qui requirunt cauſæ cognitionem: ideo, quòd in eis verſatur intereſſe partis in iudicio deducibile. Nam illę ſunt cauſæ quæ prędicta lege obſtante non poſſunt extrahi a prouincia: & non de alijs cauſis nullum intereſſe priuatum tangentibus. & ſic non cõprehẽdunt res, quæ ſunt gratiæ procedentis ex mera liberalitate domini Regis, ad quem vt ſupremus ſpectat, ceſſante partis inſtantia, poſſe remittere pœnas delictorum, tam corporales quàm pecuniarias; etiam poſt ſententias in iudicatum tranſactas. glo. in. l. 2. in verbo. cõcedi. C. de in ius vocand. quę eſt communiter ab omnibus approbata. vt dicit Pariſ. conſil. 1. num. 1. lib. 4. & num. 59.

Et ſecundum hanc vltimam opinionem
3. fuit concluſum in Regio criminali concilio Cathaloniæ die. 7. Nouembris. 1581. in facto ſupplicationis oblatę pro parte Hieronimi, & Ludouici Gomar ciuitatis Illerdæ in effectu deducentium, quod cum ipſi obtinuerint gratiam & remiſſionem a. S. C. R. Mageſtate, quę fuit data in ciuitate de Badaios regni Caſtellæ die. 1. menſis Iunij 1580. ab inuaſione facta per Hieronimum Valls, contra quændam eccleſiaſticum Iacobum Sapena nuncupatum, & in dicta rixa quodam ictu arcabuſij dictus Valls vulnerauerit Franciſcum de Pons, & ea de cauſa proceſſus regalię factus extiterit, & eiecti fuerint à pace & treuga, & à cui dati domini Regis, quod deſpublicentur attẽtis dicta remiſsione & gratia, ab eis obtenta nulla exiſtente contra ipſos partis inſtantia; & quod reducerentur in amorem domini Regis. Et facta relatione per Damianum Oſſet dicti Regij concilij Doctorem, & negocij relatorem, fuit concluſum, quòd dicti Hieronimus, & Ludouicus Gomar, pro obſeruantia dictæ gratiæ. & remiſsionis, quoad dictum delictũ deſpublicerentur, & reducerentur in amorẽ domini Regis & quod pro his fierent præconitzationes ſolitæ, & ſtilatæ.

## Cap. 19. In quo queritur, qua pœna puniendus ſit ille, qui in cauſa capitali aduerſus reum falſum teſtimonium dicit.

1. *LIngua eſt omni ferro nocentior.*
2. *Teſtis contra aliquem falſum deponens, triplicem facit deformitatem, periurij, iniuſtitiæ, et mendacij.*
3. *Teſtis falſum deponens, tribus perſonis obligatur.*
4. *Teſtis falſus tribus pœnis afficiendus eſt.*
5. *Teſtis qui falſum aduerſus reum in capitali cauſa teſtimonium dixit, puniendus eſt eadem pœna, qua puniretur reus ipſe, ſi criminis conuictus foret.*
6. *Concluſio Regij concilij.*

1. CVm lingua ſit omni ferro nocentior, & nõ minus occidat hominem qui falſo teſtimonio innocentem opprimit, quam qui ferro necat. vt atteſtatur Iodoc. in practica cap. 70. num. 4 nimirum ſi leges tam diuinę quàm humanę, falſum teſtimonium contra proximum, gra-
2. uiſſimis pœnis vetarũt. Nam qui falſò contra aliquem atteſtatur triplicem facit deformitatem: periurij ſcilicet, iniuſtitię, & mendacij, ita Sanct. Tho. 2. 2. q. 70. arti. 4. vbi tenet, nõ ſolum periurij deformitatem ſemper eſſe peccatum mortale, cum teſtes non admittantur niſi iurati, verum etiam, & iniuſtitiæ deformitatem idem flagitium facere, cum violetur iuſtitia: quod in ſuo genere peccatum eſt mortale; ſicut quælibet iniuſtitia. Et ideo, in pręcepto decalogi falſum teſtimonium ſub hac forma interdicitur: cum dicatur in Exodo *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Ob mendacium etiam eſt peccatum licet non ſemper mortale: quod late explicat Nauar. in manuali, in cap. 18. de octauo pręcepto decalogi.

3. Sicq; per Roma. Pontificem conſtat falſum teſtem trib' perſonis obnoxium eſſe.

Primum Deo: cuius præſentiam contemnit. Deinde iudici: quem mentiendo fallit. Poſtremo innocenti: quem falſo teſtimonio lędit. probatur in cap. 1. de crimi. fal. Et
4. ideo inquit glo. in dicto cap. 1. in verbo. lędit. talem teſtem tribus quoq; pœnis afficiendum eſſe. Primo, quòd ſeptennis penitentia ſibi iniungitur: ideo quòd Deum offendit pro periurio. ita eſt tex in. c. quicũq; 6. q. 1. vbi quicunq; ſciens, ſe periurauerit, quadraginta dies in pane, & aqua, & ſeptem ſequentes annos peniteat: & nunquã ſit ſine penitentia ſcilicet interiori. vt ibi in glo. in verbo. ſine, & nunquam in teſtimonium recipiatur. Secundo, quia iudicem deluſit, infamabitur. vt in. c. ſiquis cõuictus. 22. q. 5. ibi. *Hi vero qui in periurio cõſenſiſſe probatur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi, et ſecũdum legem infamia notabuntur, vel etiam extraordinariè puniri poſſunt.* vt eſt glo. in cap. 1. in verbo. iudici. ex. de crimi. fal. Tertio deniq;, quia proximũ lædit, punietur iuxta modum lęſionis. arg. tex. in. c. nihilominus. 3. q. 9. hoc eſt, quòd tenetur alia quacunq; pœna quæ irrogatur ex crimine de quo reum per falſum teſtimoniũ lædit. teſte glo. in dicto cap. 1. in verbo. lædit. ex. de crimi. fal. Et ſuper hoc vltimo caſu verſatur noſtra quæſtio.

Atq; ideo, ſiquis in cauſa capitali falſum
5. aduerſus reum teſtimoniũ dixerit, puniẽdus erit eadem pœna, qua puniretur reus ipſe, ſi criminis conuictus foret. quòd legibus diuina, & humana, probatur. Etenim in lege diuina ita ſcriptum eſt, *Si ſteterit mẽdax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt ante dominũ in conſpectu ſacerdotum, et iudicum qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium: reddant ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, et auferens malum de medio tui: vt audientes ceteri timorem habeãt, & nequaquam talia audeant facere.* ita Deuterono. cap. 19. in fi. concordat Prouer. 19. verſi. 5. ibi. *Teſtis falſus non erit impunitus; et quia mendacia loquitur non effugiet.* Danielis præterea. 13. habet, quòd caſtiſſima Suſãna ab impudicis ſenibus falſò adulterij accuſata eſſet, ideo q eius concubitu frui nõ poterãt, & ideo ad mortẽ duceretur, exaudiuit eã De^9 orãtẽ, & per puerũ Danielem proprio ore cõuictos ſenes iure talionis popul^9 interfecit. Et in lege quoq; humana ciuili ſancitũ eſt, quòd ſiquis in cauſa capitali, & in capitis ſupplicio falſum teſtimoniũ dicat, ſi alius falſo teſtimonio pœnas, criminis cauſa, pati debeat, ſubijcietur eidẽ, pœnam talionis paſſurus. vt probatur in. l. 1. ff. ad leg. cor. de ſicar. ibi. *Qui vè falſum teſtimoniũ dolo malo dixerit quo quis publico iudicio rei capitalis dãnaretur.* & ibi tenet idem Bar. & Bal. in cap. 1. in prin. de pace tenen. & eius violatorib. Iaſ. in. l. & ſi legibus. num. 6. C. ſi contra ius vel vtili. publicã. Caſſan. in conſuetu. Burg. in titu. de retraicts. §. 2. num. 39. Iodo. in practi. crimi. cap. 70. num. 1. 2. 3. & 4. Couarru. in. §. 7. primæ partis relectionum. nu. 6. & Gregor. in Syntagma. lib. 36. cap. 5. nu. 12. ſuper quo etiã in hac prouincia legẽ ſcriptam habemus in cap. 13. curiæ anni. 1542. qua lege ſancitum eſt, quòd qui falſum in cauſis criminalibus teſtimonium dixerit, tam defendendo, quàm offendendo, eandem ſubeat pœnã, quàm paſſurus fuiſſet reus contra quem falſò atteſtatur: ſi eius dictũ verum fuiſſet. Quam legẽ interprætandam exiſtimo, vt procedat, niſi teſtis falſũ dixiſſet in his quæ acceſſoria ſunt, nec ad ſubſtantiam actus pertinerent: quia tũc falſitas, pœna extraordinaria punienda eſt: quemadmodum notat Specula. in titu. de teſte. §. 1. verſi. Itẽ quòd aliquid de ſuo. nu. 87. & ibi Ioan. Andr. Angel. in. l. lucius. ff. de his qui notã. infamia. Hippoly. in ſingula. 76. Innocen. in cap. fraternitatis. de hæreti. Cui ſentẽtiæ ſuffragatur quòd falſitas minime punitur, ſi contingat in his, quæ ſiue vera, ſiuè falſa ſint nemini nocere poſſunt. glo. in. l. damus. C. ad leg. cor. de fal. quàm Docto. ibi ſequũtur. & Socin. in cõſil. 104. lib. 1. Hippoly. in. l. 1. §. prętерea. nu. 14. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & Socin. in cõſil. 185. lib. 2. qui hanc opinionẽ atteſtatur communem eſſe. Et ad hoc ipſum eſt glo. Abb. Imola. & Doctores. in cap. quãto. in

verbo



verbo. nomine patris. de iure iuran. Quando vero dictũ falſi teſtis eſt circa ſubſtantialia in quibus proximo nocet, tũc eadẽ pœna ipſę teſtis puniendus eſt: vt ſupra dictũ eſt. Et ſic intelligendæ ſunt leges falſos teſtes punientes. Hocq; modo admittuntur pœnæ aduerſus eoſdem. vt atteſtatur Couar. in. 1. parte relectionũ. §. 7. nu. 6. verſi. Pœnę vero. Et ſecũdum hanc theoricam fuit in Regio cõcilio cõcluſum die. 5. Aprilis. 1582. in facto fiſci procuratoris Regiæ curiæ cõtra michaellem Vtolis baineriũ ciuem Barcinonæ delatum, & inculpatũ, quòd in cauſa quæ in Regio cõcilio ducebatur inter dictum fiſci procuratorem Regiæ curiæ ex vna, & Petrum, & Frãciſcum Caſſadors frares partibus ex altera, ratione proceſſus regaliæ formatæ in vim vſatici Barcinonę incipientis authoritate & rogatu, & alias ſuper crimine leſæ Mageſtatis teſtimoniũ peribuerat, & poſt modũ medio iuramento in villa Tameriti de littera Regni Aragonum aſſerendo falſum teſtimonium in Regio concilio protuliſſe cõtrarium affirmauerat, falſa etiam crimina diuerſis perſonis impingendo, & quòd captus poſt prædicta, falſa eſſe quæ in villa Tameriti de littera dixerat, medio etiam iuramento confeſſus fuit, aſſerẽdo, ſe ſpe promiſſæ pecuniæ, & alias, ea omnia dixiſſe, qui ob eam cauſam, & eius falſi teſtimonij in dicta cauſa capitali criminis lęſæ mageſtatis fuit declaratus reus mortis: & quòd ſuſpenderetur in alta furca laqueo per collum taliter, quòd naturaliter moreretur: & anima ab eius corpore ſepararetur. Et ita fuit executum.

# Cap. 20. An â marito

debeantur vxori extra domum alimenta, quando ipſa vxor receſsit ab eius domo propter malas tractationes, & eiuſdem mariti ſęuitias.

1. *Alimenta non ſunt vxori præſtanda per maritum extra eius domum.*
2. *Alimenta in domo mariti vxori debentur: rationibus hic inſertis.*
3. *Alimenta vxori à marito non debentur, quando ipſa à domo mariti ſine illius volũtate ſe abſentat.*
4. *Alimenta ſunt præſtanda à marito vxori extra domum, quando ipſa receſſit culpa mariti.*
5. *Monachus litigans cum Abbate, debet ab eodem Abbate habere ſumptus litis.*
6. *Alimenta legata alicui quoad cum aliquo morabitur, ſi legatarius non poteſt morari in illa domo propter aliquam iuſtam rationem, nihilominus debebuntur legatario extra illam domum.*
7. *Alimenta debentur vxori de redditibus dotis in domo mariti etiam ſi non aſcendant ad quantitatem alimentorum.*
8. *Vxori licitum eſt fugere, quãdo ipſa acriter à marito verberatur: et tunc extra domum ei alimenta debentur.*
9. *Culpa quando dicitur eſſe mariti, quòd vxor ab eius domo recedat.*
10. *Timor iuſtus quis dicatur.*
11. *Vxori bona mariti ſunt tacite obligata pro alimentis debitis.*
12. *Concluſio Regij concilij.*

BErta vxor Titij ad prouinciæ pręſidem acceſſit, in effectu coram eo deducens, Titiũ eius virum adeo eã odio proſſequi, quod à multis abhinc annis, nec dormiẽdo nec comedẽdo, nec alias vt maritus & vxor cõueniebãt, ſed quòd illã multis malis tractationibus, & ſæuitijs oppræſſam habebat, pluries eidem mortem varijs & excogitatis modis machinando, ſupplicans proptęrea, ipſam à viri ſæuitijs, & fororib^9, ob imminens vitæ periculum releuari: & in loco tuto, & honeſto, ſequeſtrari: ac dictum virum ſuum ex dictis machinationibus debitè puniri. Præſes autẽ cauſam ad ſe euocauit dictamq; Bertam cauſa cognita, in quodam monaſterio ſequeſtrare fecit. Et quia durante hac lite, ac ſequeſtro, dicta Berta petijt alimenta ſibi à dicto eius viro iuxta perſonarum qualitatem, & bonorum facultatem præſtari, fuit dubitatum, an dicta alimẽta extra viri domum

præſtan-

preſtanda eſſent?
1. Et quod maritus alimenta præſtare non
teneatur probatur primo per tex. in capit.
ſignificaſti. iuncta ibi glo. in verbo. mate-
riam adulterãdi. de diuortijs. vbi, vxor quę
notoriè fornicata eſt, petens mariti reſtitu
tionẽ repellitur. & glo. ibi in dicto verbo.
materiam adulterandi. ponit quæſtionem
nunquid talis vxor poſsit petere expenſas
quas fecit à viro, poſtquam ipſa receſsit ab
illo? & reſpondet dicta glo. dictum mari-
tum non teneri cum ipſe illam non expu-
lerit. Et ſic patet, maritum extra domum
alimenta vxori præſtare non debere, quã-
do ipſa ab eo receſsit. Vide quoq; Guido.
Papæ in. q. 439. num. 6. & in conſil. 127.
2. Secundo conſtat alimenta vxori præſtã
da eſſe in domo mariti, & non extra eius
domum, ex his quæ decidit Specula. in ti-
tu. qui filij ſint legi. nu. 31. qui adducit tex.
in. l. ſi cũ dotem. §. ſi vero dotem. ff. ſolu.
matri. vbi patet, vxorem debere permane
re cum eius viro, & familia, licet vir eſſet p
uerſus: vt cum minori viri incõmodo ala-
tur in eius domo. arg. l. ſi ita ſtipulatus fue-
ro decẽ. ff. de verb. obligationib. & l. ſi ita
relictum. §. fi. ff. de leg. 2. Probatur etiam
ex eo, quia viri, & vxoris, vnica eſt domus.
l. aduerſus. C. d crimi. expila. hęredi. & vna
familia. l. 1. §. ſi vir. ff. ad ſillanian. & eorum
vſus debet eſſe promiſcuus. l. quamuis. C.
de fur. Quare concluditur, maritum non
teneri extra domum vxorem ſuam alimẽ-
tare.
3. Tertio, quòd non debeantur ei alimen
ta probatur. Nam vxor quę ſine viri volun
tate ab eius domo ſe abſentat, non debet
ab eo percipere alimenta. arg. tex. in. l. teſta
mento. ff. de alimen. & cibar. lega. accipien
do illum tex. à contrario ſenſu, idem Spe-
cula. in titu. qui filij ſint legit. num. 31. At
dicta Berta deceſsit à domo viri ſine eius
volũtate, & conſenſu, & ſic eo inuito: quia
inuito marito fit quando ipſe non conſen
tit. l. in eo. §. 1. ff. de ritu nuptiar. Ergo ſequi
tur, dictam Bertam extra mariti domũ no
eſſe à marito ſuſtentandam, atq; alẽdam.
4. Contrariam tamen opinionem in caſu
noſtrę quæſtionis veriorem eſſe exiſtimo.
Quam quæſtionẽ breuibus verbis. Iacob.
de Are. Cyn. & Bal. deciſam relinquũt. in.
l. quod in vxorẽ. C. de nego. geſt. ibi reſol-
uentes, maritum teneri ad alimenta vxori
extra domum præſtanda: quando ipſe eſt
in culpa, quòd vxor recedat ab eius domo
Quos ibi ſequitur Salycet. nu. 3. & Hippo
lyt. de Marſil. in. l. 1. §. cũ quis latrones. nu.
8. ff. de queſtionib. Qui doctores hac ratio
ne ſatisfaciunt & reſpondent argumentis
pro contraria parte ſupra adductis, vt ſcili
cet, illa procedant, quando vxor recedit à
domo mariti culpa ſua, & non ipſius mari
ti. Caſus vero noſtræ quæſtionis eſt, quan-
do ipſa vxor receſsit non ſua culpa, ſed po
tius ipſius mariti: in quò caſu vt prædicti
fatentur Doctores, ſunt vxori à marito ex-
tra etiam domum alimenta præſtãda. Hãc
confirmat ſententiam. Math. de Afflic. in
5. deciſio. 10. num. 1. & 2. Et probat arg. eius
quod dicitur de monacho litigante cum
Abbate, qui debet habere à dicto Abbate
ſumptus litis. vt nota. p Doctor. in cap. ex
parte. de accuſationib. & eſt glo. in. l. ſi inſti
tuta. §. de inofficioſo. ff. de inofficio. teſta.
& glo. in. l. fi. C. de ordine cogni. in verbo.
litis ſumptus. quæ notat illum tex. pro ſub
dito contra prælatum litigãte, qui interim
debet ab eccleſia expenſas habere & not.
Archidia. in. c. quanquam. 23. diſ. & in cap.
ſi forte. de electio. lib. 6.
6. Probatur preterea arg. legati alimento-
rum relicti alicui, quoad cum aliquo mo-
rabitur, & legatarius non poteſt morari in
illa domo cum hęrede propter eius malos
mores, aut ſæuitiam, vel propter ſuſpitio-
nẽ honoris, vel alia iuſta ratione: quia tũc
extra domum haberet legatum dictorũ ali
mentorum. ita Iaſ. in. l. 1. nu. 3. C. de legat.
& Bal. in auth. hoc locum. in ti. C. ſi mulier
ſecun. nupſer. & Paul. de Caſ. in cõſil. 387.
7. incipien. quòd vxor quondam. circa fi. Pa
riter etiam videtur dicendum, quòd cum
alimenta debeãtur vxori in domo mariti
de redditibus dotis, etiam ſi non aſcendat
ad quantitatẽ alimentorũ, vt refert Iacob.
de Pu. in. l. ſi cum dotem. in. §. ſin autẽ in ſę
uiſsimo. ff. ſolu. matri. ita etiam, & eodem
modo debebuntur ipſa ſtante ſeorſum à
dicto eius viro culpa ipſius viri., ita expreſ-
ſe Guido Papæ in conſil. 127. & in deciſio.
439. num. 6. in quo loco dicit, licitum eſſe
vxori fugere, quando ipſa acriter à mari-
to verberatur, tuncq; dictæ vxori alimen
ta à marito extra eius domum deberi. ſe-
quitur etiam Ioannes Nauiza. in ſilua nup
tiali. colum. 4. circa fi. & tenet Bal. in. l. 1.
9. nu. 9. C. de legat. Culpa autem dicitur ma-
riti, quando ipſe metum in quamlibet cõ
ſtantem mulierem cadentem vxori intu-
lit: aut inferri conſenſit. Et quòd in ipſam
Bertam metus cadere debuerit, ratio eui-
dens eſt, cum ipſa eſſet remota à patria, &
ſuis, exiſteretq; oppreſſa, ſuorum exilio de
ſtituta, & in maximo periculo vitæ: ideo
quod maritus in eius perſonam mortem
10. machinabat. Quem iuſtum fore timorem
conſtat in. l. metus. & quòd ibi notatur. ff.
ex quibus cau. maior. & in. l. fi. §. ſi iuſto.
&. §. ſe. ff. quod met. cau. & l. 1. & l. nec ti-
morem. ff. de bon. eorum quæ ſibi mor.
conſciuer. vide Cuma. in conſil. 175. num.
1. 2. & 3. qui etiam ob eam cauſam, vxori
per maritum alimenta extra eius domum
eſſe præſtanda fatetur. Sæuitia enim viri
prębet vxori iuſtam cauſam ſeparationis;
& denegationis reſtitutionis. cap. litteras.
in fi. de reſtitutio. ſpoliat. facit tex. in capit.
1. quod met. cau. Eſt enim talis metus habi
tu ſemper inſtans, & continuatus: ideo iu-
ſtus. l. nouiſsimè. quòd cum fal. tu. tenet
11. Anchar. in conſil. 408. in prin. Et adeò hãc
partem exiſtimam⁹ eſſe veram, quód pro
dictis alimẽtis debitis vxori ſunt tacitè bo-
na mariti obligata. vt per Bar. in. l. ſi cum
dotem. §. ſin autem in ſęuiſsimo. ff. ſolu.
matri. & Speculato. in titu. de donationib.
inter vir. & vxo. in. §. fi. verſi. Sed nunquid
bona.
12. Quare ſecundum hãc vltimam opinio
nem fuit in Regio criminali concilio con
cluſum die. 19. menſis Octobris. 1583. in fa
cto ſuplicationis oblatæ per nobilem Ma-
riam de Homs vxorem don Honofrij de
homs, quæ tunc erat ſequeſtrata in mona-
ſterio beati Hieronimi præſentis ciuitatis
Barcinone cui pro tunc fuerunt adiudica
tæ quinquaginta libræ ratione victus. Et
quia fuit dictum, cauſam diuortij pendere
coram iudice eccleſiaſtico fuit remiſſa ta-
xatio alimentorum ad dictum eccleſiaſti-
cum iudicem.



## Capit. 21. An ex inſultu, & ſola inuaſione proxima maleficio, cenſeatur pax, & treuga rupta.

1. *PAx non dicitur rupta ſecundum vnam opinionem ex ſolo inſultu, et inuaſione, in qua nõ interuenerunt tactus corporales.*
2. *Pax dicitur rupta ex ſolo inſultu, et inuaſione ſecundum veriorem ſententiam. vide hic rationes.*
3. *Inſultus dicitur in alium ſaltus.*
4. *Metum inferens, dicitur rumpere pacem.*
5. *Pax rumpitur ab inferente iniuriã, ſi ita in inſtrumento pacis conuentum eſt.*
6. *Verbum directè, vel indirectè, quomodo, et quomodolibet, ſemper debent aliquid operari: ne fruſtra ſenſeantur appoſita.*
7. *Pax firmata rumpitur ab eo, qui alium cum quo pacem habet perſequitur taliter, quòd ex eius perſecutione poſſet adteri damnum aliquod inferri.*
8. *Concluſio Regij concilij.*

IOannes Boſch alias Rouis ex vna, & r. Rodoreda partib⁹ ex altera, cum inſtrumento treugarum promiſſerunt, ſe adinuicem ſub certa pœna nõ offendere, nec quòd alter alteri iniuriam inferret. Euenit, quòd ſuadente diabulo [illegible] Ioannes Boſch alias Rouis vna cum [illegible] armatis arcabuſijs manualibus vulgo dictis pedrenyals, inſultauit & inuaſit dictum Rodoreda pacificè in eius domo commorantem,
& exi-

& exiſtentem . Sed non fuit tranſitum ad tactus & offenſiones perſonales, ſeu in perſonam, cum ianuę dictæ domus clauſæ eſſent, tum etiam, quòd quidam ſuperuenientes obuiarunt ne ingrederentur domum ne ve perſonæ tangerentur, fuit propter hoc ſolum dubitatum, an pax & treuga inter dictas partes firmata ſub certa pœna rupta eſſet, & pœna cõmiſſa?

1. Et primo, quòd ex ſolo inſultu & inuaſione non ſit pax rupta probatur ex doctrina Iacobi Marquil. in vſati. Treuga data. colum. ſi. aſſerentis, non dici pacem ruptam vbi non interuenerũt inuaſio corporalis, nec tactus corporales, ſeu reales Barbæ vel criniũ expilatio, ſeu veſtimẽtorũ. & allegat. tex. in. §. ſiquis hominem. et. §. ſiquis aliũ. &. §. ſiquis aliquem ceperit. in feud. de pace tenen. & eius violator. cũ ibi notatis per Bal. quibus iuribus probatur, quòd per tactus reales & offenſiones in perſonam factas rumpitur pax.

Confirmantur prædicta ex his quæ adducit Deci. in conſil. 406. num. 3. tenens, quòd niſi perſona tangatur, & corpus percutiatur, non dicitur offenſio facta in perſonam: quia propriè offenſio in perſonã dicitur fieri, quando perſona tangitur & ipſum corpus percutitur. vt expreſſe dicit Bal. in. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcopis & cleri. vbi poſt Guliel. de Cug. inquit, quòd ſiquis tangit veſtes clerici iniurioſe, dicitur iniuria perſonalis ſed non in perſonam: ex eo, quòd corpus non tangitur. Et idem Bal. in Rubri. ff. ſolu. matri. colum. 1. & probatur in. l. ſed quæſtionis. ff. de iniurijs. vbi expreſſe dicitur, quód iniuria illata veſtibus non dicitur illata corpori: & per conſequens promiſsio facta de no offendendo adinuicẽ ſub pœna, nõ diceretur verificata ex ſolo inſultu ita vt pœna cõmittatur. Nam inſultus tãtum eſſet medium ad offenſionem perſonalem quo caſu, pœna quæ opponitur offendenti perſonam non habet locum in inſultu. Accedat ad hæc Bal. in. l. penul. §. decem. in n. ff. nequis eum. vbi inquit, ſi ſtatuto cauetur, quòd ſi quis violenter ingrediatur eccleſiam puniatur in mille, nunc quidam armata manu iuerunt vſq; ad mediũ iter, vel vltra, ſed non intrauerunt fines eccleſiæ, dicit, illos inchoaſſe delictum, ſed non conſumaſſe: & per conſequens ſtatuti pœnam non incurri.

2. Contraria tamen opinio in caſu noſtro verior eſt, ſcilicet, quòd promiſsio facta de non offendendo ſub pœna, verificata ſit ex ſolo inſultu & inuaſione commiſſa per dictum Ioannem Boſch alias Rouis contra dictum Rodoreda, ita vt pœna

3. committatur. Primo, quia non poteſt negari quin ex inſultu videatur offendi perſona: ideo quòd inſultus dicitur in alium ſaltus. vt notat Barto. in. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. in. l. pœna. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pauper. feciſ. dica. Bal. in cap. 1. §. ſimiliter. quib. mod. feu. amit. Aluar. in capit. 1. §. præterea. quæ fuit prima cau: benefi. amitten. idem Aluaro. in capit. 1. §. ſimiliter. quibus modis feud. amitta. vbi dicit, inſultum dici in. perſonam fieri, quando poſſunt ſe percutere: & quod tali caſu illa dictio imponit pro contra. Cumq; in inſtrumento treugarum conuentum ſit adinuicem de non offendendo perſonas, neq; bona, & inſultus dicatur in aliũ ſaltus atq; in perſonã quando poſſunt ſe percutere, concludendum ſane eſt, ex ſolo inſultu, & inuaſione, pacem ruptam fuiſſe: & ſic pœnam commiſſam.

4. Corroboratur hæc doctrina ex adductis per Angel. in. l. ſi cum exceptione. §. ſatis. ff. quod met. cau. vbi tenet, quòd inferentes metum dicuntur rumpere pacem. Quod ſequitur Hippoly. de Marſil. in ſingul. 337. num. 5. Et cum ex dicto inſultu & inuaſione facta cum armis, & magno clamore cõtra dictum Rodoreda in eius domo exiſtentem, quę ei debebat eſſe tutiſſimum refugium atq; receptaculũ. vt in. l. plerique. ff. de inius vocan. & in. l. cum eo. ad leg. iul. pecula. & inqua vltra pacem conuentam erat conſtitutus ſub pace & treuga domini Regis per iura patrię viſus fuerit dictus Ioãnes Boſhc aliàs Rouis intuliſſe metum offendendi, atq; grauem offenſam cõtra dictum Rodoreda, neceſſario concludendum eſt, ideo, dictam pacem fuiſſe ruptam: & pœnam cõmiſſam.



5. Præterea pro hac ſententia facit, quòd in inſtrumento pacis, & treugarum, inter partes fuit pœna ſtipulata in caſu non ſolum offenſionis corporis & bonorum, verum etiam. & iniuriæ. Sed non eſt qui inficietur, quin per prędictum inſultum non fuerit illata iniuria: cum vtroq; iure ciuili & canonico, in tali caſu eam inferens vtili iniuriam actione teneatur. per. l. item apud Labeonem verſi. Siquis pulſatus. ff. de iniurijs. vbi ſiquis pulſatus quidem nõ eſt, verum manus aduerſus eum leuatę, & ſępe territus eſt quaſi vapulaturus, non tamen percuſsit, vtili iniuriarum actione tenetur. qui tex. eſt canonizatus p c. ſiquis pulſatus. de pœniten. diſtinc 1. Et ſic conſtat, quòd ex dicto ſolo inſultu, & inuaſione, fuerit pax rupta: & pœna in inſtrumẽto treugarum appoſita commiſſa.

6. Coadiuuatur prędicta opinio ex verbis generalib[9] appoſitis in inſtrumẽto pacis, & quę in ſimilibus apponi ſolent, vt ſunt, directe, quomodo, & quomodo liber, quæ verba debent aliquid operari, ne fruſtra cenſeantur appoſita. ſecundum Bal. in rubri. C. de contrahe. emptio. in. q. 9. Nec obſtat ſi dicatur, prædicta verba non compræhendere offenſionem leuem, & modicam, iuxta id quod dicit Pariſ. in cõſil. 165. num 18. volum. 4. quia in noſtro caſu offenſio de qua agitur fuit grauis, & val de proxima maleficio: & ſic compræhendunt dictam grauem offenſam, & iniuriã: vt dicta verba aliquid operentur. vt idem Pari. in conſil. citato.

Deniq; hanc eandem ſententiam ſentit conſtitutio Regis Alfonſi. 2. in curia Montiſſoni. capit. 22. ſub titu. de emprenıment & treues conuẽtionals. diſponens, non licere ei qui ſub pace & treuga cum alijs cõſtitutus eſt, perſequi eum cum quo

7. treugas habet, taliter, quò ex eius perſecutione poſſet alteri parti damnum aliquod inferri: & ſi contrafaceret, ſit ruptor pacis & treugæ. Et ſecundum hanc opinionem per rationes adductas fuit concluſum in Regio criminali cõcilio die. 7. Iunij. 1582. in facto fiſci procuratoris & partis inſtantis contra dictum Ioannem Boſch alias Rouis, contra quem tãquam pacis ruptorẽ ratione dicti inſultus, & inuaſionis, fuit decreta executio pro centum libris, & expenſis, pro pœna appoſita in inſtrumẽto terugarum interdictas partes initarum.

# Cap. 22. inquo hæc

proponitur quæſtio, Quis ſentẽtia exulatus fuit à prouincia, & reperitur, quòd ante condemnationem fuerat recõmendatus pro debitis ciuilibus, quæſtionis eſt, an dicta recõmendatio poſſit & debeat ſuſpendere executionẽ ſẽtẽtię criminalis dicti exilij ſeu bãnimẽti

1. *EXecutio ſententiæ criminalis an debeat modicè differri, quando cõdemnatus reperitur recõmendatus pro debitis ciuilibus, ſeu pro reddẽda ratione adminiſtrationis.*

*Concluſio Regij Concilij.*

2. IMperator Antoni. in. l. 1. C. ãbon. proſ. de ſeruo capitaliter damnato ſic ſtatuit, quòd nedum peculium eius domino auffertur, verum etiã eius ſẽtẽtię executio differtur, donec ab eo, domino accelerã [?]ratio adminiſtrationis reddatur. Per quã l. Doctores hanc noſtram decidere quæ-

1. ſtionem conantur, ex ea deducẽtes, quód quando quis in capite damnatus recõmẽdatur pro pecunia ſeu debitis ciuilibus, vel vt reddat rationẽ alicuius adminiſtrationis, debet executio pœnæ corporalis modica dilatione differri. pro quibus etiã videtur facere tex. in. l. ſeruo legato. §. pen ff. de leg. 1. tenent ita Bar. Fulgoſ. Salyce. & Angel. de Peruſ. in dicta. l. 1. & ſignanter

Bar.in.l 2.§.qui ex hibēdi.ff.decuſt. reor.
Et quamuis prædictæ. ll.in ſeruo con-
demnato loquantur,tamen idem ius ſta-
tuendum eſſe in libero homine Fulgoſ.&
Saly.in dicta.l.1.fatēt.Ergo patet, ꝙ modi
co ſaltē tēpore expectato , poteſt dicta re-
cōmēdatio pro debitis ciuilibus facta im
pedire executionem ſentētiæ criminalis.
An autem hæc in practica obſeruētur?
reſpondet Angel.in dicta.l.1.num.2.ſe
nunquam practicari vidiſſe:idē affirmat
Iul.clar. in prac. cri.q.97.in prin.
His tamen non obſtantibus , in caſu
noſtrę quæſtionis exiſtimarem contrariū
eſſe obſeruandum,hoc eſt, quòd dicta re
cōmendatio poteſt ſuſpendere atq; impe
dire executionē ſententiæ exilij a prouin-
cia; quouſque reus cōdemnatus ſatis fece
rit ſuis creditoribus:attēto maxime quod
dicta pœna non eſt corporis afflictiua. Et
eſt ratio , quia executio dictæ pœnæ ma-
gis reo debitori ſolatium,quàm pœna vi-
deretur,qui in aliam peruentus prouinciā
cum effectu à ſuis creditoribus liberatus
remaneret, propter difficultatem ſeu ve-
rius impoſsibilitatem conueniendi eum:
ex quo fieret, quòd ei incōmodum quo-
dammodo , & creditoribus in damnum,
& quippe quaſi irreparabile dicta execu-
tio cederet. Ad quæ moueor per eandem
l.1.in fi. in ſui ratione.C. de bo. proſ. nam
dicta. l. 1. & omnia alia jura diſponentia,
quòd poſt condemnationem criminalē
non debet executio differri,& quòd credi
toribus detur limitatum ſeu modicum tē
pus,ſunt in odium cōdemnati: vt luat pœ-
nam.vt ibi in verbis. *Vt pœnæ ſuæ reddi poſ-
ſit.* & ideo non debet ſumi nec interpræ-
tari in eius fauorem & commodum. Qua
re cum executio dictæ ſententiæ exilij,vel
velocitas tēporis de qua loquitur ille tex.
dictæ.l.1 cedat in ſolatium, & non in pœ-
nam condemnati , ſumma cum ratione
fatendum eſt , dictam recōmendationē
debere impedire executionem dictæ pœ-
næ : & ſic tempus dictæ executionis non
eſſe abreuiandum : ſed potius differendū
quouſque condemnatus ſoluerit vel cau
tionem de ſoluendo præſtiterit. Et ſecun
dum hanc opinionem, reperij fuiſſe con-
cluſum pro maiori parte votantium in
Regio concilio die.27. Octobris. 1557.in
facto fiſci procuratoris regiæ curiæ con-
tra Velaſcum de Torres qui poſtquam
fuiſſet condemnatus ad exilium extra pro
uinciam fuit repertus recōmendatus pro
ſecuritate judicij ex cauſis mercantilibus
ante dictam condemnationem.

## Cap.23. An quando res violenter furto ſubſtractæ fuerunt, & non apparet de quantitate rerū fura tarū,neq; ea facilè probari poteſt , iura mētum in litem vel veritatis defferen- dum ſit damnum paſſo , tam reſpectu quantitatis, quàm æſtimationis.

1. *Dicto denuntiantis tantam quantitatē ac ta-
les, & tales res , non eſt ſtandum.*
2. *Iuramentum de iure non eſt legitima probatio.*
3. *Iuramento in litem veritatis, res furto ablatæ tā
reſpectu quantitatis , quàm æſtimationis contra
violentem inuaſorem plenè probantur.*
4. *Arbitrio iudicis relinquēda eſt probationū materia*
5. *Iuramentum non eſt legitima probatio niſi in ca-
ſibus, in quibus de iure, vel ex forma ſtatutorū
habetur pro plena probatione.*
6. *Iuramentum veritatis in litem defertur contra
doloſum, vbi aliter veritas ſciri non poteſt*
7. *Iuramentum in litem veritatis pro quātitate ſeu
æſtimatione rei tunc procedit, quando concurrunt
requiſita hic deſcripta.*
8. *Concluſio Regij concilij.*

SOlent iudices, quādo principali
ter latrones ad corporales pœ-
nas cōdemnant, in conſequentiā
quoq; illos cōdemnare ad reſti
tutionem rerum furto ſubſtractarū: liqui
datione reſeruata. Tamē quia ſępe nume
ro contingit , quod nec res neq; pecuniæ
quātitates furto ſubſtractę extant, neq; de
illis aliter probari poteſt, quā per ſolā par
tis offenſę denūtiationē dubiū eſt, quo iu
re, & qua forma faciēda ſit dicta liquidatio
1. Ratio dubij poteſt eſſe, primo, quia dicto
tantum offenſi denunciantis tantam quā-
titatem, ac tales & tales res nō eſt ſtādum,
ideo quód tantum ſufficiens eſt ad inqui-
rendum. vt latè probat Iul. Clar. in practi.
§.fi.q.7.in prin.& in verſi. Habes igitur .&
vide quę latè dixi ſupra deciſio.17.nu.5.6.
2. &.7. Secundo quia neq; eius iuramento
ſtandum eſt: cum ſolum iuramentum de
iure non dicatur legitima probatio. vt per
glo.in.l.cum de indebito. verſi. legitimis.
ff.de probationib⁹, & per glo.in.§.quadru
pli.verbo.duplicātur. inſti.de actionibus.
vbi Iaſ.num.40.
His tamen non obſtantibus in caſu prę
3. dicto , ob difficultatem probationis , &
odium violenti inuaſoris, à iure inuentum
eſt remedium iuramenti in litem verita-
tis, per quòd iuramentum cum à iudice de
latum eſt damnum paſſo , res vi furto ſub-
ſtractę, amiſſę, & vſurpatę, tā reſpectu quā
titatis, quàm ęſtimationis plene probātur
vt eſt tex.expręſſus in.l.ſi quando.C. vnde
vi.& concordat tex.in cap.fi. de his quę vi
met.ve cā. fiūt. Quæ intellige dummodo
duo copulatiuè, præcedant. Vnū quòd ſit
probata violentia , & aliud ꝙ adſit difficul
tas probationis: quia ad hoc vt res amiſſæ,
earum æſtimatio, quantitas earum, intereſ
ſe , ac damna, iuramento actoris probari
poſſint contra violentum inuaſorem hæc
duo requiruntur, vt delictum ſit cum vio-
lentia, & quod probatio rerum ablatarum
ſeu ęſtimationis illarum ſit difficilis. vt eſt
glo.in.l.ſi quādo.in verbo. manifeſtet. C.
vnde vi.cum concordantijs ibidem allega
tis. & probatur in tex. ibi. *Si non potuerit qui
vim ſuſtinuit quæ perdidit ſingula comprobare.*
Quem paſſum intellige quod ſit in arbi-
4. trio iudicis an veritas poſſit aliter proba
ri vel ne , inſpecta qualitate perſonarum,
negocij, temporis, & loci: quia cum mate
ria probationum ſit arbitraria & conſiſtat
in arbitrio iudicis.l. 3.ff. de teſtibus. ibi.
Tu magis ſcire poteſ.& in.l.1. ff.de iure de
liber.cum notatis in.l. Lucius. vbi Bar. &
Docto. ff. de his qui notan. infam. iudex
inſpectis dictis qualitatibus poterit arbi-
trari, an dictum iuramentum ſit defferen-



dum vel ne. vt in dicta.l. ſi quando. Et iu-
dex ex officio poteſt in hoc ſe informare
à ſe ipſo. Soci.in.conſil.36. vol.1.
5. Et non obſtat quód ſupra dixi iuramē-
tum non eſſe legitimā probationem, hoc
enim verum eſſe fatemur, niſi in caſibus in
quibus de iure vel ex forma ſtatutorum
habetur pro plena probatione: quia in illis
caſibus appellatione probationis venit iu-
ramentum vt in dicta.l.ſi quādo.& in cap.
6. fi. extra.quod metus cau. Et ſic concludo,
quod iſtud iuramentum defertur contra
doloſum, vbi veritas aliter haberi non po-
teſt: & ſic propter difficultatem probatio-
nis & odium delinquentis.vide Rippam
in. l. admonendi. num. 68. verſi. opponi-
tur.ff.de iure iuran.& Doctor.in.l.in actio
nibus.ff.de in litem iurari.
7. Quam quidem rem de iure intelligas
ita procedere , vt iuretur ſecundum taxa-
tionem à iudice prius pro perſonarū atq;
negocij qualitate factam: ne eſſet in facul-
tate damnum paſsi iurare maria & mon-
tes. Immo iudex debet diligenter inſpice-
re , an talis perſona diues ſit, & an eo loco
ſit veriſsimile quòd tot res tenuerit & ſic
procedent ad faciēdam taxationem iuxta
quam & non vltra licitum erit actori iura-
re. vt expręſſe.in dicta.l.ſi quādo.& ibi glo.
in verbo. qualitate.
Ex qua theorica, hanc debes elicere pra
cticam, vt Primo violentia probetur. Se-
cundo quòd taxatio fiat à iudice ſuper dā-
nis & intereſſe. Tertio quòd iuretur ſecun
dum formam taxatam. Quartò quòd ſe-
8. quatur condemnatio. Et ita fuit conclu-
ſum & obſeruatum , in Regio criminali
concilio die.13.Octobris.1581.in cauſa cri-
minali quàm fiſci procurator Regiæ curię
& Matheus Arquer, & Mario Molica par-
tes inſtantes ad me i relationem ducebant
contra Ioannē Torralba de na Roia, Ioan-
nem Pages dictum lo Raioler, & Raymū-
dum Peire delatos & inculpatos de latro-
cinio per eos commiſſo cum armis in via
Regia quæ vulgo dicitur lo torrent Guar-
nal , contra dictos Arquer, & Mario Moli-
ca, à quibus violenter , & furto ſubſtraxe-

runt diuerſas res, raupas, & pecunias, pro quo latrocinio fuerunt ad mortem condemnati: & ad reſtitutionem rerum furto ſubſtractarum, liquidatione reſeruata.

## Cap. 24. In quo de ſacrilegio, furtim commiſſo, de eiuſq; ſpeciebus, atq; de furum ſacrilegorum pœna diſputatio inſtituitur.

1. *SAcrilegij crimē maius, ac grauius furto eſt:*
2. *Sacrilegium nihil aliud eſt, quam ſacræ rei violatio.*
3. *Sacrum dicitur aliquid ex eo, quòd ad diuinū cultum ordinatur.*
4. *Sacrilegium tanto grauius eſt, quanto res ſacra in qua quis peccat maiorem obtinet ſanctitatem.*
5. *Sacrilegij ſpecies tres ſunt.*
6. *Sacrilegium quod committitur contra perſonam, grauius eſt ſacrilegio, quòd contra locum committitur. Et eſt prima ſacrilegij ſpecies.*
7. *Sacrilegium committitur, quando loco ſacro fit iniuria. Vt cum aliquid furto ſubſtrahitur, ſiue ſacrum ſit, ſiue non ſacrum: vel alijs modis iniuria inferatur. Vt hic.*
8. *Sacrilegium committitur, quando rebus ſacris fit iniuria. Quod quidem ſacrilegium committitur altero de tribus modis. Nempe, quando ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro aufertur. ſeu furto tollitur.*
9. *Sacrilegium quod committitur, quando ſacrum de ſacro aufertur, grauius eſt ſacrilegio, quando ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro aufertur. Quod quidem ſecundum diuerſitatem rerum ſacrarum diuerſos habet gradus.*
10. *Sacrilegium quod contra Euchariſtiæ ſacramentum committitur, grauiſſimum eſt inter omnia.*
11. *Sacrilegium committitur, quando iniuria infertur vaſis conſecratis ad ſacramētorū ſuſceptionē.*
12. *Vaſa conſecrata dicuntur illa, quæ ſecundū eccleſiaſticum morem ſacro oleo inunguntur.*
13. *Sacræ res dicitur illæ, quæ ad ſacrorum vſum potiſſimum dedicatæ ſunt: vt ſunt Ciboria, phialæ, capſulæ, et ſimilia.*
14. *Sacrilegium quod committitur, quando ſacrum de ſacro aufertur, de iure ciuili dicitur proprium ac verum ſacrilegium.*
15. *Pœna ſacrilegi ſuffurantis rem ſacram e loco ſacro, ſecundū aliquorum opinionem arbitraria eſt.*
16. *Pœna ſacrilegij, quando ſacrum de ſacro furto tollitur, eſt pœna mortis naturalis.*
17. *Iudex cui conceditur, quòd arbitrariè puniat, non poteſt extendere arbitrium ſuum ad pœnam mortis naturalis.*
18. *Intellectus ad. l. ſacrilegi capite. ff. ad leg. Iul. pecula.*
19. *Sacrilegij pœna, quando ſacrum de loco priuatè ſacro ſurripitur, non eſt pœna mortis naturalis: ſed tales delinquentes puniuntur pluſquàm fures ſed minus quàm veri ſacrilegi.*
20. *Iudex pœnam ordinariam, ex cauſa poteſt augere, vel minuere; licet inferēda ſententia perpetuo ſequi debeat pœnas ordinarias: et in legibus conſtitutas.*
21. *In ſacrilegij crimine quinque ſunt cōſideranda ad augendā, vel minuendā pœnam ordinariam.*
22. *Pœna ordinaria ſacrilegij, quando ſacrum quod modicum eſt inter diu de ſacro aufertur eſt in humilioribus pœna metalli: in altioribus vero eſt in inſulam deportatio: quam etiam pœnam poterit iudex ex cauſa augere, et minuere.*
23. *Concluſio Regij concilij.*
24. *Modicum quid, quando dicatur.*
25. *Sacrilegi ſurripientes rem ſacram e loco non ſacro, extra ordinem puniendi ſunt.*
26. *Sacrilegi ſurripientes rem non ſacram e loco ſacro, de iure ciuili, vt fures puniendi ſunt.*

1. CVm ſacrilegij crimen maius, ac grauius furto ſit, vt in. l. ſacrilegij poſt prin. & in. l. aut facta. §. locus. ff. de pen. tenent Boer. deciſ. 254. nu. 8. Iodoc. in practi. cri. cap. 111. num. 8. Boſſ. in titu. de ſacrilegijs. nu. 4. & proinde pœna quæ in furto per. l. municipalē ſtatuitur, habeat multo magis locū in ſacrilegio: quia ꝙ pluris eſt vtique tanti eſt. l. cum furti. ff. de inliterem iuran. tenet Bal. in. l. ſi nondum. verſi. Sed nunquid ſacrilegiū. C. de fur. ideo, in hac queſtione potiſsimū de ſacrilegio, ac đ eius criminis punitione ratio habebitur.

2. Et imprimis ſcire debes, quòd ſacrilegiū

nihil



nihil aliud eſt quam ſacræ rei violatio ita
atteſtantur Sanct. Tho. 2. 2. q. 99. arti. 1. &
Ioan. Viguerius. in inſtitutio. Theologi.
cap. 5. §. 6. verſi. 8. de ſacrilegio. Et accipitur
violatio largè pro quacunq; irreuerentia,
etiam ſi nihil noceat ei cui irreuerentiā exhibet;
quia quātum eſt in ſe rem ſacrā vio-
3. lat: quamuis ipſa non violetur. Nam ſacrū
dicitur aliquid ex eo, quod ad diuinū cul-
tum ordinatur: quod ideo, diuinum adeò
efficitur: vt ei quędam reuerētia debetur:
quę refertur in Deum. Quo fit, vt illud di-
catur ſacrilegium, quod ad irreuerentiam
rerum ſacrarum ad diuinum cultum ordi-
natarum committitur. ita ſanct. Tho. in di-
cta. q. arti. 3. vbi aſſerit, peccatum ſacrilegij
in hoc conſiſtere, quod aliquis irreueren-
4. ter ſe habet ad rem ſacram. Et quia tāto ſa-
crilegium grauius eſt, quanto res ſacra in
qua quis peccat maiorē obtinet ſanctita-
tem: ideo hoc in loco explicare debemus,
quod ſicut ſanctitas attribuitur tribus ſci-
licet, perſonis ſacris, id eſt diuino cultui de-
dicatis, & locis ſacris, rebuſq; quibuſdam
5. alijs ſacris: ita etiam tres eſſe ſacrilegij ſpe-
cies: vt ſic diſtinguere, ac dicernere valea-
mus, quod ſacrilegium grauius videatur.
6. Prima ſpecies eſt, quando fit iniuria perſo-
nę, vt ſi clericus, aut religioſus, ſiue monia-
lis, inhonoretur, percutiatur, vel cōtra vo-
tum caſtitatis, paupertatis, vel obedientiæ
in eam agatur: vel ſi ipſa agat, ſacrilegiū cō-
mittit. c. ſiquis ſuadēte diabulo. 17. q. 4. &.
c. impudicas. 17. q. 1. Quod ſacrilegiū gra-
uius eſt ſacrilegio quod contra locum cō-
mittitur. l. ſancim⁹. C. de ſacroſanct. eccle.
in fi. & arg. tex. in. l. in ſeruorū. ff. de pœnis
& tenet ſanct. Tom. in dicta. q. dicto arti. 3.
& idem Ioannes Viguerius. in. loco ſupra
citato. & Nico. Boer. in dicta deciſio. 254.
num. 14. circa medium: quia ſanctitas loci
ordinatur. ad ſanctitatē hominis qui in lo-
co ſacro cultū Deo exhibet. vt. 40. diſtinc.
per totū. & vt dicitur ſecūdi Machabeor.
5. ibi in verſi. Verū. quòd nō propter locū
gentem, ſed propter gentem Dominus lo-
cum elegit. Quo fit, vt quāto perſona ſan-
ctior eſt, tanto delictum efficitur grauius.
l, ſi quis in hoc genus ſacrilegii. C. de epiſ-
co. & cleri. Quę. l. canonizata eſt. vt in. c. in
prin. is. §. ſiquis in hoc. 2. q. 1. vbi glo. in ver-
bo. criminis. cōparat hoc crimē crimini. le-
ſæ mageſtatis. quæ allegat bonū tex. in. c. ſi
quis ſuadēte. §. qui autē đ eccleſia. 17. q. 4.
7. Secunda ſpecies ſacrilegij eſt, quādo lo-
co ſacro fit iniuria, vt cum aliquid furto, ra-
pina, vel alias indebite ſubſtrahitur ſiue ſa-
crum fuerit ſiue non ſacrum, vel vi ſeu vio-
lentia à loco immunitatis extrahatur. c.
frater. 17. q. 4. aut ſemine, vel ſanguine hu-
mano volūtario polluatur, vel ſi excomu-
nicatus in eo ſepelliatur, aut aliquis occida-
tur. in quibus neceſſaria eſt recōſiliatio. de
quibus vide tex. in cap. propoſuiſti. & cap.
conſuluiſti. & totā rubri. ex. de cōſecratiō.
eccleſiæ.
8. Tertia & finalis ſpecies ſacrilegij eſt, quā-
do rebus ſacris fit iniuria. Circa quas, iuſta
ſacrorum canonum atq; multorū ſcriben-
tium ſententiam, ſacrilegium cōmittitur
altero de tribus modis, nempè, quando ſa-
crum de ſacro, vel ſacrū de non ſacro, vel
nō ſacrū de ſacro aufertur: ſeu furto tolli-
tur. c. ſi quis contumax. ibi. in verſi. Sacrile-
gium. & c. quiſquis. ibi in verſi. Similiter.
17. q. 4. & eſt glo. in. c. ſacrilegium. cā. cau.
&. q. & in. l. ſacrilegij pœnam. & l. ſacrilegi
capite. & ibi glo. in verbo. compilauerint
& in. l. Diui. & ibi glo. ff. ad leg. Iul pecula.
Hæc autem triplicia ſacrilegia, non æque
9. enormia ſunt: quia grauius eſt ſacrilegium
quando ſacrum de ſacro aufertur, ſeu fur-
to ſubſtrahitur. Quod quidem ſecundum
diuerſitatem rerum ſacrarum, diuerſos ha-
bet gradus. Inter quas, ſummū gradū obti-
nēt ſacramēta; quibus homo ſantificatur;
quorum pręcipuum Euchariſtiæ ſacramē-
10. tum: quod cōtinet ipſum Chriſtū. Et ideo
ſacrilegium, quod contra hoc ſacramentū
cōmittitur, grauiſsimum eſt inter omnia.
vt probat in cap. 1. đ cuſto. Euchar. chriſ. &
alior. ſacra. ibi. *Ne poſsit ad illa temeraria manus extēdi ad aliqua horribilia, vel nepharia exercenda* & in. c. nihil. de cōſecratio. diſtinc. 2.
11. Poſt ſacramenta autē, ſecūdum locum te-
nent vaſa conſecrata ad ſacramentorū ſuſ-

ceptionem: & ipſæ imagines ſacræ, & reli
quię ſanctorũ, in quibus quodãmodo per
ſonæ ſanctorum venerantur & de honorã
12. tur. vt inquit Tho. dicta, q. 99. arti. 3. Vaſa
autem intelligo conſecrata illa, quæ ſacro
oleo ſecundum eccleſiaſticum morẽ inũ
gũtur: de quibus exẽplum eſt in ara altaris,
in calice, in patina, & in alijs rebus quę inũ
guntur adminiſtrationẽ corporis Chriſti:
vt eis maior reuerentia exhibeatur, non ſo
lum ex mãdato legis diuinę, verum etiam
exemplo beati Silueſtri; qui cum conſecra
bat altare, illud chriſmate perungebat. Præ
cepit enim dñs Moſi, vt faceret oleũ vnctio
nis, đ quo vngeret tabernaculum teſtimo
nij, & arcam teſtamẽti, menſamq; cum va-
ſis. de quibus vide late. in cap. vnico. ex. de
ſacra vnctio. Et hęc ſunt ſacræ res, quæ per
põtifices, ſeu epiſcopos ritè Deo cõſecrã-
tur. de quibus meo iudicio poteſt intelligi
13. tex. in. §. ſacrę res. inſti. de rerũ diuiſio. Sũt
& tertio aliæ res, quę etſi per Põtifices ſeu
epiſcopos ſacra vnctione conſecratæ non
ſint, ſunt tamen ad ſacrorum vſum potiſſi
mum dedicatę, vt ſeruiant ſacerdotibus ſa
crificia Deo offerentibus, vel diuina offi-
cia miniſtrantibus, vel ad apparatũ ſeu or-
namentum templi, vel altaris, vt ſunt cibo
ria, phialæ, capſulæ, feretra, libri, ornamen-
ta, mappę, linteamina altariũ, cortina, ce-
ra, gazophilaciũ, aut arcula in quam ſacræ
eleemoſynæ conijciuntur: quæ res quoq;
ſacrę dicuntur: ideo quòd ad miniſterium
diuini cultus dedicatę ſunt. Ex quibus in-
telligas, quòd quando aliquid ex prædictis
rebus ab eccleſijs ſubtrahitur, tũc dicimus,
ſacrũ de ſacro tolli, & ſubſtrahi: quamuis
inter dictas res maxima in ſanctitate ſit dif
ferentia. vt ſupra per gradus explicuimus.
14. Et hoc ſacrilegium de iure ciuili verum
ac proprium ſacrilegiũ eſſe notatur. in di-
cta. l. ſacrilegij pænam. & in. l. ſacrilegi capi
te. vbi glo. & in. l. diui. ff. ad leg. iul. pecul.
vbi Din. Bar, & Alber. de Roſ. idẽ fatentur.
& concordant Bal. in. l. ſi nõdum. nu. 4. C.
de fur. vbi dicit, de iure ciuili duo requiri
ad hoc quòd ſacrilegiũ dicatur verum ſa-
crilegium, quòd res ſit ſacra, & quòd aufe-
rãt à loco ſacro. Iodo. in cap. 111. nu. 3. Me-
noch. de arbi. iudi. caſu. 389. nu. 2. & plures
alij ſcribentes in materia quos longum eſ-
ſet referre.
15. Pœnã autẽ illorũ, qui rem ſacrã e loco ſa-
cro ſuffurantur quamuis plures atteſtetur
arbitrariam eſſe per. l. lege iulia. in. §. mãda
tis. ff. ad leg. iul. pecula. vbi Martiã. expreſſe
diſponit, ſacrilegos extra ordinem punien
dos eſſe. & per. l. ſacrilegij pœnam. eõ. ti. id
inferentes ex illis verbis, quibus habetur
pro conſulẽ pro qualitate perſonæ, proq;
rei conditione, & tẽporis, & ętatis, & ſexus,
vel ſeuerius, vel clemẽtius ſtatuere. Et ſunt
in hac opinione. Bar. in. l. ſacrilegi capite.
ff. ad leg. iul. pecula. & Menoch. đ arbitrar.
iud. in caſu. 389. nu. 4. & Iul. Clar. in. §. ſacri
legium. verſi. Sed quęro. & glo. in. l. ſacrile-
gij pœnam in verbo. & ætatis. ff. ad leg. iul.
pecula. & plures alij quorũ relatio faſtidio
16. ſa eſſet. Ipſe vero, omiſſis tot ſcribentium
diſputationibus quibus hac in re adinuicẽ
ſe confundunt dico, pœnã ſacrilegij quan
do ſacrũ de ſacro tollitur regulariter eſſe
mortis naturalis: idq; probo duobus pręci
puè argumentis. Primo, nã tex. in. l. ſacrile-
gij pœnam, in verſ. Ceterũ: expreſſe diſpo-
nit, coercẽdũ eſſe pœna metalli cũ, qui in-
terdiu modicũ aliquid ex templo tulit. Er-
go ex eodẽ tex. infertur, ſumpto argumen
to à minori ad maius, quòd quãdo ex tem
plo aliquid ꝙ ſit magni valoris furto ſub-
ſtrahatur, pænã mortis naturalis eſſe dãdã:
cum vltra pœnã metalli nõ ſit alia quã ip-
ſa pœna mortis naturalis. Pręterea & ſecũ
do, ſi in hoc caſu pœna eſſet arbitraria ſe-
queretur, quòd pro ſacrilegio quantũcũq;
graui iudices non poſſent extendere arbi-
17. triũ ad mortẽ naturalẽ. Nã in criminibus,
in quibus pæna arbitraria irrogatur, iudex
non poteſt ſuum arbitriũ extendere ad pæ
nam mortis naturalis. ita tenet Bal. in. l. etſi
poſt tres. in prima lectura. col. 7. verſi. Itẽ
facit ad aliã. ff. ſi quis cautionib. vbi dicit,
quòd ſi poteſtas vigore ſtatuti poteſt puni
re ad pœnã mille vel ad aliã prout ſuo arbi
trio videbitur, non poteſt imponere pænã
decapitationis. Idem tenet Cardi. in cap.





de cauſis. đ officio deleg. & Ludo. Roma.
in rubri. ff. đ arbitr. verſi. Itẽ an ſtatutum. &
Bal. in cap. 1. in prin. col. 5. de pace tenẽ. vbi
dicit, quod iudex vigore arbitrij nõ poteſt
imponere pænã publicationis bonorũ: er
go minime pœnã mortis quæ eſt maior.
Hãc etiã opinionem tenent Alex. in cõſil.
5. col. fi. vol. 1. & Cardinal. in cap. ex litte-
ris. de conſtitutionib. Et pro hac opinione
ponderatur tex. in. l. 1. ff. de fur. baln. vbi ca
uetur, fures nocturnos extra ordinem pu-
niendos eſſe: eorumq; pœnam non debe-
re excedere opus publicum temporariũ:
& ideo arbitriũ non poteſt extẽdi ad mor
tem naturalẽ; quæ pœna maior eſt pœna
operis publici temporarij. Eãdem opinio
nem tenet etiam Bal. in. l. quicunq; C. de
ſeruis fugi. vbi dicit, iudicem in arbitrarijs
debere eligere minorem pœnam: ratio
eſt, quia pęnæ potius moliẽdę ſunt quã ex
aſperãdę. l. interpretatione. ff. de pœnis. At
pro ſacrilegio iuxta eius enormitatẽ ſolet
dari pœna mortis naturalis. vt probatur in
dicta. l. ſacrilegij pænã, ꝑ exẽpla ibi propro
poſita & vt infra latius dicem9. Ergo ſequi
tur, pænã ſacrilegij in hoc caſu, quãdo ſa-
crũ đ ſacro aufertur, nõ eſſe arbitrariã: ſed
ordinariã mortis naturalis. Hãc opinionẽ
tenẽt Iodo. in practi. cap. 111. num. 5. 6. & 7.
Nicola. Boer. in deciſio: 254. num. 15. vbi re
fert, quoſdam fuiſſe ad mortẽ cõdẽnatos
qui vas ſeu cuſtodiã in qua corp9 Chriſti ſã
ctiſſimũ reponebatur cuſtodiẽdũ accepe-
rant: Ieſu Chriſto in ea exiſtẽte. Cõfirmat
idem Boſ. in titu. de ſacrilegijs. num. 4. vbi
cõmemorat de quodã fure, qui calicibus
& alijs ornamentis quaſdam eccleſias ſpo
liauerat, & dicit, fuiſſe ſuꝑ furcis altiſſimis
laqueo cũ tota caterua furum ſuſpenſum.
Probatur idem ex eo, quòd refert Foller. in
practi. crimi. fol. 389. nu. 47. & poſt eũ Iul.
Clar. in. §. ſacrilegiũ. verſ. Sed quęro, quòd
Neapoli fuit ſuſpẽſus quidã Salernitanus
qui furto ſubtraxerat quãdã crucẽ ex eccle
ſia ſancti Florentij. Tandẽ confirmat hanc
opinionẽ Grego. in ſyntag. iur. vniuer. lib.
33. cap. 15. nu. 3. dicens, ſe ſemꝑ fuiſſe in opi
nione ſacrilegos qui impia & deteſtanda
manu ſacrã euchariſtiã cõtrectauerũt, vel
ſacrariũ, ſeu arculam qua cõtineretur tol-
lerent, igne viuos comburendos. ob ſacri-
legium & impietatem.
18. Et prędicta intellige, de iure ciuili proce
dere; quando ſacrũ de ſacro, hoc eſt, publi
cè ſacro ſurripitur: vt eſt tex. in. l. ſacrilegi
capite. ff. ad leg. iuli. pecul. qui tex. quãuis
de pęna capitali mentionẽ faciat, ipſaq; ca
pitalis pœna multiplex ſit, atq; in dubijs
mitior interpretanda. vt in. l. in dubijs &. l.
in obſcuris. ff. de reg. iur. tamẽ in loco illo
intelligenda eſt in ſuo potiori ſignificatu
hoc eſt đ morte naturali: quia qualitas deli
cti, illud ſuadet, & poſtulat. vt ꝑ ſupradicta
19. latius oſtẽſum eſt. Secus vero eſſet, quãdo
ſacrũ e loco ſacro priuatè ſacro ſurriperetur,
hoc eſt, ex oratorio ꝙ quis domo ha-
bet, vel ex oratorio hoſpitalis priuati, quæ
loca priuatè ſacra dicuntur. cap. ad hæc. de
religio. domib. clemen. quia contingit. eõ.
ti. quia cõtra hunc ſacrilegũ pæna non eſt
mortis naturalis, ſed puniẽdi ſunt pluſquã
fures: & minus quã veri ſacrilegi. vt expreſ
ſe habet, in dicta. l. ſacrilegi capite. vbi glo.
Secãdo prædicta intellige vera eſſe, quãdo
ſacrum de ſacro verè publicè ſacro eſt ma
gni valoris, vel vltra illud ꝙ modicũ eſt: nã
in re modica in hac eadẽ ſpecie, quãdo ſa-
crũ de ſacro tollitur, alia eſt faciẽda cõclu
ſio, cũ alia pæna ordinaria per. l. ſtatuta ſit:
de qua infra latius dicam.
20. Scias tamẽ, quod in huiuſmodi caſu, quã
do ſacrũ quod eſt magni valoris, vel vltra
illud quod dicitur modicũ de ſacro tollit,
vel furto ſubſtrahit, iudex poterit ex cauſa
pænã ordinariã vel augere, vel minuere. Li
cet enim iudex in ferẽda ſentẽtia perpetuo
ſequi debeat pænas ordinarias, & in legib9
cõſtitutas, vt eſt tex. in. l. 1. in verſi. Nam vt
Papi. reſpõ. ff. ad ſenat. cõſul. Turpili. tamẽ
cũ euidẽti maximaq; ratione, & cauſa cog
nita, poterit ſuo arbitratu dictas pęnas au-
21. gere, minuere, variare, inflectere, aut infrin
gere: & præcipue in hoc crimine ſacrilegij,
in quo lex ſtatuit, quinque eſſe cõſiderãda
ad augẽdã vel minuendã dictam pœnam
ordinariã. Videlicet qualitas perſone, rei

Cõditio Tẽpus, Ætas, & Sexus. ꝗ quibus vi
de expreſſe in.l.ſacrilegij pænam.ff.ad leg.
Iul.pecula. Primo qualitas perſonæ conſi
derãda eſt, hoc intellige, tã ex parte cõmit
tẽtis ſacrilegiũ: quã ex parte eius perſonæ
in quã cõmittitur. Ex parte cõmittẽtis cõſi
derandũ eſt, an illa perſona honeſta ſit, ſo-
litaq; delinquere, & an liber, vel ſeruus, ple
beius, vel miles.l.in ſeruorũ.§.1.ff.de pæn.
Ex parte vero perſonę cõtra quã cõmitti-
tur inſpiciẽdũ eſt, quæ ſit ſanctitas eiꝰ: quia
tanto grauius eſt delictũ quãto ſanctior eſt
ꝑſona. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. C.
de epiſco. & cleri.cap.felicis. de pænis. lib.
6. Secundo rei cõditio attendẽda eſt, nam
ſacrilegiũ quod circa res committitur, ma
ius vel minus exiſtimatur ſecũdũ gradum
ſanctitatis rei: Sacramenta enim ſũmũ gra
dũ obtinent, & precipue ſacramẽtũ Eucha
riſtiæ: vt ſupra diximus. Et ideo, cum quis
temerariè ad hoc ſacramentũ manũ extẽn
dit ad aliqua horribilia vel nepharia exer-
cenda, nõ ſolũ mortẽ naturalẽ ſimpliciter
meretur, quę vt diximus, pæna eſt ordina-
ria delicti: verũ etiã ex iſta tã graui cauſa po
terit iudex horribile genus mortis arbitra-
ri. Vt ſcilicet delinquentes viui trucidãtur,
aut cõburẽtur, vel alia acerbiſsima morte:
(vt alijs ſint exemplũ) dies ſuos claudãt. vt
probatur in.l.ſacrilegij pænã. per exempla
ibi propoſita.ff.ad.l.iul.pecula. Tertio etiã
ratio tẽporis habenda eſt tã ad augendam
quàm minuendã pœnã ordinariã, vt puta
cũ quidã manu facta tẽpla effrangũt, & do
na Dei noctu tollũt: quia tunc tales ad be-
ſtias dãnãtur. vt in dicta. l. ſacrilegij pœnã,
præterea ſi eſt tẽpus quadrageſsimæ, vel a-
liud ꝙ aggrauet delictũ. Itẽ ſi eſt diu quòd
delictũ ſit cõmiſsũ: quia propter antiqui-
tatẽ tẽporis delicti pæna aggrauatur vel mi
nuitur. ſecũdũ diſtinctionẽ Bar.in. l. ſi diu
turno.ff.de pœnis.& ꝑ Abba.cicul.in cap.
fi.de conſuetudi. Quarto conſiderãda eſt
quoq; ętas: quia cũ minoribus mitius agi-
tur.l.auxiliũ.§.in delictis.& in.l.ſi ex cauſa.
§.nunc.videndum.ff.de minorib.cum no
ta.in.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. ꝗ his
qui not.in fa.&.l.ſi ſeuerior. eod. titu. Et
in hoc propoſito refert Boer. in dicta deci
ſio.254. nu. 20. quòd duo iuuenes die io-
uis ſancta, patenam & calicem in quo fue-
rat ad adorãdũ ſacroſanctũ Chriſti corpus
de more & ritu eccleſiæ repoſitũ, hoc ibi
ſuper altare dimiſſum ceperũt, & quòd cu
ria eoſdẽ mitius agẽdo ratione ętatis, licet
tali die hoc cõmiſsiſſent, condẽnauit, eſſe
duobus ſabbatinis diebus per quadriuia &
loca publica parrochię in qua prædictũ ſa
crilegiũ cõmiſſerant fuſtigandos, & quoli
bet die dominico proximo in camiſia nu-
dos, cũ face ſeu reda (cũ ibi magna celebra
retur miſſa) reſtim ſeu cordã in collo geſtã
tes, alta & clamoſa voce tempore eleuaſio
nis corporis Chriſti benedicti veniã & mi-
ſericordiã ei petẽdum, ac calicẽ fractũ vna
argenti marca ei addita refici faciendum,
eoſdẽq; iuxta cap.fi.de fur. perpetuo bãni
ri ab illa ſeneſcalia baſatenſi. Item ętas con
ſideranda eſt, pro ſenioribus: quia quãuis
cũ minoribus miſſeratione ætatis mitius
agatur tamẽ grauius quàm ſenes puniendi
ſunt.l.2.ff.de termi.amo. ibi ſi iunior in lõ
gius, ſi ſenior in reſciſius. & ibi Alber. de
Roſat.facit tex.in.l.ſen.p.ff. de iure immu
ni. quę lex in ſenectutis fauorẽ condita eſt.
Quinto ſexꝰ ratio quoq; habẽt: ideo quòd
mulier mitius quã vir punitur. l. quiſqnis.
§.ad filias.C.ad leg.Iul.mageſta.et Oldrad.
in conſil.291.ante fi.
22. Et quãuis ex ſupradictis intelligamus pę
nã ordinariã ſacrilegij in caſu in quo ſacrũ
ꝗ ſacro furto tollitur eſſe mortis naturalis,
eãq; ex cauſis cõmemoratis poſſet & auge
ri, & minui, non ideo cõcluſionẽ hãc ꝓce
dere exiſtimemꝰ, quãdo quis interdiu mo-
dicũ aliquid ex tẽplo auferret: nã is in caſu
hoc, ſi humilioris eſt conditionis, pęna me
talli coercẽdus eſt: vbi vero honeſtiore lo-
co natus eſſet in inſulã deportãdus. ita pro
bãt in dicta.l.ſacrilegij pænã.verſi.Ceterũ.
ff.ad.leg.iul. pecula. quę lex in dicto caſu,
qñ interdiu modicũ aliquid ex tẽplo tollit
pęnã ſtatuit ordinariã, poſt quã ibi certã &
ſpecialẽ determinat. videlicet metalli, & in
23. altioribꝰ, deportationis in inſulã. Quã etiã
pœnã ex cauſa poterit iudex augere, & mi
nuere



nuere, per rationẽ ſupradictã. prout ita ob
ſeruauit Regiũ cõciliũ die.7. Martij.1584.
in facto fiſci procuratoris Regiæ curiæ cõ
tra Bernardũ Sãmpſo minorem ciuitatis
Minoriſæ delatũ, & inculpatũ, quòd ab al-
taribus capellarũ tẽpli eiuſdẽ ciuitatis ſex
mappas modici valoris interdiu furto ſub
traxerat, qui omiſſa pęna metalli vel alteriꝰ
in eius locũ ſubrogatę quæ eſt triremiũ pę
na imꝑpetuũ, fuit in dicto Regio cõcilio
cõdẽnatus, attẽta eius minori ætate, quod
fuſtigeretur palã & publicè ꝑ loca ſolita ci
uitatis: & ad ſeruitiũ Regiarũ triremiũ ad
quinquẽniũ. Ex qua.l.notat Accurſ.in ver
bo.pæna metalli: pro re modica magnã pæ
nã dari. At hoc in loco opportunè quæri-
24. tur, quando quid modicũ accipiendũ eſt,
vt ſic intelligamus, in quibus caſibus dicta
pæna metalli in humilioribꝰ, & deportatio
nis in inſulam in altioribus applicanda ſit.
Et quidem, modicum in iure multis mo-
dis ſumitur. Primo dicitur modica ſũma
vſq; ad duos aureos. vt probatur in.l. ſi.
oleũ.§. fi. cũ.l.ſequẽ.ff. de dolo. Quãdoq;
dicitur modica ſumma vſq; ad.10. aureos.
vt in glo.in.c.anteriorũ.in verbo.ad decẽ.
& in verbo auri. 2.q.6.& in.l.3. §. quãuis.
ff.ſi cui pluſquã per leg. fal. Quãdoq; vſq;
ad.20.marchas.cap.ex malitia.ex.de appel
lationibus.facit etiã tex.in.c.terrulas.12.q.
2.vbi modica & exigua quantitas dicitur
illa, quæ non excedit. 20. Quãdoq; vſq; ad
quinquaginta. l. 1. C. de defenſorib. ciui.
Quandoq; ex qualitate perſonarũ & loco
rum & dignitate.l.ſed etſi ſuſceperit.§.1.ff.
de iudi. & ibi glo. Sed exiſtimo verius eſſe
hoc iudicis arbitrio relinquẽdũ eſſe. vt pro
batur in.l.legitimos. ff.de legiti.tutorib.&
in.l.1.§.fi.ff.de iure deliberã. probatur etiã
per tex.in. l. hactenus. ff.de vſufructu. vbi
modica impẽſa dicitur iudicis arbitrio. Et
hęc dicta ſit quãtũ attinet ad ſacrũ ꝗ ſacro.
25. Eſt et alius caſus, cũ quis rẽ ſacrã e loco
nõ ſacro ſurripuit, vt puta, cũ calices & pa
tinæ atq; aliæ res ſacræ ducũtur ad domos
rectorũ, vel parrochianorũ, vt ibi cuſto-
diãtur, vel alias, & ab eiſdẽ locis ſuffurentur,
in quo caſu, vt iura cõcordemus exiſtimo,
intelligendã eſſe.l. lege iulia. ff. ad leg.Iul.
pecula, ibi in verſ.Mandatis. hoc eſt, huius
modi ſacrilegos extra ordinẽ puniẽdos eſ-
ſe. Hoc enim crimẽ, quãuis de iure canoni
co vere & propriè ſacrilegium ſit. vt in. c.
quiſquis.17.q.4.de iure vero ciuili in pro-
prie dicitur ſacrilegium, cum tãtum verũ
ac propriũ eodem iure ſacrilegiũ ſit illud,
quòd ſupra annotauimꝰ, hoc eſt, quando
ſacrum de ſacro tollitur.
26. Deniq; habes aliũ caſum qñ quis rẽ nõ ſa
crã e loco ſacro ſurripit. Quod crimẽ iure
Põtificio verè & ꝓpriè ſacrilegiũ eſt. ꝑ di-
ctũ.c.quiſquis.17.q.4.ꝗ iure vero ciuili nõ
ſacrilegiũ ſed furtũ eſſe credit. l. diui. ff.ad
l.iul. pecula. pœna ergo furti eo iure indi-
citur. Et hęc de ſacrilegio quod ſuffurãdo
cõmmittitur ſufficient.

## Cap.25. An receptatores rerum furatarum puniãtur vt fures, & latrones.

1. *Receptatores rerũ furatarũ ꝑinde puniũtur, atq; latrones et.nu.3. vbi eſt verus intellectꝰ.*
2. *Receptans rem furto ſubſtractam ignarus, vel ad cuſtodiendã ei qui amiſſerat, vel alia iuſta ratione, non delinquit.*
3. *Intellectus ad legem.eos.C.de fur.*
4. *Fur, et latro ſẽper furatur: et eſt in delicto actuali, donec rem contrectat.*
5. *Concluſio Regij concilij.*

1. MArtianꝰ iure cõſultus in.
l.1.ff. de receptatorib. in
hæc verba inquit. *Peſsimũ
genus eſt receptatorũ, ſine qui
bus latere nemo diu poteſt: et
præcipitur vt perinde punian
tur, atq; latrones.* Cõcordat Vlpianus. in.l.cõ
gruit. ff. de officio præſid. Quod & Ceſa-
res probarunt in. l.1. C. de his qui latro. & Conc. Regia. c. 18. n.º 14. par. 7.
alijs criminibus reos occultant, ſtatuẽtes,
eadẽ pęna receptatores puniẽdos eſſe, qua
rei principales. Alijq; iuriſcõſulti eãdẽ ſen
tẽtiã corroborarũt, vt patet in.l.3.§.nõ tan
tum.ff.de in cendio.rui.naufra.
2. Quæ quidem locum non habẽt, quãdo
quis rẽ recepiſſet ignarꝰ, vel quòd eã cuſto
diret, ſaluãq; faceret ei qui ammiſerat: vel
humanitate, vel miſericordia ductꝰ, vel a-
lia ꝓbata atq; iuſta ratione. vt in.l.doli ver
bum

bũ.ff.ð ſeruo corrup.& in . l.3.§. nõ tãtum.
3. verſi.Sed etenim.ff.de incẽ.rui.naufra.Sed
tunc demũ ea vera contra receptatorẽ exi
ſtimantur, quando ipſe ſcienter,& doloſe
receptat.vt in dicta.l. doli verbũ.& dicta.l.
3.§. non tantum. verſi.Etenim. Probatur
quoq; in.l.crimen.C.ad leg.iuliã de vi pu
bli.vbi Honorius & Theodoſ.C.C.probãt
hec crimina ſcilicet rapere,& ſciẽter rapto
rẽ rem raptam ſeruare, non eſſe diſsimilia
crimina.Et ideo,cum tunc participes ſce-
leris ſint,eadẽ quoq; pœna digni ſenſẽtur:
quia & fures. vt probatur expreſſe in. l. ſi
quẽquã.in finalib.verb.C.de epiſ.& cleri.
& ibi glo . in verbo. par. quæ allegat alios
textus concordantes.Et ideo, qui res furti
uas ſcienter, à fure cuſtodiendas ſuſcipiũt,
furti penali actione, & ð ſuſceptis tenetur.
tex.eſt expreſſus & capitalis in.l.eos. C. de
fur. cuius verba ſunt. *Eos qui à ſeruo furtim
ablata ſcientes ſuſceperunt, non tantum de ſuſce-
ptis conuenire ſed etiam pœnali furti actione potes.*
Cui concordat alius tex.in.§.ſed hæ actio
nes. in verſi.Cum manifeſtum ſit. inſti. de
obligationibus quę ex delicto naſ.

Et licet dubia videatur ſententia dictę.l.
4. eos.cum ipſa tantum in ſeruo loquatur, fi
lio, vel famulo , vt ibi in glo.in verbo. eos
qui à ſeruo.ideo, quòd hæ pſonæ ſunt ſub
iectæ,domeſticæ,& familiares, & quę faci-
lius & frequentius furta cõmittũt, quãdo
interueniũt occultatores, & receptatores,
quòd forte alias non cõmitterẽt, & quòd
propterea dicta diſpoſitio no procederet,
quando fur vel latro eſſet liber , vel extra-
neꝰ vt annotare voluit Hippolyt. in.l. ſi in
rixa.nu.51.ff.ad leg.cor. de ſicar. & in con.
ſil.53.nu.21.attamẽ ſuperior ſentẽtia & cõ-
cluſio verior eſt, & indiſtinctè tenẽda, mo
do fur vel latro ſit ſeruꝰ, vel familiaris, mo
do extraneus : quia in vtroq; militat eadẽ
ratio. Et propterea, à quocunq; quis ſcien-
ter & doloſe receptauerit rem furto abla-
tã, pro fure habẽdus eſt : & eadẽ pæna pu-
5. niendus.Huius autẽ rei patẽs & manifeſta
eſt ratio. Nã fur et latro ſemper furatur : &
eſt in delicto actuali , donec rẽ contrectat.
vt in.l.inficiando.§.infans.ff. de fur. Vnde
receptãs videtur ei auxiliũ & fauorẽ præſta
re, & in ipſomet delicto:ideoq; merito de
bet eadẽ pæna puniri. ita Bar.Angel.de Pe
ru.& alij cõmu.Doctor.in.l.furtum. ff. de
fur.Alber.in dicta.l.eos.C.ð fur. & Angel.
de maleſi.in parte.& veſtẽ cęleſtẽ abſtulit.
6. col.2.uerſi.Quid ſi rẽ furatã. Et ſecũdũ hãc
doctrinã & theoricã fuit in Regio cõcilio
cõcluſum die.5.Maij.1583.contra Paulum
Strany delatũ, & inculpatũ , quod ſcienter
receptauerit in domibꝰ ſuis partẽ rerũ fur-
to ſubſtractarũ à domibus Petri Vilalta ſar
toris eiuſdẽ ciuitatis, qui fuit fuſtigatus per
loca ſolita , & condemnatus ad ſeruitium
Regiarum triremium ad quinquennium.

## Cap.26. Quo oſtenditur qua pœna ſit puniendus fur, qui de nocte aſcẽdit ad domũ alienã cũ ſcalis, & res in domo inuẽtas furto ſubſtrahit.

1. *Aſcendens cum ſcalis de nocte ad domum alie-
nam cauſa violandæ caſtitatis tenetur pœna
vltimi ſupplicij.*
2. *Aſcendere cum ſcalis qualitas eſt quæ agrauat
principale delictum.*
3. *Fures pro furto calificato centum aureorum , vel
pro tribus furtis, de generali conſuetudine laqueo
ſuſpenduntur.*
4. *Fures aſcẽdentes cum ſcalis ad domum alienam
et ibi furtum commiſſerunt qua pœna puniãtur.*
5. *Concluſio Regij concilij.*

APud ſcribẽtes legitur, pœnã ap-
ponentiũ ſcalas ad feneſtras vel
domũ alienã cauſa ibi intrandi
tunc facilius dignoſci , ſi cauſa
propterquã per dictas ſcalas aſcenditur cõ
1. perta eſt. Nã ſi id ſuccedat de nocte cauſa
violandæ caſtitatis, delinquens pœna vlti
mi ſupplicij affligẽdus eſt.vt in.l.ſi quis nõ
dicã rapere.C.de epiſ. & cleri. ita Bal. vo-
luit in ſpecie.in.l.fi.nu.3.ff. de rerũ diuiſio.
refert etiam & ſequitur Angel.in.§.ſanctæ
quoq; res.num.3.inſti.cõ.ti.Atq; ita refert
Iul.Clar.in.§.fi.q.68.verſi. Aſcẽdens.ſerua
tũ fuiſſe per pro regem Neapolis in execu-
tione cuiuſdam edicti cõtra quendã iuue
nem nobilem.Cuius ſentẽtiam defendere
conatur.Gram.in deciſ.36.nu.13.inquiẽs
expreſſe



expreſſe aſcẽdẽtẽ cũ ſcalis ad domũ alienã
hac cauſa violãdæ caſtitatis omnino pæna
vltimi ſupplicij eſſe plectẽdũ. Verum dicit
idẽ Iul.Clar.in loco citato dictã ſententiã
iudicio totiꝰ Italiæ viſam fuiſſe nimis ſeue
rã, & crudelẽ, maximè attẽta bona qualita
te illius nobilis iuuenis, & cauſa ꝑpterquã
aſcenderat : quæ fuit amor cuiuſdam pul-
cherrimę puellę qui etiam prudẽtes viros
2. ſæpius excecauit. Et propterea concludit,
aſcendere cum ſcalis, qualitatem eſſe, quæ
tantummodo agrauat principale delictũ,
ita vt grauius puniatꝰ: ſiuè ſit ex cauſa amo-
ris, ſiuè ex cauſa furandi, ſiuè aliud malefi-
cium committendi.

Hoc igitur præſuppoſito, quòd ſit qua-
litas quæ aggrauat delictum principale, fa-
cilimum erit diffinire pœnam cõtra fures
domum alienã de nocte cum ſcalis ingre-
dientes. Ad quam quidem decidendam &
3. determinandam diſtinguẽdum eſt, quòd,
aut furtũ ita cõmiſſum eſt adeò calificatũ
quod excedit ſummã centum aureorum,
vel ſunt plura furta commiſſa ſaltim tria,
pro quibus de generali cõſuetudine fures
laqueo ſuſpenduntur. de qua conſuetudi-
ne atteſtatur Bal. in auth. ſed nouo iure.
nu.3.C.de ſeruis fugiti.& Iul.Clar.cũ mul-
tis alijs per eum relatis. in practi. crimi. §.
furtum.verſi.Scias tamen.Et tunc nulli du
bium eſt, quòd fures (licet nõ interueniret
illa qualitas aſcendendi per ſcalas) punirẽ-
tur pœna vltimi ſupplicij, ex dicta conſue-
tudine generali.& exactius vide per eundẽ
4. Iul.Clar.in dicto. §. furtum. per totũ. Aut
furtum non eſt ita calificatũ, vt fur merea-
tur mori, ſed tantum mereatur pœnam fu
ſtigationis, & exilij pati, ( quæ pœna in fu-
ribus ordinaria communiter eſt)& tũc ra-
tione dictarũ qualitatũ , vt quia de nocte,
& per ſcalas aſcendẽdo ad domum alienã
furtum committitur, puniũtur tales fures
acrius, quàm ſit pœna ordinaria ſimplicis
5. furti. Prout die.3.Nouẽbris.1581. fuit con-
cluſum in Regio criminali cõcilio Catha-
loniæ, in facto fiſci procuratoris cõtra Ioã
nem Font aurificem villę Frãchę Penite,
delatum, & inculpatum , de furto variarũ
rerum, & pecuniarum, commiſſo & perpe
trato in domo Ludouici de Raiadell do-
micelli, in ciuitate Barcinonę domiciliati:
qui fuit condemnatus ad ſeruitium Regia
rum triremium ad decennium.

## Cap.27. An fures poſſint pro vno furto magno ad mortem cõdemnari.

1. *FVr pro furto non debet mori.*
2. *Latrones et fures famoſi furca ſuſpendendi
ſunt.et num.3.*
3. *Fur famoſus dicitur qui tria furta commiſsit.*
4. *Intellectus ad.§.ſiquis quinq; ſolidos de p:cete-
nẽ.qui in omnẽ caſũ de conſuetudine nõ ſeruatur.*
5. *Fur qui pecuniam publicam vel rem ſacram vel
religioſam abſtulerit capitali pœna punitur.*
6. *Fur pro vno tantum furto poteſt furca ſuſpendi,
quando illud eſt multum enorme:et egregium.*
7. *Furtum magnum vel enorme quod dicatur.*
8. *Concluſio Regij concilij.*

IVre cautum eſt, pro fur-
to neminem debere mo
1. ri. auth. ſed nouo iure.
C.de ſer.fugi. ibi. *Sed pro
furto nec morietur nec ali-
quod membrum abſcindetur
ſed aliter caſtigabitur.* idẽ
in auth.vt nulli iudicum.§.pro furto autẽ.
& in prędictis locis ſcribentes.ita etiam tẽ
net Alex.in conſil.5.volu.1. Caſſan.in con
ſuetu.Burgũ.titu.dezinſtices.§.5.ſuper ver
bo.pour la primiere foys il ſera pugny.nu.
1.& dicit, eſſe communẽ opinionem. Go-
mez,in.§.ex maleficijs.nu.12.inſti.de actio
nib.Ratio eſt, quia delictum eſt priuatũ, &
ideo pœna extraordinaria fur venit coer-
cendus.l.fi.de fur.&.l.fi.ff.de priua.delic.
Præterea glo.in dicta authen. ſed nouo iu-
re.in verbo caſtigabitur.dicit, furem fuſti
bus eſſe puniendum : vel mitiori pœna ſi
iudex ita arbitretur. Et aſsignat rationem,
quia pœna eſt extraordinaria.vt in dicta.
l.fi.ff.de fur.Ergo concluſum videtur, ne-
minem pro furto debere mori.
2. Scias tamen , quòd à prædicta regula
quę

quæ iniure veriſsima eſt excipiuntur mul-
ti caſus in quibus fures ſolent ad mortem
condemnari. Quorum Primus eſt, in furi-
bus & latronibus famoſis qui furca ſuſpen
dendi ſunt. vt in. l. capitalium. §. famoſos.
ff. de pœnis. qui tex. licet loquatur in latro
nibus, hoc eſt derrobatoribus ſtratarum
publicarum, idem quoq; ſtatuendũ eſt in
furibus famoſis qui eadem pœna puniẽdi
3. ſunt. vt tenet Bar. in dicto. §. famoſos. nu.
1. Et dicitur, fur famoſus qui tria furta cõ-
miſit vt inquit Bal. in dicta. authen. ſed
nouo iure. num. 3. vbi cõcludit, quem pro-
primo & pro ſecũdo furto nõ eſſe laqueo
ſuſpendendum; ſed pro tertio ſic: quia qui
delictum in cõſuetudinem deducit, ad fur
cas ſuſpenditur de generali conſuetudine.
Nã eo ipſo reputatur publicus & famoſus
fur, ideo quòd fecit tot & tãta furta. vel ſal
tem reputatur graſſator. vt in dicta. l. capi-
taliũ. §. graſſatores. & in. §. famoſos. & ibi
glo. in verbo graſſati ſunt. & in verbo furca
& quod de generali conſuetudine ſuſpen
dantur in alta furca atteſtatur Iul. Clar. cũ
multis alijs per eum relatis. in prac. cri. §.
furtum. verſi. Scias tamẽ. quos per eum vi-
dere poteris.

Secundus caſus eſt in. §. ſiquis quinq; ſo
4. lidos. de pace tenen. vbi conſtitutum eſt,
quòd pro furto quinq; ſolidorum debeat
quis ſuſpendi. Sed pro intellectu illius tex.
debes ſcire, illud ideo fieri: quia cum fur-
to cõcurrebat etiam violatio pacis. prout
ita communiter teneri atteſtatur Gomez.
in dicto, §. ex maleficijs. num. 2. & 3. verum
tamẽ eſt, in omnem caſum pœnam illam
impoſitam contra fures. in dicto. §. ſiquis
quinq; ſolidos. non ſeruari de conſuetudi
ne. & ideo non eſſe de illo. §. curandum. vt
atteſtatur Bal. in dicta auth. ſed nouo iure.
num. 3. In eadem ſententia ſunt Auguſti.
ad Angel. de maleficijs. in verbo. & veſtem
cęleſtem num. 12. glo. in. §. iniuria. in ver-
bo legitime. de pace iura. firman. Gan. de
malefi. in titu. de furib. num. 10. & Anna.
in cap. ex litteris. poſt num. 9. de fur. vbi di
cit, quod hoc omnes ſequuntur.

5. Tertius caſus eſt, quando quis miniſtra
tor publicus pecuniam publicam, vel quis
rem ſacram vel religioſam furto abſtule-
rit: quia capitali pœna punitur. tex. eſt in.
§. item lege Iulia peculatus. inſti. de publi.
iudi. Et de furibus ſacrilegis vide quæ ſu-
pra latiſsimè dixi in cap. 24. per totum.

6. Quartus deniq; caſus eſt, quãdo furtum
eſſet vnum tãtum, ſed illud multum enor-
me, & egregium, & hic eſt caſus huius deci
ſionis. Nam fur pro illo poteſt furca ſuſpẽ
di, dato etiam, quòd ſtatutum tria require
ret: cũ vnum furtũ valde magnũ ęquipol-
leat tribus, arg. l. ſi is qui tres. §. fi. ff. de excu
ſationib. tu. ita tenet Bal. in dicta auth. ſed
nouo iure. num. 3. C. de ſeruis fugiti. quia
propter enormitatem delicti licitũ eſt iu-
ra tranſgredi. ſecundum Innocen. in cap.
1. de conſtitutionib. Cyn. in dicta auth. ſed
nouo iure. Et dicit Angel. de maleficijs. in
verbo & veſtem cęleſtem. num. 13. ſe ita ſe
mel practicaſſe Peruſij: dum ibi aſsideret.
Tenet idem Panor. in cap. inter alia. num.
31. de immunita. eccleſi. & Angel. de Peru.
in. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de edili.
7. edic. num. 2. Quando autem dicatur furtũ
magnum vel enorme, dic hoc arbitrio iu-
dicis eſſe relinquendum. per ea quę dicit
Felin. in cap. 3. verſi. quando cauſa dicatur
grauis. de officio & poteſta. iudi. delega.
vbi dicit, quòd ſtatur arbitrio iudicis quæ
cauſa dicatur grauis vel non. Et hoc ideò
fit, quia non eſt diſpoſitum à iure quod
ſit enorme & egregium furtum. Vnde
ſuccedit regula, quòd in non diſpoſitis à
iure cõmittitur arbitrio iudicis. ita Abbas.
in capit. nonnulli. extra. de reſcrip. Bar. in.
l. 1. §. ait. prætor. ff. de iure deliberan. Ego
tamen dicerem, potius conſuetudini re-
gionis eſſe ſtandum; prout hic in Cathalo
onia. In qua de conſuetudine pluribus vi-
cibus obſeruata furtum magnum dicitur,
quando valor rei furto ablatæ aſcẽdit ſum
mam centum librarum, vel vltra: & ideo
cõſuetudinem eſſe ſeruandam, per ea quę
dicit Angel. de Peru. in dicta. l. quod ſi no
lit. §. qui aſsidua. ff. de edili. edic.

Et quamuis Areti. Saly. Fulgo. & Paul.
de Caſ. in dicta auth. Sed nouo iure. Ioan.
Anna



Anna. in cap. fi. de fur. Angel. de Vbal. inter
conſil. cri. diuerſorum. conſil. 71. nu. 21. lib.
2. Rolan. cõſil. 51. circa fi. lib. 1. & Baptiſ. Ca
ſialup. in. l. cũ ſeruus. ff. de condictio cauſa
da. teneant cõtrariã opinionẽ, ſcilicet, pro
furto magno non eſſe furem furca ſuſpen
dendum. Tamen Bal. opinionem in dicta
auth. ſed nouo iure. num. 3. & aliorum ſe-
quacium, quòd immo tales furca ſuſpen-
dantur ex cõſuetudine inualuiſſe in Hiſpa
nia atteſtatur Diaz in practi. crimi. canoni.
cap. 84. poſt. nu. 2. inualuitq; dicta opinio
ex eadem conſuetudine in hoc principatu
Cathaloniæ. In quo pluries fuit obſerua-
8. tũ, quod fures pro furto magno cẽtum li-
brarũ vel vltra fuerũt furca ſuſpenſi. prout
ſecundum hanc opinionẽ fuit concluſum
in Regio criminali concilio die. 14. mẽſis
Iulij. 1582. in facto fiſci procuratoris Regię
curię & partis inſtantis, contra Ioannẽ Pla
nes, marinerium delatum, & inculpatum,
de furto magno de nocte, & hora captata
per eum, & alios commiſſo. & die. 6. men-
ſis Iulij prædicti anni. 1582. in facto eiuſdẽ
fiſci procuratoris & partis inſtantis contra
Iacobum Roure villæ Perpiniani delatũ,
& inculpatum, etiã de furto magno quod
aſcendebat ſummam quadringentarũ li-
brarum qui fuit ad mortem cõdemnatus.
Et quãuis hoc ſit verũ de cõſuetudine, poſ
ſunt tamẽ iudices in hoc caſu arbitrari mi
norẽ pænam iuxta qualitatẽ facti, rationẽ
loci, tẽporis, & ætatis, ac conditionem per
ſonę vel alijs cauſis, quæ ſolent perducere
iudicem ad mediocrẽ pænam. vt ſupra in
cap. 24 num. 20. latius explicatur.

## Cap. 28. An fur qui rẽ furatam in aliud territorium exportauit, poſsit in eo puniri ratione nouæ cõtrectationis.

1. *FVr cum re furtiua in alieno territorio repertus, non poteſt ibi ſecundum quorumdam opinionem criminaliter puniri.*
2. *Fur cum re furtiua captus in alieno territorio poteſt ibi puniri rationæ nouæ contrectationis.*
3. *Fur qui rem furto ablatam intra eccleſiam contrectat, poteſt ab eccleſia abduci: nec eius immunitate gaudebit.*
4. *Fur, neceſſarium eſt, quòd puniatur in territorio, in quo cum re furtiua capitur. Vide hic rationem.*
5. *Concluſio Regij concilij.*

IAcobus Roure villę Per
piniani degens in obſe-
quio & ſeruitio nobilis
Petri de Vilarraſa Valen
tini, cum eſſent in ciuita
te Çeſarauguſtæ, ab eo-
dem Petro de Vilarraſa,
furto abſtulit magnas pecuniæ quãtitates;
magnũ cõmittendo furtum. Qui cum di-
ctis pecunijs aufugit, & trãſtulit ſe ad ciui-
tatẽ Barcinonæ: in qua fuit captus cũ eiſdẽ
pecunijs. Verũ, quia delictum nõ fuerat cõ
miſsũ in dicta ciuitate Barcinonæ, dubita-
tũ fuit an in ea poſſet dict⁹ Roure de dicto
furto puniri ratione nouę cõtrectationis.

Hæc quæſtio reperitur ab ſcribentibus
1. multum controuerſa. Etenim, multi ſunt
tenentes talem furẽ ita repertum in alieno
territorio non poſſe criminaliter puniri.
Boſ. in ti. de fur. num. 18. vbi dicit, ſe feciſſe
hãc opinionẽ diuerſis vicibus ſeruari in ſe
natu cõtra Bar. opinionẽ. in. l. ſi dominiũ.
ff. de fur. Idem Çepola in conſil. 59. col. pe-
nul. & fi. Angel. in dicta. l. ſi dominiũ. nu.
1. vbi expreſſe dicit, Bar. opinionẽ de iure
cõmuniter reprobari. Idẽ ſentit Bal. in cõ-
ſil. 154. lib. 1. & cõſil. 47. lib. 3. & Cępola atte
ſtatur ſe, pro hac opinione iudicaſſe in. l.
Marcellus. nu. 23. ff. de verbor. ſignifi. Sequi
tur Hippoly. Rimin. inter conſil. crimi. di-
uerſorũ. cõſil. 106. nu. 11. lib. 1. Itẽ dicit pra-
cti. Papien. in forma inquiſitionis. in ver-
bo contrectando. opinionem Bar. contra
riũ ſentiẽtis non eſſe cõmunẽ: neq; appro-
batã per modernos de iuris ſubtilitate. Hãc
eandem ſequitur Dida. à Couarru. lib. 2. va
riar. reſolutio. cap. 20. nu. 15. verſ. Vigeſsi.
mo octauo. in fi. & practi. q. cap. 11. num.
9. & Iul. Clar. in practi. q. 38. verſ. Tu ſcis
quòd furtum. vbi refert, in illo ducatu nõ
ſeruari, quòd fur repertus cũ re per eũ fura
ta in alieno territorio puniatur criminaliter
Aſſerens,

aſſerens, ſe ſepiſsime vidiſſe ita iudicari in
ſenatu, & in ſpecie ponit exẽpla, & ibi po-
nit practicã dicti ſenatus, quòd ſolet quan
doq; tales fures eijcere aducatu ſub aliqua
pœna. & deniq; ſunt infiniti alij in varijs &
diuerſis locis idem ſenſientes.

2. Contrariam tamen profitetur ſenten-
tiam Bar. in. l. ſi dominium. nu. 2. ff. de fur.
quòd immo fur repertus cũ re furtiua in
alieno territorio ibi puniendus ſit propter
nouam rei cõtrectationẽ ex qua nouũ cri
mẽ committitur, cuius ratione poteſt fur
puniri à iudice illius loci, in quo nouè rem
contrectauerit. Quã ſentẽtiam dicit Paul.
de Caſ. in. l. ſiue manifeſtum. §. 1. nu. 13. ff. d
condic. furti. practicari per vniuerſum or-
bem: aſſeſſoreſq; & iudices habere ea pro
euangelio, quem refert Marſil. in. l. fi. poſt.
num. 112. ff. de iuriſdic. omni. iudi. Floria.
in. l. ſi abducta. C. de fur. & ibidẽ Angel. in
lectura Peruſina inquiens, ſe ſæpius vidiſſe
practicari Bar. opinionem. Qui quoq; in
lectura Patauina dicit, aſſeſſores eandem
Bar. opinionem ſeruare tanquam vtilem
Reipublicę: quem refert Marti. Laudenſ.
in conſil. 61. num. 5. inter conſil. criminali.
diuerſorum. vol. 1. Hanc opinionem tene
ri pro communi apud cõcilium Neapolis
atteſtatur Capici. deciſ. 104. nu. 1. & 2. Ni-
colaus Boer. quoq; proponit hanc eandẽ
quæſtionem. in deciſio. 13. num. 47. vbi re-
fert pro vtraq; parte plures Doctores: ſed
reſoluit opinionem Bar. in dicta. l. ſi domi
nium. ff. de fur. & in. l. ſi abducta. C. eõ. cõ-
muniter ſeruari in praxi.

Pro hac opinione ad huc facit ſenten-
3. tia Angeli Caſtrenſis in conſilio. 459. lib. 2.
inter Pauli ſui parentis reſponſa exiſtiman
tis, furem qui rem furto ablatã intra eccle
ſiam contrectauerit, eaq; vſus fuerit, poſſe
ab eccleſia abduci, nec eius immunitate
gaudere, ac ſi furtũ in eccleſia cõmiſsiſſet:
quod tamen extra eccleſiam perpetrauit,
quaſi hæc contrectatio quæ in eccleſia fit
nouum furti crimen vere dici valear.

Ponderãdum, notandumq; quoq; eſt,
ad prædictorum opinionem iuuandam,
quód licet regulariter delinquens ſit ad lo
cum delicti & ad vrbẽ vbi deliquit remit-
tendus vt ibi puniatur. l. ſi cui. §. fi. & l. fi. ff.
de accuſationib. & in auth. vt nulli iudicũ.
§. ſi vero quis cõprehenſorũ. colla. 9. & no
tatur in. l. 1. & in auth. qua in prouincia. C.
vbi de crimi. agi opor. glo. in cap. fi. d foro
competẽ. cap. 1. de raptor. clemẽ. paſtora
lis. de re iudi. in verbo de more. & in. l. adi
uo Pio. §. ſententiã. ff. de re iudi. Si tamẽ quis
Çeſarauguſtæ rem furto abſtulerit, eamq;
Barcinonẽ deferat, poterit à iudice Barci-
nonenſi ob nouam rei contrectationẽ pu-
niri: nec is tenebitur furem ad iudicem Çe
ſarauguſtanum remittere, quòd Bar. not.
in dicta. l. ſi dominiũ. ff. de fur. & ibi Alex.
& plures alij iam ſupra citati. Quos etiam
refert Nico. Boer. in dicta deciſ. 13. nu. 47.
dicens, eorum opinionem eſſe communẽ
in praxi.

4. Ego tamẽ hac in re horum opinionem
tenendo profero, neceſſarium eſſe in hoc
crimine delinquẽtem puniri in illa iuriſdi-
ctione in qua capitur cum re furto ablata
propter nouam criminis cõtrectationem.
Nam alioqui paſsim contingeret, quód iu
dices cauſarum criminalium, cum princi-
paliter agant ad corporis punitionem, &
in conſequentiam ad rerum ablatarum re
ſtitutionẽ, ſi neq; ratione originis, vel do-
micilij, poſſent exercere iuriſdictionem in
talem delinquentẽ, neq; etiam quoad effe
ctum remittendi illum ad iudicem delicti:
quia deficientibus illi qualitatibus iuriſdi-
ctionem tribuentibus non potuiſſet illum
capere prout latius dixi. deciſ. 2. nõ poſſent
facere reſtituere priuato læſo & accuſan-
ti res furto ablatas. Quod deuiaret à ratio-
ne naturali, quę docet ius vnicuiq; redden
5. dum fore. Et ideo conueniens eſt, quód
fur ratione nouæ contrectationis punia-
tur in quocũq; territorio capiatur cum re
furtiua. vt ſic in conſequentiam ob ratio-
nem naturalem conſeruandam res furto
ſubſtractæ lęſo accuſanti reſtituãtur. Et ſe-
cundum hanc vltimam opinionem quæ
eſt Bar. in dicta. l. ſi dominiũ, & eius ſequa-
cium fuit cõcluſum in ſacro Regio crimi
nali concilio Cathalonię die. 6. mẽſis Iulij.
1582.



1582. in facto fiſci procuratoris & partis in
ſtantis cõtra dictum Iacobum Roure vil-
læ Perpiniani delatum, & inculpatũ, quod
cum vt famulus nobilis Petri de Vilarraſa
regni Valẽtiæ in eius obſequio & ſeruitio
degeret, ab eodem furto ſubtraxit cum a-
deſſent in ciuitate Çeſarauguſtæ regni Ara
gonum magnas pecuniæ quãtitates, prop-
terquod fuit condemnatus quòd fuſtige-
retur per loca ſolita ciuitatis Barcinonæ &
quòd erat reus mortis propter furtũ mag-
num: & ita fuit laqueo in alta furca ſuſpen
ſus.

## Cap. 29. In quo quæritur quis dicatur abigeus & quibus pœnis abigei puniantur.

1. *ABigei qui dicantur.*
2. *Abigeatus crimen quando committitur.*
3. *Abigeatus crimen non committitur quando quis ouem errantem, vel equm in ſolitudine exiſtẽtem abducit non arte abigendi ſed retinendi: quia tunc committens, fur eſt.*
4. *Poſſeſsio ciuilis rei perditæ tam diu durat, quan diu eſt ſpes illam inquirendi.*
5. *Celans rem quam ſit alienam lucri faciendi cauſa, furtum committit.*
6. *Abigeus non dicitur qui pecora de quorum proprietate controuertiam faciebat abegit, dolo tamẽ omnino ceſſante.*
7. *Abigeorum pæna quæ ſit.*
8. *Abigeorum receptatores ad deſennium relegantur.*
9. *Concluſio Regij concilij.*

IOãnes Caxal gallus fuit
impetitus quód furto ab
duxerat ex grege Petri
Reuẽtos agricolæ vigin-
ti vnum arietes, & conſti
to in proceſſu d fiſci pro
curatoris & partis inſtan
tis intentione, fuit dubitatum, qua pœna
dictus Ioannes Caxal veniret puniendus.

Ad quam quæſtionem decidẽdam prę-
mittendum ſenſeo, inter furandi ſpecies
vnam inueniri quæ abigeatus appellatur:
ideſt de beſtijs aliorum furto abducendis.
Quæ quidem ſpecies furti in iure ſuam ha
bet conſtitutam punitionem. Et hinc, cri-
men hoc committentes, abigei appellan-
1. tur. Qui ab Vlpiano in. l. 1. §. 1. ff. de abigeis
ita deſcribuntur, quôd ſint illi, qui ex paſ-
cuis vel armentis ſubſtrahunt, & quodam
modo deprædantur, & abigendi ſtudium
quaſi artem exercent, equos de armentis,
vel oues de gregibus abducentes. Iuſtinia-
nus vero abigeos eos dicit, quibus eſt iura
alienis incidiari animalibus, aut iumentis
& ea tranſponere alibi. ita in. §. mitiores.
verſi. Si igitur. in auth. de nuptijs. colla. 4.

2. Sed ſciendum eſt, tunc demum hoc cri-
men committi, quãdo quis ex ouibus ſur-
ripit decem, ex porcis quinq;, vel quatuor,
& ex equis vel bouib⁹ vnum. ita eſt tex. in.
l. 3. ff. de abigeis. Quo fit, vt qui ex ouibus
vel porcis minorem abducit numerum,
non quidem abigeus eſt: ſed fur. vt in di-
cta. l. 3. ff. de abigeis. Quantitas enim diſſer
nit abigeum à fure: nam qui vnum ſuem
ſurripuerit, vt fur coercebitur, qui vero
quatuor vel quinque vt abigeus. tex. eſt in.
l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœnis Quod
quidem verum eſt, niſi ſæpius vnum aut al
terum ex pecudibus ſurriperetur: nam tũc
ſurripientes abigeatum committerent. vt
in dicta. l. 3. ibi. *Qui ſæpius abegerũt licet ſem-
per vnum vel alterum pecus ſurripuerint tamen*
3. *abgei ſunt.* At vbi quis ouem errãtẽ, vel eqũ
in ſolitudine exiſtentem abducit non arte
abigendi, ſed retinendi tamen, fur eſt: non
abigeus. Pro quibus quidem extat lex diui
na. vt d Vteronomi. 22. ibi. *Nõ videbis bouẽ
fratris tui, aut ouẽ errantem, et præteribis, ſed re
duces fratri tuo, etiam ſi non eſt propinquus fra-
ter tuus, nec noſti eum, et erunt apud te quandiu*
4. *querat frater tuus, et recipiat.* Animal quippè,
quod errat, quandiu eſt ſpes illud inquirẽ
di, in poſſeſsione ciuili non naturali domi
ni eſt. l. 3. §. Nerua filius. ff. de acquir, vel
5. amitten. poſſeſsio. Proinde ſi quis animo
interuertendi dominium celauerit, vel ha
buerit, furtũ committit. Sicut & qui rem
iacentem lucri faciendi cauſa ſuſtulit,

neq; libellum propoſuit ſe inueniſſe, & red
diturum ei qui deſiderauerit: quę rectè tra
ctat Vlpianus. in .l. falſus creditor. §. qui
alienum quid. ff. de fur. Et itterum in Leui.
cap. 6. habetur, quòd quirem perditam
inuenerit, & inficiatus in ſuper peierauerit
reddet quæ per fraudem retinere voluit in
tegra: in ſuper, & quintam partem domi;
no cui damnum intulerat. Eo enim ipſo
quòd repoſcenti domino res ſuas non red
diderit habens, ſurripere aut intercipere vi
detur: quare & furti & ad exhibendum te
netur. in quit tex. in. l. Pomponius. §. fi. ff. đ
acquirē. rerū domi. & in. l. 2. §. & genera-
liter. ff. de doli exceptio. & in. l. 1. §. in ſum-
ma. quarum rer. actio non dat. & in. l. 1. §.
eſt autem. ff. depoſi.

6. Neq; etiam abigeus is cenſendus eſt,
qui pecora de quorum proprietate con-
trouerſiam faciebat abegit: ſed ad exami-
nationem ciuilem remittendus eſt. Quod
ita demum probandum eſt, ſi non color
abigeatus quęſitus eſt; ſed vere putauit, ſua
iuſtis rationibus ductus. ita in. l. 1. §. fi. ff. de
abigeis. Et non ſolum hoc eſt verum, quā
do ductus fuit iuſtis rationibus, verū etiā,
quando iniuſtis credens quoquo modo
errore iuris ſua eſſe; dolo tamen omnino
ceſſante. ita eſt tex. in. l. igitur. §. 2. ff. de libe
rali cau. ibi. *Et generaliter dicendum eſt, quoties
quis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine
calliditate tamen putauit ſe liberum, et in liberta
te moratus eſt, dicendum eſt, tunc in ea cauſa eſſè,
vt ſine dolo malo in libertate fuerit.* & eſt tex.
in. l. plagij criminis. 2. C. ad legem Faui. de
plagiar. & ibi Bal. dicens, errantem in deli-
ctis in quibus requiritur dolus excuſari.

Ex quibus patet, abigeum eum tātum di
ci, qui doloſè ex gregibus, vel armētis, ſub
ſtrahit ex animalibus minutis decē, vel vl
tra, vt ſunt oues, capre, & his ſimilia, expor
cis quinque, vel quatuor, & ex magnis vt
ſunt equi, boues, & muli, vnum: & eū qui
ſæpius vnum aut alterū ex pecudibus ſur-
ripit.

Quare cum ex meritis proceſſus conſti-
terit, dictum Ioannem Caxal a grege ſeu
ouili dicti Petri Reuentos furto abduxiſſe
viginti vnum arietes, fuit dictum, cum abi
geatus crimen commiſſe: & vt abigeum
ſeu ab actorem pecudum puniēdum eſſe.

7. Abigeorum autem pœna varijs modis
infligi poteſt. Nam cum crimē committi-
tur in locis in quibus frequentius eſt id ge
nus maleficij, pœna tunc eſt ad gladium
damnatio. ita in. l. 1. in prin. ff. de abigeis.
ibi. *Abigei cum duriſsimè puniuntur ad gladium
damnari ſolent.* Puniuntur autem duriſsimè
non vbiq;, ſed vbi frequentius eſt id genus
maleficij. In locis vero in quibus hoc cri-
men frequentari non ſolet, delinquentes
nonnunquam in opus dantur tempora-
rium. vt ibi in dicta. l. 1. Sed ſcire te opor-
tet, quòd ab huiuſmodi pœnis ſcilicet gla-
dij & operis publici excipiūtur illi qui ho-
neſtiore loco nati ſunt: qui tantum ratio-
nę huius criminis, vel ordinis amotione,
vel relegatione coercentur. vt dicta. l. 1. ibi
in verſi. Quanquam. Qui vero vi, & adhibi
tis armis pecora abduxerit, ſecūdum iura
puniendus eſt proiectione ante beſtias, ſi-
ue beſtiarum deuoratione: hoc eſt damnā
tur beſtijs, dicta. l. 1. ibi. *ſane qui cū gladio abi-
gunt non inique beſtijs obijciuntur.* Quam pœ
nam limita ſecundum conditionem per-
ſonę, cum pœnæ ex perſonarum cōditio-
ne, & rerum qualitate diligenter ſint ſtimā
dę: ne quid aut durius, aut remiſsius cōſti-
tuatur quàm cauſa poſtulet. de quibus vi-
deas elegantem deciſionē in. l. Pedius. ff.
de incend. rui. naufra. per totam illam. l.

8. Cōtra vero receptatores abigeorum, hoc
eſt contra illos qui abigeos ſeu ab actores
equorum ouium aut porcorum ſcienter
abſcondunt, & quantum in ipſis eſt tuen-
tur, & fauent, Caliſtus impoſuit pænam re
legationis ad deſennium. de qua in. l. 3. ff. đ
9. abigeis. in fine. Quamobrem cum in pro-
ceſſu non cōſtiterit, id crimen per dictum
Ioānem Caxal admiſſum fuiſſe in loco in
quo frequentius eſſet id genus maleficij,
neq; vi, & adhibitis armis, dictos viginti
vnum arietes à dicto grege abduxiſſe, ſed
tantum ſemel per eum hoc crimen com-
miſſum fuiſſe, fuit propterea condemna-
tus, quód fuſtigeretur palā & publicè per
loca



loca ſolita & ad dictum opus temporariū
ad quinquennium. Quod opus apud nos
nunc eſt pœna triremium remigando &
ad reſtitutionem dictorum arietum furto
ſubſtractorum liquidatione reſeruata. De
quibus conſtat in concluſione contra eun
dem facta in Regio cōcilio die. 28. No-
uembris. 1583.

# Capit. 30. An vſura ſit delictum; illudq; merè eccleſiaſticum vel mixti fori.

1. *Vſura quid ſit.*
2. *Vſura vnde dicatur.*
3. *Vſuræ duæ ſpecies inueniuntur, alter quæ nomen a ſuo genere diſtinctum habet: quæ vocatur fænus. Altera vero quæ in generis ſui appellatione conſiſtit: et vſura nominatur.*
*Fænus quid ſit, vide ibidem.*
4. *Diſcrimen inter vſuram, et fænus.*
5. *Vſura apud Grecos, et Aebraicos quid ſignificet.*
6. *Vſurarij quibus aſsimilentur.*
7. *Vſura iure naturali prohibita eſt. quod aliquot rationibus oſtenditur.*
8. *Pecuniam vſu conſumi quomodo intelligatur.*
9. *Vſuram iure diuino vetitam eſſe, ex pluribus veteris teſtamenti locis demonſtratur: et etiam ex nouo teſtamento.*
10. *Iudæa aſſerens ſibi licere poſſe dare ad vſuram, clare mentitur. Et quomodo intelligatur locus de Vteronomium. cap. 23. ibi in verbis ſed alieno.*
11. *Contractum cum hoſte inire an liceat.*
12. *Vſuram iure pontificio prohiberi.*
13. *Papa non poteſt permittere quod iure naturali aut diuino illicitum eſt.*
14. *Vſura ad faciendum bonum accipienda non eſt.*
15. *Princeps temporalis vſuram permittere non poteſt: Immo excommunicatus eſt permittens.*
16. *Vſura iure ciuili prohibita eſt.*
17. *Vſura quare prohibita ſit, vide hic rationes.*
18. *Vſura delictum eſt: et qua pœna puniatur.*
19. *Vſura crimen, an mere eccleſiaſticum, vel mixti fori ſit.*
20. *Iudex laicus poteſt cognoſcere de crimine vſurarum inter laicos.*
21. *Lex ciuilis et humana docet qui ſint contractus illegitimi: ad quam pro huiuſmodi confugiendum eſt.*
22. *Rex cognoſcit de crimine vſurarum.*
23. *Crimen vſurarum ſapit furtum, et rapinam.*
24. *Concluſio Regij Cācellarij, interuenientibus, Doctoribus Regij concilij.*

CVm ꝓpoſuerim quaſ
dam vſurarum quæ-
ſtiones in praxi ad-
modum vtiles & ne-
ceſſarias conſequēter
ſcribere, ad faciliorē
omnium quæſtionū
cognitionem in hac prima pręmittēdum
cenſui, quod in. c. pleriq;. 14. q. 3. legitur,
pleroſq; refugientes præcepta legis, cum
dederint pecuniam negociatoribus nō in
pecunia vſuras exigere, ſed de mercibus
eorum tanquam vſurarum emolumenta
percipere: & ideo admonitos fuiſſe quid
1. lex dicat. Neq; inquit, vſuram eſcarum ac
cipies: neq; omniū rerum. Item eſca vſura
eſt: & quod velis nomen ei imponas vſura
eſt: Pręterea in. c. vſura. dicta. q. declaratur,
vſuram eſſe, vbi amplius requiritur, quàm
quòd datur. verbigratia, ſi ſolidos decē de
deris, & amplius quęſieris, vel ſi dederis fru
menti modium, & ſuper aliquid exegeris.
Ecce euidenter oſtēditur, quod quicquid
vltra ſortem exigitur vſura eſt. Hanc deſ-
criptionem latè examinat Marian. Soci. in
titu. de vſur. num. 3. & 4. Et licet inter Do-
ctores in diuerſis locis & tractatibus vſu-
ra varijs modis deſcribatur, exiſtimaui, deſ
criptionem traditam ab Hoſtien. in titu.
de vſur. §. 1. latiorem eſſe. Qui diffiniens,
ſic dicit, vſura eſt quodcunq; ſolutioni rei
mutuatæ accedit ipſius rei vſus gratia, pa-
ctione interpoſita vel intentione habita
in contractu, vel in exactione habita ex
poſt facto. Dicitur quodcunq; vt com-
præhendat generaliter non ſolum illud
quod conſiſtit in actuali dationum re-
rum, ſed in operis & verbali ſeruitio, vel
ſimilibus: & ſiue illud ſit magnum, vel par-
uum, aut modicum. Item Marian. Soci. in


dicto

d cto titu. num. 3. hanc interpretationem exampliſicat, vt ſub hoc verbo. quodcũq; comprahendatur ſiue illud accedat per iuramentum, ſiue ſtipulationem, ſiue per pactum, ſiue per intentionem. Subditur ſolutioni rei mutuatæ, quia vſura ſolum locũ habet in contractu mutui. ſecundum omnes. Quibus dictus Hoſtien. adiunxit, regulariter, quia reperiũtur caſus in quibus authoritate legis vſuræ præſtantur, licet nullum mutuum ſit contractum: de quibus infra dicam. Sed regulariter non præſtatur niſi in mutuo: ſiue vere, vel fictè, vel ſimulatè agatur. vt infra in alia quæſtione dicã. Præterea ideo ſubdunt illa verba ipſius rei gratia, quia ſi non gratia vſus, ideſt cõſumptionis, ſed loco pœnæ apponerentur ſine fraude, ſecus eſſet. vt in capit. dilecti. de arbitr. & in. c. fraternitatis. 12. q. 2. Item illa verba. hac intẽtione habita. in contractu. ideo ponuntur, quia ſi pactum non fuit de vſura, ſed creditor in mẽte habuit aliquid recipere vltra ſortem, eſt vſura mentalis. vt in cap. conſuluit. de vſur. Sed ſi aliquid gratis offereretur, dummodo creditor ab initio mala intentione caruiſſet, illud recipi poſſet. arg. cap. ſicut. 1. q. 2. Et ob hanc etiam cauſam poteſt dici, quòd apponantur illa verba ſequentia. vel exactione habita ex poſt facto. Aduerte, quòd licet Hoſtien. dicat, hac intentione habita in contractu. tamen licet intentio non fuerit habita in contractu, ſed ex poſt facto, idem erit ac ſi ab initio malam intentionem habuiſſet: ſi illud poſtea recipiat: niſi diceret Hoſtien. intellexiſſe illa verba: habita in cõtractu. hoc eſt contractu durante. A multis etiam Theologis diffinitur vſura, quòd ſit lucrum ex mutuo principaliter intentum. ſuper quibus vide Marian. Soci. q. 1. in fi. Quam diffinitionem Iul. Clar. in. §. vſura. dicit eſſe tam Theologorum; quam iuriſtarum. Eandem quoq; ponit Sanctus Antoni. in tracta. de vſur. in prin. num. 3. verbigratia, ſi mutuo tibi centum florenos, hac principali intentione vt aliquid plus vltra ſortem recipiam; vel ſi mutuo tibi certas menſuras frumenti, vini, & olei, & huiuſmodi quæ vſu conſumuntur, & plus ex hoc exquiro quam ipſum capitale in valore, vſuram committo.

Hæc autem vſura expectando eius primeuam ſignificationem idem eſt quod vſus. Vnde Cicero aduerſus Verrem. *Cur piratis lucis, vſuram tam diuturnam dediſti.* Et idem pro Rabir. poſthu 30. inquit, *vos obſecro iudices vt huic optimo viro quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis romani, et vſuram huius lucis, et veſtrum conſpectum ne eripiatis.* Lucis ergo vſura idẽ eſt, quod lucis vſus: puta vita. Mox idem nomen ad id deſcendit ſignificandum, quòd ex vſu cuiuſq; rei tanquam eius fructus accreſsit. Idem lib. de ſenec. *Terra nũquam ſine vſura reddit quod accepit.* vbi fructus appellatur vſura ſeminis.

2. Dicitur ergo ab vſu vſura, ſicut a fętu fętura, & a cultu cultura, vt infra dicemus. Propterea dicit Domini. de So. de iuſti. & iur. lib. 6. q. 1. articu. 1. quód ſecundum has ſignificationes non eſt nomen vicij: ſed quia more & conſuetudine accommodatum eſt ad ſignificandum id peculiariter, quod ex vſu pecuniæ aut rei cuiuſq, vſu conſumptibilis ſorti excreſsit. Et dicit huius acommodationis forſan rationem eſſe, vt nomine ipſo, rei peruerſitas per antitheſin denotaretur. Nempe, quòd cum talium rerum vſus quippe qui re ipſa abſumitur ſterilis per ſe ſit veluti fructuoſus ęſtimetur. Dicitur enim ſecundum Doctores cõmuniter ab vſu rei, id eſt pecuniæ, quod in idem reincidit cum priori. ſecundum Lauren. à Rodul. in cap. conſuluit. in prin. num. 9. Goffred. & Hoſtie. per eum allegatos. Dicit tamen Guiler. Bont. in tracta. de vſur. num. 18. quòd cum ipſe cogitaret in iſta materia fuit in opinione vſuram ſimpliciter dici ab vſu non quidem rei vel pecuniæ ſpecificatæ, ſed ab vſu potius temporis. Quare ipſe ibidem. num. 22. vſuram diffinit, quòd ſit lucrum non iure gratuitum certum, vel veriſsimile ex re aliena, pro ſola temporis dilatione proueniens: quia ſi lucrum eueniret ex dependentia conditionis appoſitæ in mutuo, vel ex re propria,

vel ex



vel ex mora, vel ex intereſſe. vt in cap. Salubriter. de vſur. vel ex pœna non fraudulenter appoſita. c. fraternitatis. 12. q. 2. vel ex patientia, vt in conceſsione pecuniæ ad pompam. vt dicit glo. in cap. conquęſtus. tunc quia lucrum non venit ex ſola temporis dilatione, ſed ex aliquo prędictorum: id circo nõ diceretur vſura. Hæc ſententia iuuatur ex dictis Didaci Stellę ſuper lucam cap. 6. ibi *Mutuum dantes nihil inde ſperantes* quo in loco dicit, maxima quippe iniquitas eſt accipere vſuram propter id quo mutuaſti. Primo quia vſurarius vendit tẽpus quod dominus tam diuitibus q; pauperibus voluit eſſe commune ſine vlla perſonarum exceptione. Non enim poteſt eſſe niſi vnicum tempus ſimul, & ſemel: & quia vſurarius vẽdit pauperi tempus quod omnibus commune eſt: merito temporis indigẽtia punitur vſurarius. vt inquit Dauid Pſal. 24. *viri impij non dimidiabunt dies ſuos.* Et licet iſtę diu viuat curis ſeculi in morte occupatus temporis indigentia punitur non habens locum pænitentię. De eo namq; Eccleſiaſti. 29. dicit, *in tempore redditionis poſtulabit tempus.* Ego tamen dicerem, vſuram non tantum ab vſu temporis dici, ſed etiam ab vſu ſortis: cum vt ait Hothoma. lib. 1. de vſur. Ciceronem vſuram appellare incrementum illud, quod cum eo quod accepit debitor reddit, quaſi propter ſortis vſum. vt clare in. c. pleriq; 14. q. 3. vſura ita deſcribitur: vt ſit quicquid ſorti accedit. Idq; ipſum loquendi genus imitati iuris conſulti noſtri ſunt vſuram appellantes, id quod propter ſortis vſum ſimul cum ipſa ſorte redditur. vt ſupra diximus, hoc nomen more & conſuetudine a commodatum eſſe, ad ſignificandum id peculiariter, quod ex vſu aut rei cuiuſq; vſu conſumptibilis ſorti excreſsit: vt nomine ipſo, rei peruerſitas de notaretur. Nam cum talis vſus natura ſterilis ſit, non conuenit ſi pecuniam alteri credideris, quæ aliquandiu apud debitorem fuerit, eius pecunię fructum ab eo exigere: qui fructus apud te nullus fructus erat, ſi pecunia a pud te per-
3. petuo manſiſſet. Et et ſi, vſurã pro vſu, prętio, & æſtimatione vulgo accipiamus, ſcire tamen nos oportet, duas eius ſpecies ſi quis rem ſubtiliter & enucleatè perpẽdat inueniri poſſe. Alteram quæ nomen à ſuo genere diſtinctam habet, quæ vocatur fænus. Alterã vero, quæ in generis ſui appellatione conſiſtit: & vſura nominatur. Fænus quidem eſt naturalis terræ fætus. vt feſtus inquit. Ob quam cauſam & nummorum fætus, fænus eſt vocatum: & de ea re leges fænebres. Et vt ait Gellius lib. 16. cap. 12. fænus à fætu dicitur, & quaſi à fætura quadam pecuniæ parientis atq; increſcentis. Fætus autem prouentus eſt, non auium tantum, & piſcium, vt inquit Valla. lib. 4. ſed generaliter omniũ animalium etiam rationalium: quin & rerum quoq; inanimatarum, vt fęnum terrę fętum dicimus: à quo nomen habet: & fænus fętum pecunię à quo ſimili modo ita vocatur. Vnde in noſtra materia illud intelligi volumus, fęnus eſſe propriè ac ſpeciatim lucrum illud, quod quis captat ex nuda pecunia: veluti cum menſarij quos banquarios noſtri vocant pecuniam mutuo dant, non vt accipienti commodent, ſed vt inde lucrum aucupentur. Ex quo etiam, illorum quęſtus latinè fęnus dicitur. Quod fęnus apud Grecos Τοκων appellatur Ἀφωτιτιωι quod eſt pario. Sicut enim animalia proles ſibi ſimiles pariũt, ſic & pecunia pecuniam. Quare inquit philoſophus, contra naturã eſt hic acquirendi modus. Non enim nũmus veluti terra, aut pecus fecundus eſt vt pariat.

4. Inter autem vſuram & fęnus tantum diſcriminis intereſt, vt nomen vſurę latius pateat, & ſuperius ſit quam fęnus: nempe, quod fænus dumtaxat pro vſura ſtrictè ſumpta vſurpetur: hoc eſt pro eo quod ex ſolo mutuo iniuſte accreſsit. Vſura vero extentius accipitur pro quocunq; augmẽto ex quocunq; contractu etiam dum licitum ſit. Vt ſi quid credita pecunia vendiſti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri ceſſantis auctũ eſt, acceſſio illa vſuraria quidem eſt: non autem fęnebris: ſic enim habet iuriſconſul. in. l.

 cum

cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. Vſurę non propter lucrum petentium (illę ſcilicet quæ legitimę ſunt) ſed propter moram non petentium inſligũtur. Item dum quis de hęreditate, vel re aliqua, etiam de pecunia litigat, ſi vincit, addicitur ei cum ſorte quicquid vſu excreuerit: idq; vſura nuncupatur. Sed tamen vbi de hac re quęſtio nõ habetur, promiſcuus eſt vſus fænoris & vſurę. Velim tamen ſcias, nos hac in parte hoc nomen accipere ſecundum communem vſum theologorum, & Reipublicę, pro illicita vſura contracta: adcò vt ibi quidpiam vel in pœnam, vel ratione moræ, vel aliter iuſte ſoluitur, non exti-
5. metur vſurarius contractus. Quod autem nos vſuram appellamus, hæc apud Ariſtophonem innubibus deſcribitur Τοκος quod partum ſignificat: quia vſurarij rem ſua natura ſterilẽ parturire faciunt. Apud vero Hebraicos vſura Naſach appellatur, à quo neſech, ideſt vſura: ſignificat mordere. vt patet in lib. Numer. capit. 21. vbi dicitur, ſi naſach, ideſt, ſi mordeat ſerpẽs virũ. Dicitur autem vſura morſus: quia vſurarij mordendo aliorũ bona occupãt. Vnde de Vteronomi. 23. vbi nos legimus non fænerabis fratri tuo, Hebræi habent nõ morſum inferes fratri tuo, ſeu non fænore mordebis fratrem tuũ. Vſurarius quippè non tantum quod ſuum eſt recuperat: ſed etiam mordet in proprijs bonis eum cui mutuo tradit ad vſuram vltra ſortem acci-
6. piendo. Sicut enim canis aut ſerpens aut quodcunq; animal mordens trahit ſecum id quod mordet, ſeu morſum, ita pecunia tradita ad vſurã trahit ſecũ aliã partem minorẽ, velut morſum ſuũ ex aliena ſubſtantia. Quamobrem dominus hanc iniuriam veluti ſibi illatam grauiſsimè repetet. Vnde in Exod. 22. dicit, *ſi mutuaueris pecuniam populo meo pauperi.* non dicit tuo ſed meo: vt ſcias, vſuram non à paupere ſed à Deo exigi debere. Quemadmodum enim ab Aſpide percuſſus, dulcedine, & ſuauitate quieſcit donec animã exhalat, quoniã venenum latens per omnia mẽbra diffunditur: ſic, qui ad vſuras accipit, pecunia oblectatur. Sed vſuræ venenum per omnes mẽbrorum facultates diſcurrit, totumq; hominem captiuum reddit. Et qui antea liber erit, vt ſe in libertatem aſſerat, diu, noctuq;, laborat. vt docet Chryſoſto. homel. 12. operis imperfecti. Preterea Baſili. ait, in pſal. 14. ſicut dolores parienti, ſic tẽpus ſtatutum debitori exiſtit, fænus ſupra fænus, malorum parentum mala ſoboles. Vipperas enim dicunt ventrem matris perrodendo naſci, ſic item fænora debitorum domos abſumendo naſcuntur. Semina omnia ſuo tẽpore naſcuntur; animalia quoq; tempore pręſtituto ſuos edũt fœtus. Fænus vero hodie naſcitur; hodie parere incipit. Itẽ lep⁹ ſimul parit, & aliud alit & rurſum ſuperfetat. Nam dãtes ſtatim petunt: & ponentes tollunt, & fęnerant quod pro fænore accipiunt. vt Plutarch. in moralib. Qua in re fęneratores canibus peiores exiſtimãtur: nam canes accipientes mãſueſcunt: fænerator verô accipiẽs irritatur. Non enim conquieſcit allatrans, ſed plura expetit. vt idem Baſil. pſal. 14.

Hinc fit, quòd merito fatendum ſit, vſuram omni iure ſcilicet naturali, diuino, & humano, canonico, & ciuili vetitam eſſe.
7. Primũ etenim, iure naturali vſuram illicitam eſſe, cõſtat aliquot rationibus: quibus efficax fit huius rei demõſtratio. Nam vſurarius contra naturam committit ex eo, quòd facit rem naturalem ſuperualere naturę ſuę: & artificialem arti ſuæ. Ars enim, & natura, ſuo modo denarijs artificialiter inuentis valorem præſtitit iuxta numerationem eorum, & ideo in his vſura eſt prohibita: poſtquã eis natura valorem certũ, & determinatũ conceſsit. Nam alias, cum fænerator numerũ mutuaret vltra numerum aliquid recipiẽdo per vſurariam prauitatem eius valorem tranſcendit. Secunda ratio, quę probat vſuram eſſe contra ius naturale ea eſt, quòd in pecunia rebuſq; alijs mutuabilibus, vſus eſt ipſius rei conſumptio: ſicq; nõ poteſt ſeparari à proprietate nec ab ipſa re. Igitur accipere lucrũ aliquod pro vſu ipſius rei, & demũ rẽ ipſam, iniquum eſt, & praua cũmutatio: cum id



cum id quod non eſt, precio vendatur. Exigit ergo naturæ lex, & regula, quę in cõmutationibus valet, & in æqualitate poſita eſt, vt quantum quis dedit recipiat: quia ſic ſuum recipit, & amplius aliquid exigere eadem lege non licet. Quod quidem apertius demonſtratur, ſi ſpecialius argumentetur. Aut enim creditor capit lucrum iſtud pro ſorte, aut pro vſu ipſius: ſi pro ſorte, ergo bis capit eius æſtimationem: vel capit iniuſtum ſortis valorem. Si pro vſu rei, is non poteſt ſeorſum a ſorte ęſtimari; & ſic bis ſors ipſa venditur: quod ſatis iniquum eſſe conſtat. Huic rationi ſuffragatur iuris conſul. in. l. 2. ff. de vſu fruc. car. rerum quę vſu conſu. Sed de pecunia inquit, recte caueri oportet, his à quibus eius pecuniæ vſusfructus legatus erit, quo ſenatus conſulto non id effectum eſt, vt pecuniæ vſusfructus proprius eſſet. Nec enim naturalis ratio authoritate ſenatus conſulti mutari potuit, ſed remedio introducto, cœpit quaſi vſusfructus haberi. hactẽ⁹ Caius lib. 7. ad edictum prouinciale. Idem tradit Iuſtinian. in. §. conſtituitur. vbi Theophilus. inſti. de vſufruc. paſsimq; obſeruatum eſt, pecuniam vſu ipſius cõſumi. tex. in cap. fi. de pignorib. auth. nouiſsima. C. de adminiſtra. tutor. l. Ariſto. §. fi. ff. de iure deliberẽ. glo. Bar. & Doctor. in. l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad ſenat. conſul. trebelleian. Andr. Tira. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 7. num.
8. 103. Non tamen intelligas pecuniam vſu conſumi, ideſt perire, & minui, id etenim falſum eſt: ſicut palam conſtat. Si quidem eiuſdem valoris cenſetur, ac ſalua manet, etiam ſi millies commutetur; deturq; vel gratis, aut in alterius rei precium. Sed ita accipiendum eſt, quòd frequentiſsimè vulgo dicitur, pecuniam vſu conſumi, hoc eſt vſum pecuniæ in ſumptibus & erogationibus cõſiſtere, atq; per vſum omnino eam ab vtente diſcedere, & in alium transferri: ideoq; quantum ad ipſum vſu conſumi, & perire. Nam vt inquit Couarru. per relanem ad alios, vſus pecuniæ eſt eius cõſumptio, & datio: retẽtio vero, & acceptio eius eſt poſſeſsio. Tertia ratio quæ probat vſuram contra naturam eſſe ea eſt, quòd pecunia pecuniam ideſt res natura ſterilis fructum pareret, quod eſſe nõ poteſt: cum vt ſupradiximus, pecuniæ vſum eius cõſumptionẽ eſſe. Quippe qui vſurarius faceret, vt ea pariant, quæ nunquam pepererunt; & vt ea generent, quę nunquam generarunt. Vult enim, quòd nummi ſui alios nũmos pariant: quodquidem contra naturã eſſe. Didac. Stel. Lucæ. cap. 6. affirmat. Vnde, accipere aliquid vltra ſortẽ pro vſu rei illicitum atq; iniquum eſt: cum potius capiatur ex induſtria aliena, quàm ẽ pecunia quæ nõ fructificat. Sic ſane, vſura apud Latinos dicitur: quia propter vſum ſortis accedit. Quam philoſophi lumine naturali tãtum illuminati adeò reprobarunt, quòd artem fænerandi e Republica tãquam Reipublicæ pernicioſam & damnoſam eijecerunt. vt Ariſto. pri. politi. & Plato. lib. 6. de Republi.
9. Secundo, iure diuino vſuram vetitam, ac prohibitam eſſe, ex pluribus veteris teſtamenti locis demonſtratur. In Exodo enim. cap. 22. dicitur. *Si pecuniã mutuo dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.* Idẽ de Vteronomi. cap. 23. ibi. *Non fænerabis fratri tuo pecuniã ad vſuram nec fruges nec quamlibet aliam rem ſed alieno. Fratri autem tuo abſq; vſura id quod indiget commodabis vt benedicat tibi dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingrediens poſsidẽdam.* Leui. cap. 25. *ne accipias à fratre tuo vſuras nec amplius quam dediſti.* & populo poſt. *Pecuniã non dabis ei ad vſuras.* Itẽ Ezechie. cap. 18. vbi domin⁹ ẽ eo qui ad vſurã dederit locut⁹ ait, ꝙ talis nõ viuet: ſed morieẽ. Prophæ. etiam pſal. 14. inquit, *nõ habitaturũ in tẽplo dñi eũ qui ad vſurã dederit.* c. quoniam. 14. q. 4. & q. eã. c. ſiquis oblitus. Ex nouo deniq; teſtamẽto paſsim ducit vulgaris illę loc⁹ Lucę. 6. *Mutuũ date nihil inde ſperãtes.* Per quẽ locũ Theologi & Canoniſtę frequẽtiſsimo omniũ cõſenſu exiſtimãt, vſurã iure diuino etiã euãgelico vetitam eſſe, prout plura ad hãc rẽ teſtimonia adducit Gulicl. Peral. epiſ. lug. ſumma ẽ vicijs & virtutib. tomo. 2. tra. ẽ auari. cap. 1.

cap.1. Quę etiam euangelij verba Vrbanus pontifex in cap. conſuluit. ita fuit interpretatus ad confirmandam vſurarū prohibitionem de iure euangelico.

10. Cumq; hiſſe iuribus vſuræ vetantur, ſi iudæa aſſerat ſibi licere poſſe dare ad vſuram clare mentitur: vt aduerſus eam clamat. Hieroni. Seuancrola in Homilia. 17. cap. 6. Micheę. inquiēs, *Date mutuū gratis rei publicæ veſtræ. Ne ſeneretis res. Aio enim vobis non patere aditum ſalutis. Neq; tibi Iudææ hoc integrum eſt, vt fæneres. Nec ſi id facis ſalus poteſt tibi contingere. Quod ſi tibi ad vſuram dare licere ais, egregie mentiris. Fuit enim olim dumtaxat permiſſum obſeruicoſum tuum caput. Eſt autem vſura ordini naturæ contraria. Quare eſt peccatum aduerſus naturam ipſam. Aſſero tibi fænus non eſſe licitum. Regredimini ergo omnes ad pœnitentiam.* Quod & iure canonico eiſdem prohibetur vt in cap. poſt miſerabilem. de vſur. ibi. *Iudæos ad remittendas chriſtianis vſuras per principes et poteſtates ſeculares compelli præcipimus* Etenim illud quod dixit dominus Deuteronomi. cap. 23. non fænerabis fratri tuo pecuniam ad vſuram, nec fruges, nec quam libet aliam rem, ſed alieno, intelligitur illud alieno, quia terra promiſſionis erat iudęorū. Deus enim dedit illam Abrahæ, quā multi ex gentilibus ſub tirannide poſsidebāt vt erant Iebuſei, Philiſtei, & reliqui; & quia iſti gentiles contra fas, & ius, terram iudęorum poſsidebant, ipſi vero iudæi illam armis expugnare non valebant, cum innumera gentilium eſſet multidudo eaq; potentiſsima, ideo dominus præcepit iudæis vt ad vſuras pecunias darent gentilibus illis, vt vel ſic recuperarent quod iuſtitia & iure ſuū erat. Et ſic quod dominus inquit, dabis alieno, intelligēdū eſt, de his qui terram promiſsionis incolebant: quia hoc nō erat alienum rapere, ſed quod ſuum eſt redimere. Quòd ſi alias ad vſuram dabant grauiter peccabāt. hæc Didac. Stel. ſuper Luc. cap. 6. ibi. *Mutuum date*. Hoc etiam modo fænerare poterant paleſtinis qui contra ius omne, terram ſuam vſurpauerāt, quam illis dominus dederat, quæ ſua erant ita recuperantes: in quo caſu fęnerare licebat, & non in alio. Sed ſciēdum eſt, quòd his verbis. Sed alieno. quidam vtuntur ad probandum vſuram non eſſe contra ius naturale. Nam cum iudæi aſtricti ſint iuri naturali nihil vnquam aduerſus illud ius eis licuit. Et ideo quibuſdā placuit, eum locum ita eſſe intelligendum vt vſura iudæis minime fuerit permiſſa, nec licita etiam erga alienigenas. Sed tantum diſsimulatione quadam ea permiſsio proceſſerit, & conceſſa fuerit iudæis ad maius malum effugiendum, ob duritiam & auaritiam eorum: ne fratribus pecuniam ad vſurā mutuarent. Sicuti & eis permiſſus eſt libellus repudij. Atq; in hūc ſenſum probarunt Sanct. Tho. 2. 2. q. 78. arti. 1. Caiet. Car. in cle. 1. §. fi. q. 13. de vſur. Conrrad. de contractib. q. 24. col. 2. Hoſtien. in ſumma. ti. de vſur. §. in aliquo. verſ. Octauo. Anna. in cap. 1. de vſur. Alijs vero hac in re viſum eſt, vſuras permitti iudęis propria permiſſione, & earū approbatione, non erga omnes alienigenas, & exteros, ſed tātum erga eos cum quibus bellū iuſtè gerebant: quia tunc non poſſunt exactiones iſtę dici vſurę propriè; ſed impropriè & potiꝰ iuſte exactiones, nempe ab his quorum bona iure belli capi iuſte poſſunt. vt in. c. fi. 14. q. 4. vbi quæſitum ab Ambroſio à quo vſurę ſine peccato exigi, vel recipi poſsint, reſpondetur, quòd ab illo cui nocere merito deſideramus; & cōtra quem bellum iuſtè mouemus, ſed bello vincere non valemus. vide Roman. in ſingul. 265. Hippoly. in. l. 1. §. propterea. nu. 65. ff. de quæſtionib. Socin. in reg. accipere vltra ſortem. ad fi. Conrra. de contractib. q. 42. concluſio. 2. Ioannes à Medina. de acquiſi. per vſu. §. ad tertium. argumentum. & Couar. lib. 3. variar. reſolutio. cap. 1. num. 7. Sed ſi hæc ſecunda interpretatio accipiatur, vt eam Roma. Soci. & Hippolyt. accipiunt, falſa eſt omnino authore Annan. in capit. 1. de vſur. colum. fi. & Couarruuias dicto lib. 3. variar. reſo-

11. lutio. capit. 1. num. 7. Nam licet mihi liceat bellum gerere, & capta in eo bello efficiantur capientis, non tamen mihi licet cum hoſte contractum inire: quia naturæ lege



ræ lege reprobatus ſit potiſsimum, quia cōuentiones iſtę iam non fiūt cum hoſte iure belli, ſed iure pacis, & cōmerciorum ſic non licet ab hoſte emere rē quæ illius propria eſt prius quam iure belli capiatur carius iuſto præcio. & ita eſt plane reſpondendum communi omnium conſenſu. Verum dic, hunc ſecundum intellectum eſſe verum, quoties ab hoſte accipitur vſura & retinetur in compenſationem dāni ab hoſte iniuſto & iniquo illati, vel vbi bona ab hoſte poſſeſſa ſunt ipſius mutuantis, aut ad eum pertinent, quemadmodum bona & prædia hoſtium incolentium terram promiſsionis ad iudæos pertinebant diuina largitione. ſic ſane intellexit Dida. Stel. in loco citato & Conrra. & Theologi vbi ſupra. atq; etiam Couar. dicto cap. 1. variar. reſolu.

12. Tertio, iure pontificio prohibitam eſſe vſuram conſtat ex pluribus conſtitutionibus & capitulis in omnibus titulis de vſuris in quibus non eſt immorandum. Et extat in decreto. 14. q. 3. & ſequen. Ex quibus infertur, non eſſe permittendam exactionem vſurarum: quia inferior non poteſt permittere quod vetuit ſuperior ſcilicet ipſe Deus & Chriſti vicarius. vt probat notabiliter Math. de Aſflic. in deciſio. 22. num. 4. Neq; ipſum Romanum Pontificem poſſe priuilegio, diſpenſatione, alioue iure permittere, vſurarum exercitium

13. ſic, quòd ex eo licitum ſit, vel quod vſurarius immunis reddatur à reſtitutione eorum quæ male acquiſiuit. Nam ſummus Pontifex non poteſt iuri naturali refragari neq; permittere illud quod iure naturæ aut diuino illicitum eſt: quia cum vſurarum crimen vtriuſq; teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquā poſſe fieri non videmus. ita expreſſe habetur in cap. ſuper eo. de vſur. Quod verum eſt, licet prætextu boni dicta diſpenſatio vſurarum exercendarum peteretur. vt in dicto cap. ſuper eo. ibi. *Quia cum ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt ne etiam pro redimenda*

14. *vita captiui vſurarum crimine inuoluatur*. Qui enim hac intētione ſeu boni prætextu mala accipit, vt bene diſpenſet, grauatur etiā potius: quàm iuuetur. Et inquit ſcriptura, hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt domino quæ offeruntur ex ſcelere. Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam: ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt, honora Deū de tuis iuſtis laboribus. Qui ergo male tollit, vt quaſi bene prębeat, ſine dubio dominum non honorat. Hinc quoq; per Salomo. dicitur, qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, idem eſt ac ſi victimet filium in conſpectu patris. Quantus ergo ſit dolor patris perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur; & hinc facile cognoſcitur quantus apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur. vide hæc in. c. non eſt putanda. 1. q. 1. Conſiderēt igitur vſurarij omnes qui vſuras accipiunt vt poſtea miſſas ſeu alia diuina officia in eccleſijs inſtituant, quam parum illis illa vſurarum diſtributio ſeu eleemoſyna proſit, quæ cum ex illicitis rebus acquiratur, eleemoſyna putanda non eſt. Immo Deus potius ex illo ſacrificio oblato de ſubſtantia patris irritatur: quàm placatur. Caueant igitur homines ne ſe huiuſmodi impoſturis contaminent. Eleemoſyna enim non eſt facienda ex fænore, vel vſuris: nec quolibet malè acquiſito. ita Auguſti. in lib. de verb. domini. trac. 35. quē refert Graciā. in. c. 1. 14. q. 5. & ibi in eā. q. c. immolās. Ex iniquo, oblatio eſt maculata. Dona iniquorū nō probat altiſsimꝰ, nec reſpicit in oblationibꝰ iniquorū nec in multitudine ſacrificiorū eorum propitiabitur peccatis. Probātur etiam hæc in tex. c. ſcriptū eſt. 14. q. 5.

15. Cum ergo illud Romanus Pontifex diſpenſare non poſsit, minus principem temporalem id permittere poſſe reſpōdendū eſt. Immo in hoc caſu dictus princeps excōmunicatus eſſet. vt in clemen. 1. de vſur. Princeps autem huiuſmodi ſcelera punire tenetur: nō pmittere, prout clamat Nicol. de Cuſſa. in lib. 3. de cōcor. catho. cap. 40. inquiens, multa regibus incūbere, maxime adulte

adulteria, furta, parricidia, periuria, rapi.
nas, & conſimilia peccata magna cohibe.
re: & de patria expellere. Inſuper deceptio
nes quæ per contractus ac prauitates vſu.
rarias fiunt eradicare. facit tex. in. c. rex.
debet. 23. q. 5. & cap. poſt miſerabilem. de
vſur. Idem etiam fateri oportet in qua.
cunq; conſuetudine, vt cunq; immemo.
riali, & etiam in quocũq; ſtatuto: quæ vſu
rariam prauitatem approbare nõ poſſunt.
Quare ſi prouinciæ ſeu quorumdam loco
rum communitates vſurariam approban
tes quodammodo grauitatem per ſtatuta
ſua iuramento quandoq; firmata vſuras
exigi & ſolui nedum cõcedunt, ſed ad ſol
uendas eas debitores ſcienter compellũt,
ac iuxta ipſorum ſtatutorum continentiã,
grauia imponendo plerunq; vſuras repetẽ
tibus onera: alijſq; vtẽdo ſuper his diuerſis
coloribus & fraudibus exquiſitis repetitio
nem impediunt earundem, non recte ſen-
tiunt: immo prædicta ſtatuta cõtra iura di
uina, pariter & humana eſſe ex ſuperiori-
bus clare hoſtenſum eſt. de quibus expreſ.
ſum habemus tex. in clemẽ. 1. de vſur. quo
tex. ſacro approbante cõcilio ſtatuitur, vt
quicunq; communitatum, poteſtates, capi
tanei, rectores, conſules, iudices, cõſiliarij,
aut alij qui vis oficiales, ſtatuta huiuſmo-
di de cetero facere, ſcribere, vel dictare,
aut quòd ſoluãt vſuræ vel quòd ſolutæ cũ
repetuntur non reſtituantur plenè ac libe.
rè ſcienter iudicare præſumpſerint: ſenten
tiam excommunicationis incurrant. Ean.
dem etiam ſententiã incurri, niſi huiuſmo
di ſtatuta de libris communitatum ipſarũ
ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint infra. 3.
menſes deleuerint, aut ſi ipſa ſtatuta, ſiue
conſuetudines effectum eorum habentes
quoquo modo præſumpſerint obſeruare.
Ex quibus clare infertur, cõſtitutiones Ca-
thaloniæ ſub titu. de vſur. collocatas, vſu-
ras iudæis permittentes condẽnandas eſſe
quas de volumine eſſe delẽdas & in curijs
generalibus chriſtianiſsimè abrogãdas ex
ſupra oſtenſis iudico. Nec ad excuſationẽ
ſufficeret, ſi diceretur, illud ibi pro iudæis
tantum ſtatutũ fuiſſe: quia pro eis id ſtatui
non potuit: cum vt ſupra diximus hoc eo-
dem capit. iudæis non licere fænerare per
vſurariam prauitatem.

16. Quarto, iure ciuili quoq; à tempore Iu-
ſtiniani vſurę prohibitæ & vetitæ reperiun
tur, et licet iure pandectarum conſtet eas
permiſſas fuiſſe. l. placuit. ff. de vſur. & e-
tiam iure. C. l. eos. C. eodem titu. quibus
vſurarum vſuræ & earum exceſſus tantum
prohibebantur, tamen iure authẽticorum
a Iuſtiniano Ceſare vſuras omnino fuiſſe
reprouatas tenẽt glo. in auth. ad hęc. C. de
vſur. in verbo. cadat ipſo iure. glo. in capit.
quia in omnib⁹. in verbo multi. ex. de vſur.
& glo. in. c. quid dicam. 14. q. 4. Quarũ opi.
nionem communem eſſe fatetur. Abb. in
cap. cum ſit. de foro compete. nu. 18. Quẽ
refert Dida. à Couarr. variar. reſolu. lib. 3.
cap. 1. num. 6. Iaſ. in. §. omnes. num. 14. inſt.
de actio. & in. l. cunctos populos. num. 47.
C. de ſumma trinita. & fi. cat. Berous. in ru
bri. de vſur. num. 80. Iul. Clar. in. §. vſura.
verſi. Difficultas. qui dicit, ab hac opinio.
ne tanquam veriori, & magis communi,
non eſſe aliquo modo in practica receden
dum. Ratio autẽ huius opinionis ea fuit,
quòd Iuſtinianus profeſſus fuerit catholi.
cam fidem: ſeq; admiſiſſe illa quatuor cõ-
cilia vniuerſalia: de quibus ipſe loquitur in
auth. de eccleſ. titu. in prin. Interq; erat Ni-
cenum concilium quod vſuras prohibuit
& eas turpes eſſe, ac aduerſus ſacrã ſcriptu.
ram conſtanter aſſerit. c. quoniam mul-
ti. 47. diſtinc. vide etiam Petrum Belluga
in. §. de vſurarijs. num. 4. dicentẽ, hanc eſſe
magis ſanam opinionem. Deniq; in qua.
cunq; quantitate penitus iure regio per
chriſtiani orbis Principes vſuræ damnan.
tur. vt aſſerit Couarruuias dicto libr. 3. va-
riar. reſolutio. capit. 3. Et maxime militat
in hoc Principatu Cathaloniæ ſub pœna
amiſsionis ſortis principalis vna cum eius
duplo.

17. Huius autem prohibitionis vſurarum
rationem multiplicem aſsignari poſſe con
ſtat: quas ad ſex principales fore reducen.
das arbitror. Primũ etenim ſi fęnerare lice.
ret, omnia ferè mala exinde ſequerentur:

ideo



ideo quòd non intenderent homines agri
culturæ niſi quando aliud non poſſent. Ex
quo tanta inſurgeret inopia, quòd paupe.
res famæ perirent. Nam ad terram colen-
dam, homines & iumentis, alijſq; inſtru-
mentis neceſſarijs carerẽt: quia ſi ſunt pau
peres, à ſe prædicta habere non poſſent; ſi
diuites, tunc ipſi culturam fugerent, vt po
tius propter lucrum in vſuris intendant: in
minora & minus cautè lucrari. Et dato
quòd aliquis ſe culturæ daret, adeò victua-
lia cara eſſent, quòd pauperes magno cũ la
bore vitã agerent. Ex quibus, maximum fi
delibus ineſſet periculum. Secunda ratio
eſt, quia vix poteſt eſſe, quin diu debẽs vſu
ras non depauperetur: vt noſtris tempori-
bus clare in hoc Cathaloniæ principatu in
multis vidimus. In quo adeò hæc pęſtis vr
gebat, quòd nobiles de diuitibus pauperes
effecti fuerũt. quorum bona breui tempo
re fæneratores deglutierunt: & pauperes fę
nore trucidarunt. vt in. c. quid dicam. 14.
q. 4. Tertia ratio eſt, quia vix in diligendo
pecuniam euitatur idolatria, quæ alio no-
mine auaritia appellatur. c. quæro. 6. q. 1. &
pecunię amorę læditur iuſtitia. vt in. c. pau
per. 11. q. 3. vbi habetur, quòd cito violatur
auro iuſtitia. Quarta ratio eſt, propter dile
ctionem: quia tenemur ex caritate diligere
proximum ſicut nos ipſos: quod tollere-
tur, ſi ſubueniretur proximo intuitu lucri,
& non caritatis. Quinta ratio eſt, quia res
aliena in mutuo efficitur mea. & ei⁹ rei do
miniũ in me transfertur. vt in. l. 2. §. appella
ta. ff. de reb. cred. & ſic vſus debet eſſe me⁹.
& non mutuantis. Et tamen cõtrarium fit
in vſura. vt in. c. ſi fęneraueris. 14. q 3. Sexta
& finalis ratio eſt, quia vtendũ eſt re ad vſũ
ad quem eſt deputata. c. hi autẽ. 22. q. 2. cap.
perſonales. ex. de appellationib. Et cum pe
cunia non ſit inſtituta ad germinandũ ma-
ximè quia res eſt ſterilis, natq; contrarium
in vſura, ideo vſura prohibita eſt. Vide In.
nocẽ. ſuper rubr. de vſur. & poſt eum Gui.
do. Papæ in tract. de vſur. nu. 5. & 6. & Lau
ren. à Rodul. in cap. conſuluit. in prin. nu.
13. Quare cum ex ſuperioribus ſatis abun-
de conſtet, vſuram omni iure eſſe prohibi
tam, & de rationibus prohibitionis, viden
dum reſtat, an vſura ſit delictũ, & an illud
ſit merè eccleſiaſticum vel mixti fori?

Ex ſupra dictis conſtat euidenter, vſu.
ram apud omnia iura reputari rem illicitã
18. & prohibitam, ideo neceſſario fatendum
eſt, vſuram eſſe delictum: & conſequen-
ter, propter vſuram quem poſſe criminali-
ter puniri. ita ſentit glo. in capit. pernicio-
ſam. de officio ordinar. in verbo canones.
quę dicit epiſcopum poſſe criminaliter in
quirere aduerſus vſurarios. tenet Soci. in
cõſil. 219. nu. 3. vbi notabiliter dicit, quòd
contra tales poterit procedi etiam ad tor.
turam: vt eruatur veritas. per tex. in capit.
grauis. de depoſi. Probat item hanc ſenten
tiam tex. in. l. improbum fęnus. C. ex quib.
cau. infam. irrog. quæ vſurarios pœna infa
mię punit. Cõfirmat eandẽ Alciat. in cap.
pernicioſam. num. 80. de officio ordinar.
vbi inquit, quòd ex quo lex canonica ex-
preſſe reſiſtit tali contractui, vſurę nõ tran
ſeunt in dominium accipientis: vnde talis
quodãmodo furtũ cõmittit. l. ſiquis vxo-
ri. §. cum creditorẽ. ff. de fur. Et hanc dicũt
communẽ eſſe opinionẽ Iacob. Butri. in
dicta. l. improbũ fęnus. Corneus. cõſil. 19.
lib. 3. Alciat. in cap. pernicioſam. num. 76.
& ſequen. Quem etiam refert Dida. ſuper
quarto decretal. in. 2. parte. cap. 6. num. 19.
Refert etiã hanc cõmunẽ opinionem. Iul.
Clar. in. §. vſura. verſ. Et hoc infertur. vbi
dicit, pluries fuiſſe iudicatũ per illum ſena
tũ puniẽdo tales vſurarios pæna extraordi
naria. Alci. quoq; in loco ſupra citato. nu.
82. refert, ſe quãdoq; vidiſſe iudices ſecula-
res procedere contra vſurarios volẽtes exi
gere credita ſecundũ litteras cambij quas
conſtabar eſſe ſimulatas. Ego vero atteſtor
me vidiſſe in concilio Regio criminali hu
ius principatus Cathalonię in anno. 1578.
& 1579. plures actitatos fuiſſe proceſſus cri
minales cõtra diuerſos delatos & inculpa
tos de crimine vſurarũ. Quorũ quidẽ pro-
ceſſuum relator fuit Frãciſcus Puig eiuſdẽ
Regij concilij doctor vir accutiſsimi inge
nij & ſummopere laudãdus. Cuius relatio
ne vidi in dicto Regio cõcilio condẽnari

quendã

quēdā.t. Sala calligariū qui fuit cōdēnatus
in pæna appoſita per regia edicta prohibē
tia quamcunq; vſurarū ſpeciem quę erat
amiſsio ſortis principalis vna cum eius du
plo: & inconſequentiam ad reſtituendas
vſuras in debitè exactas & extortas. Solet
etiam crimen hoc pœna arbitraria puniri
pro vt etiam illos punit & torturę ſubijcit
parlamentum Pariſienſe vt refert Iul. Clar.
in dicto. §. vſura. verſ. Et ex hoc.

19. Et quamuis ex ſupra dictis colligamus,
tam iudices laicos, quàm eccleſiaſticos poſ
ſe d̄ huius modi ſcelere cognoſcere, tamē
hæc quęſtio an hoc crimen ſit mere eccle-
ſiaſticum, vel mixti fori, multum inter do-
ctores controuerſa eſt. Qui cum videant,
infra legitimum modum vſuram de iure
ciuili eſſe permiſſam. vt in. l. placuit. &. l. pe
cunię fænebris. ff. de vſur. &. l. cos. §. ſi quis
ita. C. cō. titu. ſunt quidam qui fatentur, iu-
dicem ſecularem non debere procedere
contra tales: quia quod fit lege permitten-
te pœnam non meretur. vt. l. Gracchus. C.
ad leg. iul. de adul. Idem mouet Alciat. in
cap. pernicioſam. num. 77. de officio ordi.
Quam opinionem ſequūtur Bal. & Saly cet.
in. l. improbum. C. ex quibus cau. infam.
irro. Et mouentur, quia non reperitur legi
bus cautum, quòd cōtra tales criminaliter
procedi poſsit. Ideo nos breuibus hanc
quęſtionem reſoluentes dicamus, hac in re
duas fuiſſe opiniones. Quidam enim exiſti
marunt crimen hoc eſſe merè eccleſiaſti-
cum. Alij vero tenuerunt non eſſe merè
eccleſiaſticum: ſed potius mixti fori. Dicē-
tium eſſe mere eccleſiaſticum opinio fun-
datur ex glo. in capit. cum ſit generale. in
verbo. malefactores. de foro competen. &
ex alia glo. in cap. 1. d̄ officio ordi. & in cle
men. diſpendioſam. de iudi. Quibus ſuffra
gantur tex. in cap. 1. & 2. & cap. pręterea. d̄
vſur. vbi laici vſurarij à iudicibus eccleſia-
ſticis puniuntur excommunicationis pœ
na. Quo fit, vt de vſurarum ſcelere mini-
me valeat iudex laicus cognoſcere. Aliorū
vero opinio fuit, vt hoc crimen mixti ſit
fori, ita vt iudex laicus poſsit iſtā cauſam
inter laicos iudicare; & eccleſiaſticus inter

20. clericos. Et hæc ſecunda opinio non mo-
do ex recētioribus doctoribus, in qua om
nes concordant, verum etiam ex antiquiſ-
ſimis & grauiſsimis viris tam iuris ciuilis
quam pontificij conprobatur. Confirmat
enim eam Saly. in. l. cos. §. ſi. num. 8. C. de
vſur. Archi. in. c. quid dicam. 4. q. 4. Gaſp.
Cal. inter conſilia Ancharra. reſpon. 236.
Barba. in cap. cum ſit generale. de foro cō-
peten. tenet Dida. à. Couar. ſiue quæſtio iu
ris, ſiue facti proponatur, in lib. 3. variar. re-
ſolu. cap. 3. Quem ſequitur Ioan. Baptiſ. de
Lu. in cap. quamquam. num. 66. de vſur.
vbi alios hanc opinionē approbantes alle-
gat, ad quem me remitto. Quid autem hac
in re tenendum obſeruādumq; ſit, ex in-
fra ſcriptis facile decidi percipiq; poterit.

Primo enim falſo aſſereretur vſuras ſo-
la lege pontificia, vel pontificia & natura-
li ſimul prohiberi: cum & iure ciuili quoq;
fuerint improbatæ. vt in. l. cos. C. de vſur.
& in. §. 1. in auth. de eccleſiaſti. titul. vbi Iu-
ſtinianus præcipit quatuor concilia ſerua
ri inter quę eſt concilium Nicenum quo
vſuræ prohibentur. Immo penitus in qua
cunq; quantitate iure Regio per chriſtiani
orbis principes damnantur. vt aſſerit Co-
uar. dicto. lib. 3. variar. reſolu. cap. 3. Quod
etiam in præſenti principatu Cathaloniæ
obtinet locum. vt ex Regijs edictis in pro-
ceſſu inſertis videre eſt. Quo fit, vt fatea-
mur, crimen hoc non eſſe merè eccleſiaſti
cum; ſed potius mixti fori: & ſic ad iudicē
ſecularem, quando eius iuriſdictio præuē
ta fuit huius criminis cognitionem perti-
nere & ſpectare. Quinimo, nullibi ius pon
tificium vetuit iudicem laicum de hac cau
ſa cognoſcere: immo ſuper vſuris iudici-
bus ſecularibꝰ iura dicere permiſsit, & ius
litigātibus reddere. cap. poſt miſerabilem.
de vſur. ibi. *Iudæos ad remittendas chriſtianis
vſuras per principes et poteſtates ſeculares cōpel-
li præcipimus.* Quod ſi hoc crimen mere ec-
cleſiaſticum foret, profecto ius canonicū
alicubi laicos iudices id tractare prohibuiſ
ſet. iuxta cap. tuā. de ordi. cognitio. cap. 1. la
tor. cauſamq;. cap. 2. qui filij ſint legi. cap.
inquiſitionis. §. inhibemus. de hæreti. in. 6.

Et cer



Et certe hoc argumentum non eſt ius cani
cum quod hoc prohibeat nō eſt inſimum
in iure. vt inquit Domini de Sot. de iuſti.
& iu. lib. 6. q. 1. arti. 3. ergo. cc. Secundo
prędicta iuuātur ex doctrina Iaſo. in. l. quo
tiens. nu. 8. C. de iudi. vbi ipſæ in ea eſt ſen-
tentia, quòd licet iudex laicus nō poſsit de
cauſa ſpirituali cognoſcere, poterit tamē
cognoſcere de cauſa vſurarum, quando
per ſtatutum ciuitatis inſtrumentum præ-
ſumeretur vſurarium & pars fundat ſe in
dicto ſtatuto: quia cum tunc non ſit quæ-
ſtio iuris canonicalis, ſed municipalis, ſeu
ſtatutarij, poteſt iudex laicus cognoſcere.

21. Tertio relicto ad partem quod iure ci-
uili, regio, & Ceſareo vſuræ prohibentur,
tamen dico, quòd licet iure canonico tan
tum contractus illiciti vt ſunt vſurarij &
ſimiles prohiberentur, qui vero ſint illegi-
timi lex ciuilis & humana docet ad quam
pro huiuſmodi confugiendum eſt ex ſen-
tentia & opinione Glaudij Guilia. in Euan-
gelio. ſecundum Mathe. cap. 5. ibi. *Et volen-
ti mutuare à te ne auertaris.* in hæc verba di-
centis. *Sacræ litteræ docent quidem reyciendos
eſſe illegitimos contractus, ſed qui ſint illegitimi
lex ciuilis et humana docet: ad quam pro huiuſ-
modi confugiendum eſt.* Nam quemadmodū
in re medica ſacræ litterę docent licere vti
naturalibus & ordinarijs pharmacis non
autem docent quæ pharmaca cui morbo
admouenda ſint ſed reijciunt hoc ad iudi-
cium Galeni, Hypocratis, & aliorum medi
corum, ita in contractibus ciuilibus ſacræ
litteræ docent quidem pio homini licere,
legitimis contractibus vti, non autem ex-
plicant, qui cōtractus ſint legitimi: ſed reij
ciunt hoc ad leges & iudicia magiſtratum.
Ergo hac attenta ratione patet, iudicem lai
cum poſſe ſuper validitate contractuum
vſurariorum & ſimlium cognoſcere.

22. Quarto quòd ad dominum Regem cog
nitio huius criminis quoq; pertineat pro-
batur ex alio Nicolai de Cuſſa elegantiſsi-
mo dicto in lib. 3. de concordan. catholi.
cap. 40. vbi clamat, multa regibus incum-
bere, maximè adulteria, furta, parricidia,
periuria, rapinas, & conſimilia peccata ma
gna cohibere, & de patria expellere. vt ha-
betur in. c. rex debet. 23. q. 5. in ſuper dece-
ptiones quæ per contractus ac prauitates
vſurarias fiunt eradicare. Ergo. cc.

23. Quinto probatur, quia hoc vſurarū cri
men ſapit furtum & rapinam. c. ſiquis vſu
ram. 14. q. 1. & ſcribentes omnes cum ca-
noniſtæ, tum legiſtæ varijs in locis fatētur.
Quod nec tacent Doctores ſacræ ſcriptu-
ræ vt refert Thom. de Merca. in ſuo lib. de
contractib. fol. 39. pag. 2. allegans Ambro-
ſium & Auguſtinū dicentes, idem eſſe pau
peri veſtes furto ſubſtrahere, quòd diuiti
mutuo ſub vſuris dare. Et ideo vſurarij a-
pud omnes latrones appellantur. qui mor
dēdo aliorū bona occupāt. Et ſic vſura idē
eſt quod morſus; quæ apud Hebraicos Na
ſach appellatur: à quo neſech, id eſt vſura
ſignificat mordere. vt atteſtatur Dida. Stel.
in Lucam. cap. 6. ſuper verb. mutuum date
& nihil inde ſperantes. Sed pro furto addi-
tur iudex laicus: quod de ſe patet. Ergo &
pro vſura inter ſeculares & laicos adeun-
dus eſt. Hoc argumentum cōfirmat Dida.
à Couarru. in dicto libro. 3. variar. reſolu.
cap. 3. quem ſequitur Ioā. Baptiſ. de Lu. in
cap. quanquam. num, 66. de vſur. vbi aſſe-
rit, crimen iſtud nihil plus habere quā ho-
micidium quā furtū, quàm & ſimilia ſcele
ra: quæ in dānū & iniuriam proximi perpe
trantur. Nec poteſt optima ratio diuerſita
tis dari, quare magis hoc crimen dicatur
merè eccleſiaſticum, quàm homicidiū, &
furtum. Nam ſi lege naturali, & diuina, vſu
ra prohibetur, eiſdem quoq; iuribꝰ homi-
cidium & furtum prohibentur: & ideo nō
dicuntur crimina merè eccleſiaſtica: nec
etiam vſura dici debet. Præterea nō ſequi
tur, quòd licet ab initio crimen vſurarū ſo
la lege pontificia prohibitum ſit eſſe mere
eccleſiaſticum: cum tamen & per leges ci-
uiles ſeculares, & nunc vetitum ſit, cum &
furta homicidia, ſacrilegia, & alia à iure di-
uino ceperint ꝓhiberi. Nec ideo ſunt me-
rè eccleſiaſtica. Immo iudex laicus poterit
de his cognoſcere. Ergo idē eſt dicendum
de vſura.

Sexto facit, quia ſi iudex laicus impedi-

K retur

retur cognoſcere de cauſa vſurarum ideo quia pars dubitando de iure firmat ius & de iure coram eccleſiaſtico iudice iã facti quæſtione propoſita coram iudice ſeculari ſequeretur, quòd idem eſſet iudicãdum de homicidio, furto, ac alijs delictis in quibus ſemper idem dubiũ iuris formari poſſet. At hoc fieri nequit, nec debet: quia tota regia iuriſdictio ſingulis diebus proquolibet ãlicto impediri poſſet: ita firmãdo ius & de iure corã eccleſiaſtico. Vt ergo hoc in conueniẽs tollatur, neceſſe eſt fateri huius delicti vſurę, ac aliorum delictorũ cognitionem ad iudicem ſecularem cuius iuriſdictio preuenta fuerit, facti quæſtione propoſita, pertinere & ſpectare.

Nec refragari poteſt ſi dicatur, quòd ex hac decaratione an factum propoſitum ſit vſurarium vel non inducatur materia peccati: nã hoc eſt falſum, quando ius in facto ſuper quo dubium formatur iam eſt certũ & determinatum. Nam quando ius eſt certum & determinatum, ſolum cenſetur propoſita quæſtio facti, & illud factum venit decidendum ſecũdum illud ius certum & determinatum: cum ex facto ius oriatur, & illa ſint inſeparabilia. vt tenet Corn. conſil. 19, num. 8. & conſil. 227. nu. 3. vol. 3. pro quo allego elegantẽ Baldi doctrinã in cap. clerici. nu. fi. de vita & hones. clericor. vbi querit, an iudices ſeculares poſsint ſe intromittere de reſtitutione vſurarum certarum, & reſpondet, quòd ſic, allegans tex. in cap. poſt miſerabilem de vſur.. Sed inquit, quòd de reſtitutione vſurarum incertarũ ad eos non ſpectat cognitio quia cauſa eſt eccleſiaſtica vt not. in c. in ſumma, 11. q. 1. in clemẽ. diſpẽdioſam. de iudi. Vbi ergo vſurę ſunt certæ, nõ eſt cognoſcere: ſed cognitum eſſe. arg. l. fi. C. de compẽſationib. Sed quando in re ius habemus certũ vt puta, in materia cambiorũ pro quibus nunc extat conſtitutio Pij Quinti prohibẽtis cãbia ſicca & illa quę ita confinguntur, vt cõtrahentes ad certas nũdinas ſeu ad alia loca celebrare ſimulãt ad quæ loca hi qui pecuniã recipiunt litteras quidẽ ſuas cambij tradunt ſed non mittũtur vel ita mittũtur vt tranſacto tempore vnde proceſſerant inanes referantur: prohibentis etiã cãbia, quando quiſquã non eſt in nundinis qui litteris receptis ſolutionẽ faciat: nam tũc ſi factũ aliquod contra dictã diſpoſitionem proponatur corã iudice laico, quæſtio facti propoſita cẽſetur: quod quidem factũ â dicto iudice laico per dictam Pij Quinti conſtitutionẽ ſeu extrauagantẽ decidi poteſt. Et hoc modo cẽſeo poſſe facilè reſpõderi glo. in cap. cum ſit generale. in verbo. malefactores. de foro cõpeten. vt intelligatur, quãdo vertitur dubiũ ſuper aliquo caſu non deciſo: & dubitatur an illud ſit peccatũ vel nõ. Nã tunc declaratio Illius dubij ex quo inducitur materia peccati ad eccleſiã pertinebit, prout dicta glo. ſe ipſam declarat ibi in verbis. & ã quocũq; peccato. Sed quãdo caſus eſt deciſus, in quo adulteriũ, periurium, vel vſura cõmittitur, tunc, ſi aliquis de illo caſu accuſatur corã iudice laico, nõ erit dubiũ quod iudex laicus poterit recognoſcere: & illud factũ declarare iuxta deciſionẽ iam factã & ita in praxi fieri quotidie videmus in periurio, adulterio & ſacrilegio cõtra laicas pſonas: & proinde idẽ eſt ſtatuendũ in vſura, & in alijs criminibus, etiã iure canonico prohibitis. Ita etiã decidit Petrus Bellu. in ſpeculo princi pũ. §. de vſurarijs. nu. 19. quẽ in caſu occurrẽti rogo videas: exceptis tamẽ criminib⁹ hæreſis, & ſimoniæ, ideo, quòd iure ſuper naturali vetanť cũ ſint cõtra ea quę p Deũ aut eccleſiã catholicam ſuper naturaliter ſũt inducta & reuelata: quaten⁹ cõmittũtur cõtra eccleſię ſacramẽta & articulos fidei.

Septimo & finaliter pro hac opinione adducendũ eſt dictũ Bal. in cap. ex litteris. nu. 4. de iure iuran. vbi tenet, quòd quãdo notorie cõſtat de vſuris, liquidũq; eſſe cõtractũ eſſe fęneraticiũ, iudex ſecularis poteſt cognoſcere: & cõtractum reſcindere.

Hãc opinionem ſupra ſcriptis fundamẽtis corroboratã approbat & reſoluit. Iul. Clar. in proxi. q. 37. verſi. Quæro igitur. inquiens, eam abſq; difficultate procedere, quãdo criminaliter agitur: quia vterq; iudex tã eccleſiaſticus, quã laicus poteſt pro

ipſo



ipſo crimine criminaliter contra vſurariũ procedere. & q ita praxis obſeruat. Quando vero ciuiliter tunc diſtinguit, quòd aut vertitur quæſtio iuris ſuper vſura, ſcilicet nunquid contractus ſit vſurarius vel non, & tunc dicit, ad iudicẽ eccleſiaſticũ cognitionẽ ſpectare, & quòd iudex ſecularis nõ poteſt ſe in ea vllo modo intromittere: & hãc dicit eſſe cõmunem opinionẽ. Quam confirmat Soci. cõſil. 88. nu. 23. lib. 4. Alcia. in. c. 1. nu. 77. de officio ordina. Aut vero vertitur quæſtio facti ſuper vſura, puta qa non refricatur in dubium an contractus ſit vſurarius vel ne, ſed ſolummodo repetuntur vſuræ, & tunc dicit, vtiq; laicum eſſæ iudicẽ competentem. allegat ibi concordãtias quas vide per eum. Quæ omnia tamẽ dicit eſſe intelligenda vt procedant, quando principaliter in iudicio deducitur quæſtio vſurarũ. Ceterũ, quãdo incidenter opponitur per modũ exceptionis contractũ eſſe vſurariũ, tunc bene poteſt iudex laicus cognoſcere etiam ſuper quæſtione iuris: & cõtractũ ipſum tanquã vſurarium annullare, & reſcindere. Quam opinionẽ dicit cõmunem tam apud canoniſtas quã legiſtaſ. Guido Papę in conſil. 180. num. 2. Sed quãdo criminaliter agitur, indiſtincte procedit, quod vterq; iudex tã eccleſiaſticus, quam laicus poterũt cognoſcere vt ſupra
24. dictũ fuit. Et ſecũdũ hac vltimã opinionẽ fuit declaratum peradmodũ Regium Cãcellariũ Cathaloniæ interuenientibus Michaelle Quintana, Damiano Oſſet, Hieronimo Planes, & Michaelle Ferrero, doctoribus Regij Concilij criminalis. die. 11. mẽſis Maij. 1579. in cauſa cõtentionis iuriſdictionis ortæ inter curiã ſecularẽ Regiæ audientiæ, & curiã eccleſiaſticã officialatus Barcinonę partibus ex altera, ſuper iuris firma in dicta curia eccleſiaſtica facta per Petrũ Sala calligariũ prætendentẽ, articulũ iuris in dicta curia eccleſiaſtica an cõtractus aliqui per eũ celebrati ſint vſurarij ad curiã eccleſiaſticã pertinere, & pendẽte declaratione dicti articuli, inhibendum eſſe curiæ ſeculari, ne de his ſe intromittat. Et cũ fiſci procurator Regiæ curię pretenderet, contractus de quibus Petrus Sala in Regio criminali cõcilio impetebatur vſurarios eſſe, nullũq; probabile dubiũ neq; conſiderabile iuris in his poſſe reperiri, aut proponi, fuit declaratũ, quòd cũ ex meritis proceſſus conſtaret, nullũ probabile nec conſiderabile dubiũ reſultare an dicti contractus eſſent vſurarij nec ne, prędictę iuris firmæ locũ non fuiſſe nec eſſe: ſed cognitionẽ dictæ cauſæ ad curiã ſecularẽ Regiæ audientiæ criminalis pertinere, & ſpectare: & in ea fore & eſſe pertractandã, & fine debito terminandã. Similis declaratio facta fuit per eundẽ Regiũ Cancellariũ interuenientibus doctoribus Regij cõcilij. die 24. Decẽbris. 1578. in cauſa cõtentionis iuriſdictionis ortæ inter dictas curias ſuper iuris firma in dicta curia eccleſiaſtica facta per Frãciſcum Caſſador militem & ciuem Barcinonę.

## Cap. 31. In quo reſoluitur, quibus pœnis vſurarij puniantur & quod principes ſeculares in ſuis regnis poſſunt arbitrariè imponere pœnas cõtra vſurarios.

1. *VSurarius de iure ciuili pœna infamiæ punitur.*
2. *Vſurarij publici eligi non poſſunt ad dignitates eccleſiaſticas.*
3. *Clericus vſurarius iuris infamia punitur.*
4. *Vſurarij manifeſti quod modis eſſe dicantur.*
5. *Vſurarij manifeſti puniuntur diſpoſitione tex. in cap. quia in omnibus. de vſur. et ibi de intellectu cap. quanquam. de vſur. in vi.*
6. *Vſurarijs manifeſtis ante vſurarum reſtitutionẽ interdicitur teſtamenti factio, adeò quòd ſi teſtamentum condiderint, iure pontificio dictum teſtamentum ipſo iure eſt nullum.*
7. *Teſtamẽtum factum ab eo qui vſurarius non erat ſi poſt modum ille talis efficiatur manifeſtus vſurarius, irritum erit eius teſtamentum.*
8. *Teſtamentum vſurarij manifeſti etiam præſtita canonis cautione non valet, ſi poſt dictum teſtamẽtum ſecrete etiam crimen commiſſerit.*
9. *Legata ad pias cauſas in teſtamentis manifeſtorũ vſurariorũ relicta, non præſtita canonica cautione nõ debentur: ſed cõtraria opinio verior eſt vt hic*



*Princeps*

10. *Princeps ſecularis non poteſt ſtatuere quòd teſtamenta manifeſtorum Vſurariorum Valeant, non ſeruata forma cap. quãquam. de Vſur. in. 6.*
11. *Diſpoſitio cap. quanquã de Vſur. in. 6. nõ ſolum obtinet aduerſus manifeſtos Vſurarios ex cauſa mutui: ſed et contra eos qui manifeſtè Venditionis et emptionis titulo Vſuras exercent. Item etiã contra iudæorum manifeſtorũ Vſurariorũ teſtamentum atq; codicillos.*
12. *Vſurari⁹ manifeſt⁹ nõ poteſt cauſa mortis donare.*
13. *Teſtamentum conditum amanifeſto Vſurario non præſtita canonis cautione ſi poſt dictũ teſtamẽtum præſtatur talis cautio teſtamentum recõualeſcit: et Validum efficitur.*
14. *Vſurarij pati debent quòd expellantur, et eijciantur à ciuitate.*
15. *Clerici Vſurarij ab obtinẽdo beneficio repellũtur: et an ab officio et beneficio ſuſpendantur: ibi.*
16. *Vſura peccatũ eſt: et pertinaciter affirmans non eſſe peccatum Vt hæreticus puniendus eſt.*
17. *Vſurarij pœnis gehennalibus non facta reſtitutione tenentur.*
18. *Obligatus reſtituere, non ſolũ ſufficit quòd reſtituat, ſed oportet etiam quòd pœniteat.*
19. *Vſurarij moriũtur Vt animalia bruta, Vel aliquo terribili iudicio de eis contingente, Vt hic exẽplis demonſtratur.*
20. *Vſuræ Vitium tranſit ad ſucceſſores.*
21. *Vſurarij Varijs pœnis arbitrarie per principes ſeculares in ſuis regnis impoſitis coerceri ſolent.*
22. *Concluſio Regij concilij.*

GRauiter puniendus grauiſsimiſq; pœnis afficiẽdus eſt vſurarius, qui in dãnũ & iniuriã proximi vſurã cõmittit: pauperis oſſa rodiẽs, & cõſumẽs. Vſuram furtũ, vſurariũq; latronem eſſe, varijs in locis demonſtratur. Legitur enim apud Ambroſ. & Auguſ. quos Thom. de Mer. in ſuo tractatu. de cõtractib. licit. vel illici. in lingua Hiſpana compoſito refert fol. 39 pag. 2. idẽ eſſe pauperi res furto ſubſtrahere; quòd diuiti mutuo ſub vſuris dare. Ad hęc Couarr. lib. 3. variar. reſolu. c. 3. quẽ ſequitur Ioan. Baptis. de Lup. in cap. quanquã. num. 66. de vſur. quibus in locis aſſerunt vſurã furtũ, & rapinã eſſe. De quibus expreſſũ habemus tex. in. c. ſiquis vſurã. 14. q. 4. & ibi glo. in verbo. rapinam. vbi rapina largè interpretatur pro qualibet iniuſta vſurpatione. vt in. c. meretrices. 32 q. 4. Quodquidem Doctorẹs qui de hac re diſputationem inſtituunt cõmuniter ſentiunt. Nimirum ergo, ſi pœnas vſurarius pati debeat. Patitur enim vſurarius non ſolũ pænas tẽporales, verũ etiam & gehennales, ſeu ſpirituales: quia cum ipſe ſicut & quilibet alter qui accepit aliena iniuſte, vel detinet, nõ ſolum oportet quòd doleat & cõfiteatur & proponat abſtinere in futurũ, ſed neceſſe eſt, quod reſtituat aliena ſi poteſt. Nam vt alias dicitur in iure, non dimittitur peccatũ niſi reſtituatur ablatum. de reg. iur. in 6. Sequitur, quòd ſi non reſtituit cum poteſt minime a gehennali pœna excuſetur.

1. Et in cohando primo è iure ciuili dico, vſurarium de iure ciuili pæna infamiæ puniri. probatur in. l. improbum fænus. C. ex quibus cau. infa. irro. Et inter alia dicitur, quòd aliquãdo contrahitur ipſo genere facti, vt exercentes improbũ fęnus & illicitè exigentes vſuras. Quę quidẽ infamia ipſo iure irrogatur. glo. Cyn. Alber. & Salycet. poſt Azon. in ſumma. in dicta. l. in probũ fęnus. Panor. nu. 2. Anchara. & alij in cap. inter dilectos. de exceſsib. pręlat. quo in loco iure pontificio fere hæc ipſa pæna probatur. Idem adnotauit Matheſilla. ſingul. 197. quorũ opinionẽ Couar. in dicto lib. 3. variar. reſo. cap. 3. num. 2. fatetur cõmunẽ.

Et licet dubitari poſſet an hoc ſit admittendum in his qui exercẽt vſuras intra modũ & limites diffinitos Ҫeſarũ. in. l. eos. C. de vſur. cũ tex. in dicta. l. improbũ. videatur eos tãtũ hac nota afficere, qui vſuras vltra limites legis ciuilis ideſt vltra centeſsimã exercent, cũ alię vſuræ intra cẽteſsimas permiſſæ forent, & ſic non ſit veriſsimile legẽ Ҫeſareã infamia eos affeciſſe, qui ſecundũ eius permiſsionẽ & eius authoritate fęnori darent. Tamen cũ leges ciuiles improbũ fænus exercẽtes infamia affecerint, & iure naturali, & canonico, indiſtincte quacũq; in quãtitate vſuræ in maximã Reipublicę vtilitatem improbæ ſint, & prohibitæ: ſatis eſt



eſt conſonum, legislatores non abhorrere hanc huius criminis punitionem (leges enim hac in re ſubſeruiunt apud Chriſtianos prohibitioni iuris põtificij) quod iuxta naturalẽ inſtitutionem vſuras maximis execratur prohibitionibus. hanc ſequuntur ſententiam Guliel. de Cu. Petr. Iacob. Butri. Cyn. Salicet. & alij in dicta. l. improbum. cuius glo. non obſtat, quæ cõmuni omnium conſenſu reprobatur.

2. Et propter hãc iuris infamiã publici vſurarij eligi non poſſunt ad dignitates eccleſiaſticas. vt in. c. de Petro. 47. diſtinc, vbi Gregori. inquit, amatoribus vſurarũ nulla ratione manus imponim⁹: quia ſunt infames vt in dicta. l. improbum. Et per cõſequẽs ad dignitates & officia aſpirare nõ poſſunt. l. neq; famoſis. C. de dignitatib. lib. 12. cum ſimilib. Et quòd vſurarij publici non valeãt promoueri ad dignitates, & officia, tenet expreſſe Iaſ. de May. in. l. Barbarius. col. 4. ff. de officio prætor.

3. Quam quidem iuris infamiam in clericum vſurarium extendendam eſſe fatẽtur Abb. in dicto cap. inter dilectos. d̃ exceſſib. præla. & Couarr. dicto lib. 3. variar. reſolu. cap. 3. nu. 2. in fi. Et an hac ratione clericus vſurarius repellatur ab obtinendo beneficio. vide Couar. in dicto loco num. 3.

Sum tamen opinionis illorũ, qui prædicta reſtringũt in vſurario publico, qui etiã ante ſentẽtiam notatus & affectus eſt infamia facti, & infamia iuris, & nõ in vſurario occulto qui nec iuris infamia afficitur, donec eius crimen detectum fuerit per ſentẽtiam. ita ſcribit Salycet. in dicta. l. improbũ fænus. num. 4. Cuius opinioni ſuffragatur tex. in dicta. l. improbum fænus. dum exercentes improbum fænus, infamia afficit: quaſi exercitiũ ei⁹ criminis requirat quòd publicè pateat. Quod iuuatur ex cap. inter dilectos. de exceſsib. prælato. ibi. *Qui frequẽter mutui dationem exigit, non alia ex cauſa quã quòd ad infamiam etiam iuris neceſſarium ſit delictum non eſſe omnino occultum.* Quod & ratione conſtat: quia infamia etiam iuris ex delicto naſcitur. tex. in. l. cognouim⁹. ff. de var. & extra ordinar. cognitionib.

Secundo manifeſti vſurarij puniuntur pœna diſpoſitionis. cap. quia in omnibus. de vſur. Pro cuius declaratione, primo eſt præmittendum qui dicantur vſurarij ma-
4. nifeſti. Et quidem vſurarij manifeſti quatuor modis eſſe dicuntur. Primo dicitur manifeſtus vſurarius qui palam, & publice fęneraticiam artem exercet: ita vt ipſa operis & patrati ſceleris euidentia nullam excuſationem habeat. cap. euidentiam. de accuſationib. ſentit idem Bar. in. l. fur eſt manifeſtus. num. 3. ff. de fur. & in hoc omnes conueniunt. vt Couar. lib. 3. variar. reſolu. cap. 3. num. 4. & Iul. Clar. in. §. vſura verſ. ſed hic quæro. Secundo dicitur vſurarius manifeſtus, qui coram ſacerdote, & teſtibus, publicè fateatur ſe eſſe vſurarium & mandet reſtitui vſuras. ita dicit glo. in dicto cap. quãquam. in verbo. manifeſti. de vſur. in. 6. Quam glo. ita intelligunt Archidiac. & Domini. ibi. & Abb. in concil. 2. colum. 1. lib. 2. Abb. idem & Anna. in capit. quia in omnibus. colum. 5. de vſuri. Bal. in. l. 1. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Felin. in cap. auditis. col. pen. de præſcriptionibus. Quorum opinio communis eſt. ſecundum Soci. in conſil. 227. num. 1. lib. 3. & Iul. Clar. in dicto. §. vſura. verſ. Sed hic quæro. Quam etiam ſequitur Couar. dicto. lib. 3. variar. reſolutio. cap. 3. nu. 4. vbi addit, quòd ſi prędictorum doctorum rationes conſideremus, non refert an fiat ea confeſsio extra iudiciũ coram ſacerdote, vel notario, modo facta fuerit corã teſtibus: ita palã & publicè, quòd in pluriũ aures, cognitionẽ, & ſcientiam peruenerit. Nam & hi Doctores ea ratione eorũ ſententiam probant, quòd ore cõfitentis crimẽ iſtud effectũ ſit manifeſtũ. Tertio dicitur manifeſtus vſurarius, ille qui in iudicio confeſſus eſt ſe eſſe vſurariũ. ita dicit glo. in cap. 1. in verbo. manifeſtos. de vſur. in. 6. quam Doctores ibi ſequuntur. Iure etenim ea confeſsio manifeſtum facit. vt in capit. fi. de cohabita. cler. & mulier. ibi. *Niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam ſeu confeſsionem factam in iure.* Quarto dicetur manifeſtus vſurarius qui ob crimen iam à iudice per ſen-

 tentiam

tentiā dānatus fuerit: cū iudicis pronuntiatio quid notoriū efficiat. vt in dicto capit. ſi. de cohabi. cleri. & mulier. & eſt glo. in dicto cap. 1. in verbo. manifeſtos. de vſur. in. 6. Et dicunt eſſe communem Couarru. & Iul. Clar. in locis iam ſupra citatis.

5. Superioribus præmiſsis vt ad rē redeamus, dico ſecundo vſurarios manifeſtos puniri diſpoſitione tex. dicti capit. quia in omnibus. de vſur. videliſcet quòd tales ad cōmunionē non admittantur altaris, nec chriſtianam ſi in hoc peccato deceſſerint accipiāt ſepulturam, nec eorū oblationes quiſquam accipiat. vt in dicto cap. quia in omnib⁹. In his etenim caſibus ſat erit eſſe quē vſurarium manifeſtū operis euidētia, confeſsione iudiciali, extraiudiciali, vel iudicis condemnatione, iuxta ea quæ ſupra præmiſsimus.

Quæ quidem Roma. Pon. extēdere voluit licet manifeſti vſurarij de vſuris quas receperāt ſatisfieri expræſſa quātitate, vel indiſtincte, in vltima volūtate mādauerint: quia nihilominus debet eis eccleſiaſtica ſepultura denegari donec de vſuris ipſis fuerit prout patiūtur facultates eorum plenariè ſatisfactū: ſi preſto ſint ipſi aut alij qui eis poſsint acquirere. tex. eſt expreſſus in dicto cap. quanquam. de vſur. in. 6.

Quam quidem extentionem Dida. à Couar. lib. 3. var. reſolu. cap. 3. nu. 5. procedere exiſtimauit contra manifeſtos vſurarios, qui ita palam & publice vſuras exercuerūt vt ipſa criminis euidētia vlla tergiuerſatione celari non poſsit, & nō cōtra eos qui dicuntur manifeſti vſurarij ex cōfeſsione in iudicio vel extra iudiciū facta, vel qui ſententia iudicis cum ſemel mutuū ſub vſuris dederint cōdēnati fuiſſent. vbi per eum videas, & ibi latè de intellectu dicti cap. quāquā. Ad quamquidem pœnam effugiēdā, remedium eſt idoneā præſtare cautionē: quæ prout dicitur in dicto cap. quāquam. neceſſaria eſt. Et intelligo idoneā ſcilicet, pignoratitiā, ſeu fideiuſſoriam. vt eſt glo. communiter recepta in dicto capit. quanquā. in verbo. idoneæ. & in cap. ad noſtrā. de iureiuran. 1. ibi in glo. in verbo ſufficienti. Quo fit, vt non ſit ſatis hypothecam bonorum generalem aut ſpecialem ab vſurario conſtitui. quemadmodum adnotarūt in dicto cap. quanquam Ioan. Andr. Domi. Fran. & Doctor. quos ſequitur Socin. conſil. 127. nu. 3. & 4. vbi dicit, quòd appellatione idoneę cautionis venit cautio cū fideiuſſore vel pignoribus.

6. Tertio puniūtur manifeſti vſurarij quia illis ante vſurarum reſtitutionem interdicitur illis teſtimēti factio, adeò, quòd ſi teſtamentum condiderint iure pontificio dictum teſtamentum ipſo iure eſt nullum. vt eſt tex. in dicto cap. quāquam. de vſur. in. 6. ibi in finalib. verbis. Teſtamenta quoq; manifeſtorum vſurariorū aliter facta non valeant ſed ſint irrita ipſo iure. & ibi glo. in verbo. aliter facta. Quę ſic intelligēda ſūt, niſi præſtita ſit canonica cautio: cuius mētio fit in dicto cap. quanquam. qui tex. latè dat formam in præſtanda dicta cautione. Quæ forma ſi non ſeruatur per manifeſtos vſurarios poſtquam pęnituerint & iuſſerint reſtitui, cum cōdunt teſtamēta ſunt nulla & irrita quia quando lex dicit actum non valere non ſeruata forma, talis actus cenſetur nullus ipſo iure. vt ibi. & concordat tex. in cap. quia propter. de electio. Gemi. in dicto cap. quanquam. §. omnes autem. num. 3.

Et hæc primo extendēda ſunt, etiā ſi manifeſtus vſurarius deſierit vſuras exercere, & tēpore teſtamēti nō fuiſſet repertus illas exercere. Nā ante reſtitutionē non ſeruata forma dicti cap. quāquā. non poterit teſtari. ita cōcludit Bal. in cōſilio. 162. incipien. caſus ſuper quo cōſiliū petitur. in. 2. parte. vbi voluit, quòd quando quis ante mortē detegatur vſurarius manifeſtus, teſtamētū nō valet ad fraudes euitādas. idē Socin. in conſil. 127. in prin. vol. 3. vbi allegat Angel. in ſua diſputatione quæ incipit. Aſteſis miles. vbi voluit, quòd effectus ſemel manifeſtus vſurarius, nō poteſt teſtari niſi ſecūdū formā dicti cap. quanquā. ante reſtitutionē vſurarū: licet tēpore teſtamenti vſuras non exerceat. arg. l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptiar. Anna. in cap. quia in omnibus,



omnibus. de vſur. nu. 15. Felin. in cap. 1. de probationib. num. 19.

7. Item quoq; tenendum eſt, quādo quis cum vſurarius non eſſet teſtamētum fecerit, ac demum poſt taſtamentum manifeſtus efficiatur vſurarius; quia irritum erit eius teſtamentum, cum eadem ſit ratio in hac ſpecie quæ in eo caſu quo tempore teſtamēti vſurarius manifeſtus erat. Si quidē canon ſolēnem cautionem indixit manifeſtis vſurarijs, vt vſurę palā extortæ omnino reſtituerentur. atq; ita hanc interprætationem ad notarunt Fran. in rubr. de teſtamen. num. 37. Gemini. in dicto. cap. quanquam. num. 6. Imola. in clem. 1. de ſepul. & in cap. 2. de teſta. num. 25. Et probatur, quia ad vim teſtamēti opportet teſtatorē poſſe teſtari tempore quo teſtamētum cōdidit: & deinde mortis tempore. l. 1. §. ſi filius. ff. de leg. 3. Atq; ideo teſtamentum in propoſita quęſtione minime valebit. ita tenet Couar. dicto lib. 3. vari. reſolutio. cap. 3. nu. 9.

8. Tertio prædicta extenduntur, vt locum habeant quamuis manifeſtus vſurarius teſtamentum fecerit præſtita canonis cautione ſi tamen poſt teſtamentum etiam ſecrete vſurarum crimen cōmiſſerit: quia etiam teſtamentum nullum erit, cum conſtet fictam fuiſſe pænitentiam. prout ita reſoluit Federi. de ſen. in cōſil. 7. vbi per totum conſiliū quæſtionē hanc in vtrāq; partē ſubtiliter diſputat. Vbi in finalib. verbis reſoluit, quòd in iſto caſu preſtatio cautionis nō inducit purgationē, remiſsionē, vel abſolutionē a crimine: ſed eſt quędā cautela pro debētibus recipere. Vnde dicit, quòd ex hoc non probatur purgatio, vel correctio criminis, & quod ſic ſubſequēs exercitiū criminis continuatū de quo nō apparet purgatio cēſetur eiuſdē naturæ cū primo, & modificatur & in formatur ex illo: & ſic teſtamentū erit nullū. quod notāt Angel. in dicta diſputatione. q. 13. An. in dicto. c. quia in ōnib⁹. nu. 15. Frā. in rubr. đ teſtamē. nu. 38. Gemini. in dicto. cap. quāquā. nu. 3. Bal. in l. executorem. nu. 21. C. de executio. rei iudica. Couarru. dicto lib. 3. variar. reſolu. cap. 3. num. 9.

9. Quarto adeò prædicta vera eſſe exiſtimantur, vt non ſolum teſtamenta manifeſtorum vſurariorum nulla & irrita nō præſtita canonica cautione ſint, verum etiam, nec legata ad pias cauſas ī eis relicta debeātur. ita Bar. in. l. 1. num. 30. C. de ſacro ſanctis eccleſ. & ibidem Bal. num. 6. Abb. in rubri. de teſtamen. colum. vlti. & Fran. in cā. rubri. lib. 6. num. 35. quia cum nulla ſint hæc teſtamenta ipſo iure, nec quid quam in eis relictum peti valeat. Sed Couarru. dicto lib. 3, variar. reſolutio. cap. 3. in ſi. tenet, æquius eſſe quoad pia legata hæc teſtamēta fauore pietatis valida cenſeri: modo teſtator pænitens ſcelerum, & contritionis ſignis deceſſerit. Quod Geminiano placet in dicto cap. quāquam. in. §. omnes. nu. 5. vbi multis rationibus id comprobat, & reſoluit: licet alias pro cōtraria parte alleget. Idem tenet Petrus de Anchara. cōſil. 429. nu. 4. qui mouetur ex notatis per Bar. in. l. habeat. in prima quęſtione, & ſequē. C. de ſacro ſanct. eccleſ. vbi cōcludit, quòd alias inhabiles ad teſtandū de iure poſitiuo, dūmodo intellectu nō careāt, & de bonis ſuis teſtentur, & abſq; alterius iniuria, poſſunt ad pias cauſas diſponere. Quā rationē dicit idē đ Anchara. in loco citato verā eſſe, quia talia relicta regulātur iure poli: ideſt, iure diuino & naturali nō iure fori. Ex quibus infert, quòd conſtitutio canonica mere poſitiua & rigoroſa irritando teſtamentū vſurarij manifeſti nō videtur de talibus relictis cogitaſſe, ſed de alijs quæ non pias cauſas reſpiciūt: vt ſic conſtitutio generaliter prolata intelligatur de alijs caſibus cōmunibus, nō de ſpecialibus, & in quib⁹ ſingulariter & ſpecialiter eſt preuiſum, vt. l. ſanctio legū. ff. de pænis. & ibi ſunt cōcordātiæ in glo. Sunt enim talia delicta ſpeciali nota digna, & niſi ſpecialiter exprimantur, ſub generalitate non veniunt. vt arg. l. item apud. §. hoc edicto. ff. đī iur. Quòd ſi dicatur cap. quāquam. generaliter loqui, nec diſtinguere inter teſtamenta quæ fiūt ad pias cauſas, vel non pias, reſpondetur, quod ſicut non eſt noſtrū leges extēdere, ſic nec reſtringere: ſed ſimpliciter intelligere. vt

gere vt.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.&
l.de præcio.ff.de publicia.in rem actio.&
quòd ibi nota. In caſu autem noſtro iura
quæ loquūtur de relictis ad pias cauſas ſin-
gularem & præcipuum fauorem eis attri-
buunt. Poſterior ergo cōſtitutio generalis
nō videtur iſtis iuribus derogare velle:ſed
per ipſa diſtingui, & modificari.vt.l.non
eſt nouum.ff.de legib.&.l.ſciēdū.& quod
ibi nota.ff.qui ſatis dare cogan. Ex quibus
& alijs latè per Anchara.in dicto cōſilio cō
cludit,tex.in dicto cap. quāquā. nō habe-
re locū in relictis ad pias cauſas: cū vſura
rius manifeſtus deceſſerit penitus cōtritus
licet cautionē non præſtiterit,vel præſtite
rit,ſed non iuxta formā dicti cap. quāquā.

10. Quinta extēditur dicta diſpoſitio dicti
cap.quanquam.in quātum irritat teſtamē
ta manifeſtorum vſurariorū,vt adeò pro-
cedat,quòd lex principis ſecularis nō poſ-
ſit ſtatuere quòd dicta teſtamenta valeant:
ſecundum Bal.in cōſilio.334.lib.2.niſi pr̨e
miſſa dicta canonica cautione. Nullus enī
princeps temporalis poteſt ſtatuere con-
trarium eius quod ſtatutum eſt per conſi-
lium dicti cap.quanquam.de vſur.lib.6.

11. Sexto non tantum obtinet diſpoſitio
cap.quanquam.aduerſus manifeſtos vſu-
rarios ex cauſa mutui, ſed & cōtra eos qui
manifeſtê venditionis & emptionis titulo
vſuras exercent.capit.ad noſtram.de emp
tio.cap.in ciuitate.& capit.nauiganti.de
vſur. ita in hac ſpecie notat Couarruuias
dicto lib.3.var.reſolu.cap.3.nu.fi.& Abb.
in dicto cap.ad noſtram.& in cōſil.22.lib.
1.& Iaſ.in.l.eius qui in prouincia.col.2.ff.
ſicer.petatur.

Septimo licet maxime abſcribentibus
controuerſum ſit, an teſtamentum iudæi
manifeſti vſurarij irritum ſit non præſtita
idonea cautione de vſuris reſtituendis ex
diſpoſitione dicti cap.quanquam.& præ-
cipuè ab Alexan.concil.6.lib.6.Areti con
ſil.118.Socin.conſil.119.lib.4.& cōſil.120.
lib.1.exiſtimantibus, pœnas ſtatutas in di-
cto cap.quāquam.nullo modo iud̨eos affi
cere, cum verba dictæ cōſtitutionis iud̨eis
non conueniant quibus de eccleſiaſtica ſe
pulturaquæ ad eos nihil attinet tractatur.
Et obid nec ipſa conſtitutio iudæos afficit
ex glo.in.l.mancipia.C.de ſeruis.fugiti.
Tum, quia iudæi exempti videntur à legi-
bus eccleſiaſticis: cum hi extra eccleſiam
ſint.capit.gaudemus.de diuortijs.c.om-
nis chriſtianus.11.q.3.c.multi.2.q.1.tamen
dictam diſpoſitionem capit.quanquam.
quo ad prohibitionem teſtandi, & teſta-
menti reprobationem, prædictis non ob-
ſtantibus,iudæos ligare arbitratur Couar-
ruuias dicto lib.3.uari.reſolutio.cap.3.nu.
9.& fundat ſuam ſententiam, quia quoad
teſtamentum optimè congruit etiam iu-
d̨eis prohibitio à Romano pontifice fa-
cta ad coercendum vſurarum exerci-
tium;& ideo licet quo ad alias pœnas ver-
ba eis non conueniant,eadem lex non mi
nus obtinebit, niſi cautio meliori modo
& forma qua poſsit à iudæo præſtita ſit:
ideo quòd iudæi in prouincijs chriſtiano-
rum habitantes procul dubio principibus
facultatibus, & eccleſiaſticis ſubijciuntur:
non quidem quo ad ſpirituales pœnas, &
ea qųe ad ſpiritualia pertineant, ſed in his
quæ ratione pollitica,ad legis naturalis ob
ſeruationem & tutelam conſtituuntur. Le
ge enim naturali & diuina vſur̨e vetantur.
vt ſupra.q.30.latè reſoluim⁹. Et cum hiſſe
legibus omnes homines ligentur, conſe-
quens eſt, vt tam per eccleſiæ principes,
quàm principes & poteſtates ſeculares poſ
ſit ad earum legum obſeruationem etiam
contra iudæos qui ſub illorum ditione
coſtituuntur pœna imponi. Qui etiam iu
dæi in terris chriſtianorum commorantes
per eoſdem principes ad reſtituendas chri
ſtianis vſuras compelluntur.vt in cap.poſt
miſerabilem.de vſur. facit tex.in capit.de
bitores.de iure iuran. Facit etiam, quod
legibus ciuilibus & canonicis iudæi & in-
fideles puniuntur.capit.in archiepiſcopa-
tu.de raptoribus.l.ij.&.l.ne quis.C.de iu-
dæis.

Octauo hæc qųe de teſtamēto diximus,
ad codicillos quoq; à iud̨eis factos exten-
denda eſſe arbitramur: vt etiam nulli cen-
ſeantur.gloſa & Doctores.in dicto capit.
quanquā



quanquam.& Annan.in dicto cap.quia in
omnibus,nu.13.de vſur.& ratio ſecūdum
glo.eſt,quia alioquin ea conſtitutio cōtra
vſurarios manifeſtos condita redderetur
eluſoria ſi codicilli ab eis facti valerēt. Qua
ratione Feli.in cap.trāſlato.col.vlti.de co-
ſti.& Barba in cōſil.32.lib.2.col.6.eam glo.
cōmendant & laudant ex ea deducentes,
conſtitutionem pænalē extendendam fo-
re,ne reddatur in vtilis;& fruſtretur paſsim
excogitatis cautelis.

12. Nono idē erit in donatione cauſa mor-
tis,vt ſcilicet, vſurarius manifeſtus nō poſ
ſit cauſa mortis donare.ita Alexā.in.l.diſ-
cretis.nu.2.C.qui teſta.face.poſſ.vbi dicit,
hanc opinionem videri magis cōmunem.
Quem refert Curt.Iun.in.l.eius qui in pro
uincia.num.4.in fi.ff.ſi cert.pet. Et h̨ec opi
nio verior & tutior eſt anim̨e. Aliter enim,
de facili eludi poſſet dicta diſpoſitio cap.
quanquam. Quam opinionem ſequuntur
Couarru.dicto lib.3.var.reſolutio.cap.3.
num.8.verſi.6.& Iul.Clar.de donationib.
q.7.licet contrarium dixerit Bal.in.l.exe-
cutorem.num.11.C.de executio.rei iudi.
quod quidem tremulentius aſſeruit.

13. Dubitari tamen poſſet,an ea omnia qųe
ſupra de teſtamēto diximus habeant locū,
quando teſtamētum à manifeſto vſurario
fuit conditum nō præſtita cautione iuxta
diſpoſitionem dicti cap.quâquam.ſed pō-
ſtea poſt teſtamentum præſtatur talis cau-
tio, nunquid teſtamentum ipſum præſtita
ex poſt facto cautione recōualeſcat? Et di-
co, quòd licet in hoc articulo magna ſit in
ter ſcribentes controuerſia, tamen verior
opinio eſt,quòd hoc teſtamentum validū
efficiatur prout tenuerunt glo.Ioan.An.
Domini.& Fran.in dicto capit.quanquam
Fran.in rubri.de teſtamen.nu.38.Anna in
dicto cap.quia in omnibus.nu.12.de vſur.
Bar.& Imo.in.l.filio præterito.ff.de iniuſ.
teſtamen.Imola.in cap.2.num.26.de teſta
men. Quorū opinionē aſſerunt eſſe cōmu
nē Felin.in cap.cum dilectus,nu.3.đ accu-
ſationib.Deci.in.l.quod in initio.num.12.
ff.de reg.iur.Alex.in.l.gallus.§.ille caſus.
nu.8.licet dicat,quòd contraria opinio eſt
de iure inſuſtentabilior. Eādem opinionem
dicunt eſſe communem Couar.dicto.lib.
3.cap.3.verſi.Duodecimo.& Iul.Clar.in.
§.teſtamentum.q.26.verſi.Sed pone.

14. Quarto puniūtur vſurarij ideo quòd pa
ti debent quod eijciantur & expellantur à
ciuitate in quam veniunt ad habitandum.
vt inquit Ripp.in tracta.de p̨eſte.nu.469.
& probat arg.eorū.qųe ipſe ibidē adducit.
Ratio eſt, ne alios imitatione deteriores
reddāt.l.ædiles.§.quid ergo.ff.đ ædili.edic.

15. Sexto puniuntur vſurarij ſi clerici ſunt,
quòd ab obtinendo beneficio repellūtur
ideo quia infames.vt ſupra diximus hoc
eodē cap.num.3.vt not.glo.in cap.præte-
rea de vſur.qųe probatur ex regula.infami
bus.de reg.iur.in.6.& Abb.in cap.inter di
lectos.col.2.de exceſ.prælator. Sed in hoc
caſu diſpēſat epiſcopus circa beneficium
obtinēdum cū eo qui ſe penituit & corre-
xit.vt not.glo.cōmuniter approbata in di-
cto cap.præterea. Sequitur Bernar.Diaz đ
Lu.in practi.cri.cano.capit.82. Subeſt etiā
vſurarijs clericis alia pœna, videliſcet,
quòd ab officio & beneficio ſuſpēduntur.
vt ſtatuit tex.in dicto cap.præterea.đ vſur.
qui tex.cum non diſponat quod tēpus du
rare debeat dicta ſuſpēſio,videtur illud iu-
dicis arbitrio relinquere. ita tenet idē Ber
nard.Diaz đ Lu.in dicto cap.82. Præterea,
ſi ſuſpēſione facta,clericus de teſtādis vſu-
rarū lucris inſiſtat, ab officio deponendus
eſt. vt in cap.1.ex.de vſur.ibi. *Eccleſiaſtici
officij periculum patiatur.* Ex quibus verbis,
Abb.ibi in vltimo notab.colligit, quòd
clericus vſurarius debet deponi ab officio
eccleſiaſtico.tenet Alex.in conſil.72.in pri
mo volu.Hoſtien.in ſumma.titu.de vſur.
§.fi.verſi.Alia à iudice.vbi vnica ferè linea
ordinem dictarum pœnarum ſcripſit. Ex
quibus Ioan.Bernar.Diaz de Lu.in dicto
cap.82.in fi.notat practicā pro iudicibus,
vt primo à ſuſpenſione incipiat cōtra vſu
rarium clericum;demum eo ſe non corri-
gente, procedatur ad degradationē cōtra
illum. De quibus & de pœna degradatio
nis vide tex.in capit.ſi quis oblitus.et.c.
quoniam.14.q.4.

Præterea

16. Præterea ſciendum eſt, vſurarum exer-
citiũ peccatum eſſe,& adeo peccatũ, quòd
ſiquis in illum errorẽ inciderit vt pertina-
citer affirmare præſumat exercere vſuras
non eſſe peccatum, canone ſancitum eſt,
cum veluti hęreticum puniendum eſſe.vt
in clemen.1.§.fi.de vſur.

17. Ex quo infero & ſeptimo, nõ modo vſu
rarios pœnis ſupra dictis teneri, verũ etiã
& gehennalibus ſeu ſpiritualibus ſi in hoc
peccato & abſq; vſurarũ reſtitutione de
ceſſerint. Ezechi. capit. 18. vbi dñs de eo
qui ad vſurã dederit locutus ait, quòd talis
nõ viuet ſed morietur. Propheta etiã pſal.
14. inquit, non habitaturũ in tẽplo domini
eum qui ad vſurã dederit. Diciturq; in. c.
eijciens.88.diſtinctione.in hæc verba. Illæ
eſt mercator qui de tẽplo Dei eijcitur. Vn
de ſuper omnes mercatores maledict[9] eſt
plus vſurarius. Et habetur in. c. ſiquis vſu-
rã.14.q.4.quòd ſiquis vſurã accipit, rapi-
nã facit:& ſic vita non viuit. Hoc enim vſu
rarũ voraginẽ animas deuorat.vt in cap. 1.
in prin.de vſur.in.6.Ergo ex his patet, vſu-
rariũ in foro animæ teneri. & probatur in
cap,cõſuluit.ex.de vſur. Quare Roma.Põ.
qui ſemper animarũ curã habet, cõſiderãs
morbũ quo ſemper vſurarij non reſtituen
tes vſuras in graue diſpendiũ ſalutis anima
rũ laborãt, in illorũ fauorẽ ſtatuit, vt hi vin
culo excõmunicationis vſuras reſtituere
compellãtur.cap.præterea.de vſur.& cap.
debitores.de iure iurã. Statuit etiam, nę ta
les vſurarij appellantes ad ſubterfugiendũ
reſtitutionem audiantur.vt in capit.quàm
pernicioſam de vſur. Quinimo non dimi-
tur peccatum niſi reſtituatur ablatum. vt
teſtatur Auguſ.in epiſtola ad Macedoniũ,
vbi inquit, quòd penitentia agi non po-
teſt niſi res aliena reddatur. c.1.&.2.& to-
ta.q.14.q.6. Quæ verba Auguſti. ponũtur
pro regula in cap.peccatum.de reg.iur.in.
6.& referuntur in cap. cũ tu. de vſur. Quã
obrem, ad effugiendas perpetuas & ęter-
nas pœnas quas propter hoc viciũ vſurarij
incurrũt illos admonitos volo, quòd duo
hac in re præcipuè obſeruẽt. Primum eſt,
quod vſurarũ fiat reſtitutio: qa vt dixim[9],
nõ dimittitur peccatũ niſi reſtituatur abla-
tum. Secũdum eſt, quòd huius peccati pæ
18. nitentiam agant. Non enim ſolum ſufficit
reſtituere, ſed opportet quod peniteant,
ratio eſt, quia obligatus reſtitutioni ex deli
cto, furto, vſura, rapina, vel ſimili modo, e-
tiã poſt reſtitutionem habet pænitere.cap.
ſicut dignũ.§.cos.de homici.cap.fi. de fur.
cap.2.de rap.& cap.ſiquis domũ. de iniur.
& eſt glo.in clemen.1.§.fi. in verbo.nõ eſt
19. peccatũ.de vſur. Quod ſi hæc vſurarij atq;
qui huiuſmodi impoſturis contaminati
ſunt facere diſtulerint, ſciant, quod cõmu
niter tales moriũtur vt animalia bruta, vel
aliquo terribili iudicio de eis contingente
rapti aliquãdo à demonib[9] notorie, ſicut
legit apud ſanctũ Anto. Archiepiſ. Florẽ.
in tracta.d vſur.in prin.nu.30.de quodam
vſurario, qui cũ dormiret in lecto cũ vxo
re ſubito experge factus exiuit de lecto, &
cũ interrogaret ab vxore ſua quid haberet?
ait, Modo raptus fui ante iudiciũ Dei, vbi
tot & tãta terribilia ſũt oppoſita cõtra me
quòd neſciui nec potui aliquid reſpõdere,
Cũq; fuerim diu ad pęnitentiã expectatus,
nec hucuſq; volui diuinis inſpirationibus
nec præceptis obedire, audiui nũc iudicẽ
contra me ſententiam protuliſſe, meq; da
tum in poteſtatem demonum: qui me de
bent hodie ad eterna ſupplicia exportare.
Quo dicto, de pertica vili veſte aſſumpta,
dum rapido curſu egreſſus eſt, quem ſui
hinc inde quærentes, tandem in quodam
moneſterio monachorũ matutinas cantã
tium inuenerant. Cunctis ergo ad pœni-
tentiam eum inducentibus, nec proffice-
re valentibus ratione, aut exortatione, vel
prece, cuſtoditus eſt diligenter: vſq; ad ſex
tam horam. Deniq; cum conſanguinei
eum ad domum reducere vellẽt, & ad quẽ
dam fluuium per quem tranſituri erant
perueniſſent, viderunt quandam nauim
rapido curſu per fluuium aſcendentem à
nullo vt videbatur conductam: ſed ab
vſurario viſa eſt plena demonijs. Qui di-
xit, quòd ideo veniebant, vt eum ad æter-
na ſupplicia aſportarẽt. Quo dicto, ſtatim
de manibus eorum à demonibus violẽter
raptus



raptus in nauim proijectus fuit, & curſu ra
pido refracto, ſubito cum demonibus diſ-
paruit. Sicut ergo non defecit vſuræ viciũ
in eo, dum in hoc ſeculo vixit: ita non de-
fecit punitio gehennę in alia vita. Et ſecun
dum modum delicti, erit & plagarum mo
dus. vt dicitur Deuteronom. 25. Præterea
apud eundem Antoni. legitur, num. 32. de
quodam alio vſurario, qui cum graui mor
bo laboraret, ac filios duos haberet, viſita
tus à confeſſore confeſſus eſt, & non nega-
uit peccatum ſuum. Cui cum declaraſſet
confeſſor, quod oportebat eum omnia
malè ablata reſtituere, alias ſaluari & abſol
ui nõ poterat, & filij ad hoc eum exhorta-
rentur, vt poſſet & ſacramenta ſuſcipere,
& animam ſaluam facere (ſciebant enim
vſurarios contractus eius) reſpõdit illę mi
ſer, ego non poſſum: quia ſi ſuperuiuerem
non haberem ad manducãdum, ſed opor-
teret me mẽdicare: ſi morerer, & vos opor
tet ire ad hoſpitale; nihil enim vobis rema
neret: quia omnia de vſuris ſunt. Cui filij
reſponderunt, ne de nobis nunc cures, ſed
proſpice potius ſaluti animæ tuæ. Tacete
ait ille, volo potius ire, & ad miſericordiã
Dei ſtare, quàm mercedẽ hominum: quia
inhumani & in miſericordes ſunt: De[9] au
tem clementiſsimus. Sicq; in ſua obſtina-
tione migrauit. Quod attendens vnus ex
filijs hortatus eſt fratrem ad reſtituẽdum,
ne ſequerentur patrem in dãnatione. Cui
frater reſpondet, pater meus vſuras fecit,
ego illas nõ feci, volo ideo portione mea
gaudere dum viuo: de futuro neſcio quid
erit. Permanſit ergo in vicio patris detinẽ-
do partem ſuam, & ſic cum in bonis duce-
ret dies ſuos ex ſubſtantia fænebri in pun-
cto ad inferna deſcẽdit moriens. Alius ve-
ro qui illum hortatus erat, reſtituit certis
perſonis: & incerta pauperibus erogauit.
Et cum facta reſtitutione de parte ſua ſta-
tum religioſum aſſumpſiſſet, quadam die
cum oraret vidit in uiſione terram apertã,
& in profundum ignem maximum, immẽ
ſem flammam extendentem, & in profun
do inferni inter ceteros vidit patrem ſuũ,
& fratrem ſuum ſuper eum, quem pater
frequenter maledicebat dicens, maledi-
ctus es. Et filius reſpondebat, immo tu ma
ledicaris: quia propter te huc veni. Si enim
non dimiſsiſſes mihi male acquiſita, ego
cauiſſem me ab alijs vicijs: & ſic ſtabant in
iſta altercatione. Quod ille cernens, domi
num laudauit de ſua illuminatione: quia
20. reſtituerat. Ex quibus notandum colligen
dumq; eſt, quod licet alia peccata non ex-
tendant actores eorum, cum vnuſquiſq;
in iniquitatę ſua moriatur, hoc tamen vſu
ræ pæſtiferum vicium tranſit ad ſucceſſo-
res, ſicut & rapina, & omnis illicita vſurpa
tio. Filij enim, & quicũq; hæredes vſurario
rum, & raptores, & filij filiorum, ad quos
deuenient bona ipſorum obligata reſtitu-
tioni, portabunt iniquitatem patris vſura-
rij, ideſt pœnam debitam: non quidem
pro peccato quòd actu commiſsit pater:
quia pro illo ipſę ſolus portabit onus ſuũ:
ſed pro peccato, quod committunt in re-
tinendo bona aliena in quo imittantur ip
ſum prauum patrem ſeu prædeceſſorem
& ſic de progenie in progeniem imperpe
tuum obligatur hæres vſurarij vel alieno-
rum detentores in quantum durant bona
ipſorum. Ad vlterius vero non tenetur, ni-
ſi de eo quod peruenit ad eum quouſq; cre
ditoribus ſit ſatisfactum per ſolutionẽ vel
remiſsionẽ in foro conſciẽtiæ. Caueãt igi-
tur taliũ filij, nepotes, conſanguinei, vel ex-
tranei, ne huiuſmodi laborent craſſa igno
rantia: quia eos non excuſaret à damnatio
ne ſed illud verificaretur in eis (ignorans
ignorabitur id eſt reprobabitur.) Pro quo
notandum eſt illud quod dicit ſanctus An
toni. in dicto tracta. de vſur. in prin, nu.2.
quòd in vſurario palliatio & excuſatio ſui
vicij eſt fraudulentiſsima, & quòd tunc ſe
quitur magna & mala vexatio demonis in
eo. Quid enim peius & dãnabilius poteſt
eſſe in homine, quàm excuſare flagitium
ſuum, ad quod oſtendendũ primi parẽtes
poſt excuſationem ſui peccati immediatè
de Paradiſo fuerunt expulſi.

21. Octauo deniq; puniũtur vſurarij diuer
ſis pęnis quas principes ſeculares in ſuis re
gnis cõtra vſurarios arbitrariè imponũt,
& publi

& publicare faciunt. prout legimus apud Hippoly. Grimi. in conſil. 218. in prin. vol. 2. Ferrariæ quoddam eſſe ſtatutum quod pœnam pecuniariam imponit, partim denunciatori, partim fiſco, & partim Chriſti pauperibus applicandam. Iul. Clar. quoq; refert parlamentum Pariſienſe pœna arbitraria punire vſurarios: & eos torturę ſubijcere. Legitur etiam apud Couar. dicto lib. 3. variar. reſol. cap. 3. in regno Caſtellę iure regio vſurarios puniri, vt pecunię ab eis ſub vſuris mutuo datę debitori cedant, & acquirãtur & quod totidem nummos ſoluere dãmnãtur, qui certis quibuſdam modis eodẽ iure diſtribuuntur, & quòd ſi vſurarius ſemel hac punitus pœna iterum in idem crimen inciderit amittit dimidiam bonorum partem, & demum ſi ita ſemel ac iterum punitus in eandem tertio inciderit labem, omnibus bonis totoq; patrimo
22. nio multabitur. Nec omitto dicere, quod in hoc noſtro principatu hoc in tempore etiam per regia edicta impoſita eſt contra eoſdem inſequendo concluſionem in Regio concilio factam pæna amiſsionis ſortis principalis, vna cum eius dupplo: ſecundum quam vidi in dicto Regio cõcilio aliquos pro vſurarijs punitos fuiſſe exiſtente relatore Franciſco Puig dicti Regij cõcilij Doctore vt videre eſt in concluſione facta die. 25. Maij. 1579. & etiam in alia cauſa exiſtẽte relatore Damiano Offet. vt quoq; videre eſt in concluſione facta die. 11. Iulij. 1579.

## Capit. 32. In quo agitur de vſura circa mutuum: vt præludium ſit ad cap. ſequens.

1. *MVtuum verum reperitur in ſolis rebus quæ vſu conſumuntur, et in pondere, numero, menſura, conſiſtunt.*
2. *Mutuum velatum ſiue palliatum quod dicatur.*
3. *Mutui prima regula eſt, quòd conſiſtit in his rebus quæ pondere, numero, menſura ve conſtnat.*
4. *Mutui ſecunda regula eſt, quòd aliud pro alio eiuſdem tamen generis ſoluatur.*
5. *Mutui tertia regula eſt, quod rei mutuatæ dominium transſeratur.*
6. *Vſus rerum in quibus mutuum reperitur eſt ipſa rerum conſumptio.*
7. *Mutuans rem que pondere numero menſura ve conſtat, non poteſt vltra ſortem mutuatam aliquid exigere.*
8. *Vſuram committit, qui ratione mutui ſtipulatur ſibi aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile. Et quomodo talis reſtituere teneatur. vide ibidẽ.*
9. *Recipiens pecuniam mutuo ad vſuram ſine legitima cauſa puta neceſsitatis, vel vtilitatis rationabilis, tenetur in foro conſcientiæ.*
10. *Mutuator committit vſurã licet à principio mutuaſſet proximo motus caritate et ab intentione lucri prorſus alienus: cum poſtea tranſacto aliquo tempore cogitat lucrum ſibi dari ab eo cui mutuauit, et ibi vide latius.*
11. *Mutuator ſola intentione, et ſpe, quòd aliquid ſibi vltra ſortem mutuatam perſoluatur, vſuram cõmittit.*
12. *Mutuans triticum vetus, cum pacto vt alterum tantum recens ſibi reſtituatur ſciens melius et maioris præcij quam ſuum tempore mutui, et ſolutionis, vſuram committit. Quod non procedit, quando illud ſit principaliter animo renouandi ne ſuũ corrumpatur: et vt gratiam mutuans recipienti faceret.*
13. *Mutuans centum ducatos mox in ſuis neceſsitatibus expendendos ſub hoc pacto quòd lucrentur ſicut ſimiles lucrarentur apud legalem mercatorem, vſuram committit.*
14. *Mutuans pecuniam alteri, et ſimul vendit aliquid mobile vel immobile plus petens ab eo iuſto precio, vſuram committit.*
15. *Mutuans alicui nauigãti vltra mare, vel eũti ad nũdinas, receptur' aliquid vltra ſortẽ pro eo quod ſuſcepit in ſe periculũ pecuniæ, vſuram cõmittit.*
16. *Mutuator recipiens aliquid in pignus mobile vel immobile intendens recipere vtilitatem ex vſu illius pignoris ratione mutui, vſuram committit.*
17. *Mutuans pecuniam ſub certo pignore vſq; ad certum tempus ſub hoc pacto quòd ſi non ſoluit in termino ſtatuto cadat debitum incommiſſum, et pignoratio cadat in venditionem, cum res pignorata plus valeat: ſi infra dictum tempus receperit fructus*



*ctus illius rei pignoratæ non computando illos in ſortem, ſed pro ipſo mutuo, vſuram committit.*

18. *Mutuans pecunias mercatoribus vel artificibus vt cum eis negocientur: cum pacto, quòd in omnem euentum, & periculum, capitale ſit ei ſaluum, & integraliter reſtituendum, & inde aliquid lucri ſperant habere, quia alias non deponerent dictas pecunias pænes dictos mercatores, licet ſimpliciter illud lucrum ſperatum dimittatur diſcretioni mercatoris, vſura committitur.*
19. *Mutuans ex beneuolentia, & non propter temporale commodum, ſi poſt modum is qui mutuum recepit gratis & liberaliter ei aliquid dat, poteſt dictus mutuans illud licite recipere abſq; aliqua vſurarum labe.*
20. *Mutuans debitori ſuo, vt debitum quod iam alias debet ſoluat non committit vſuram.*
21. *Mutuans ad captandum amorem, vel beneuolentiam, licet poſtea ex illo amore ſeu beneuolentiã conſequatur a mutuatario beneficium, non committit vſuram.*
22. *Recipiens intereſſe ex mutuo ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vſuram non cõmittit. Et quomodo hæc intelligantur ibidem.*

DIcturus de vſura circa mutuum, vt perfecte negocium attingamus imprimis ſcire nos opportet, mutuũ dupliciter poſſe cõſiderari ſcilicet in quãtũ eſt verum, & in quantũ
1. eſt palliatũ. Mutuũ verũ reperitur in ſolis rebus quæ vſu conſumuntur, & in pondere, numero, menſura, conſiſtunt. Puta pecunia numerata, vino, oleo, pane, tritico, & id genus alijsq; vſu conſumuntur. vt inſti. quib. mod. re contrahi. obliga. in prin.
2. & in. l. 2. §. mutui datio. ff. de reb. cred. Mutuum etiam velatum ſiue palliatũ in alijs rebus & contractibus inuenitur. Et eſt mutuum palliatum quod ſecundum ſuam formam apertam & verba contrahentium eſt alius contractus quam mutui. Secundum vero formam latentem, & mentem contrahentium veram vel præſumptam, eſt mutuum quale eſt omnis contractus alius a mutuo in quo quis minoris iuſto precio infimo ſiue pio quęrit aliquid propter anticipatam ſolutionẽ, & contra quo quis vendit alij maioris precio iuſto ſuppremo propter dilatam ſolutionem cap. in ciuitate & cap. conſuluit. ex. de vſur. cap. ad audientiam. de emptio. & venditio. & cap. illo vos. de pignorib. cum eis ad notatis. Qui enim emit pro decem rem ad minus precio in fimo valentem duodecim ob anticipatam ſolutionem, in effectu videtur mutuare præcium quod dat, & illud minus iuſto pręcio quod dare deberet accipietur pro vſura. Qui vero contrauendit rem valentem ad ſummum & præcio riguroſo decẽ pro duodecim ob dilatam ſolutionẽ, videtur mutuare pręcium rei quam vendit accipiendo illud plus iuſto pręcio, quo res vendita valet pro vſuris. vt in prædictis iuribus probatur. Vnde licet omnis vſura in ſolo contractu mutui verſetur, quia tamen contractus mutui eſt duplex verus, & palliatus, ita duplex eſt vſura vera, quę in vero mutuo, & velata, ſeu palliata, quæ in palliato verſatur: ideo hoc in capite tantum de vſura circa mutuum verum primo dicamus.

Verum vt melius ſciatur quomodo in mutuo contrahatur vſura exiſtimaui in vero mutuo tres regulas eſſe notandas, qui-
3. bus mutui proprium ſignificatur. Prima regula eſt circa mutui ſubiectũ quod proponitur in. §. 1. inſti. quib. mod. re contrahi. obliga. quando Iuſtinianus dicit, mutui dationem in his rebus conſiſtere quæ pondere, numero, menſura ve conſtant veluti vino. oleo, frumento pecunia numerata, ære, argento, auro, quas res aut numerando aut metiendo aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiant. Proponitur etiam in. l. 1. §. re cõtrahitur. ff. de actionib.
4. & obliga. & in. l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. pet. Secunda regula eſt, quòd in mutuo aliud pro alio eiuſdem tamen generis ſoluitur. vt in dicto. §. mutui ibi in illis verbis; Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem potius quam per ſpeciem. Et ſic mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus, alioquin commodatũ

L modatũ

modatum, aut depoſitum, ſed idē genus.
5. vt in dicta.l.2.in prin. Tertia & finalis regula eſt, quòd mutui datione traſfertur rei dominium. vt in dicta.l.2.§.appellata.ff.ſi. cert. peta. ibi. *Appellata eſt mutui datio ab eo quod de meo tuum fiat.*

6. Tertio prænotandum eſt, quod harum rerum vſus in quibus mutuum reperitur eſt ipſarum rerum cōſumptio, ſicuti vinū conſumimus eo vtendo ad potū, & triticū conſumimus eo vtendo ad cibū, quo fit, vt in talibus non debeat ſeorſum cōputari vſus rei à re ipſa, ſed cuicunq; cōceditur vſus, ex hoc ipſo conceditur res: & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. ita probatur in iuribus ſupra allegatis. & eſt doctrina ſancti Thomæ.2. 2.q. 78.arti.1.verſi.Reſpondeo.

7. Nunc ſic his prænotatis, ex eiſdem facilimū erit colligere, quod qui mutuat vinū aut triticum vel rem quę pondere, numero, menſura ve cōſtat non poteſt vltra ſortem mutuatam aliquid exigere: quia eſſet petere duas recompenſationes, vnam quidem reſtitutionem æqualis rei, aliam vero preciū vſus quod dicitur vſura. Quod quidem ſanct. Tho.2.2.q. 78.arti.1. his verbis confirmat. Qui mutuare non tenetur poteſt recompēſationem eius quod fecit recipere, ſed non debet plus exigere: quia debet ſibi recompenſari ſecundum æqualitatem iuſtitiæ vt tantum ſibi reddatur quātum mutuauit. vbi vero plus exigeret pro vſu fructu rei quæ alium vſum non habet niſi in conſumptionem ſubſtantiæ, precium quod non eſt exigeret: & ita eſſet iniuſta exactio. Sed quid opus eſt doctrina ſancti Thomæ cum exactio alicuius rei vltra ſortem mutuatam omni iure iniuſta declaretur. vt ſupra cap.30.latiſsimè ſcriptū eſt. vbi videas.

8. Hæc autem primo extendenda ſunt, vt nō ſolum procedāt quādo quis vltra ſortē mutuatam aliquid exigit: verum etiā, quādo quis ſtipulatur ratione mutui aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile: & ad quod debitor non tenebatur: is enim hoc modo faciēs, vſuram cōmittit. glo. Bar. & Docto. in.l. rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet. Silueſt. in ſūma in verbo. vſura.1.q.7. Couar. lib.3.variar.reſolu.cap.2, num.5.verſi. Tertio tamen. Soto. lib.6.de iuſti.& iure.q.1.arti.2.&.q.3.arti.1. Nauarr. in manuali latino in ſeptimo pręcepto.cap.17.num. 220.in impreſsione Barcinonenſi. Lupus in cap. nauiganti.num.42.verſ. Sed aduertendū. de vſur. Exēpla huius rei ſunt, quādo quis mutuat cum pacto vel intentione principali vt mutuatarius in ſuo molendino molat, aut in ſua tabernaemat, aut ad ſuā ſcholam veniat, aut in ſuo pręd1o laboret, & alia ſimilia. iuxta mētem Panor. in cap. ſi. de vſur. de quib⁹ vide Nauarr. in dicto manuali latino in.7. pręcepto. cap.17. num. 220. Illa enim obligatio antidoralis nō poteſt in pactum deduci, ita vt qui mutuo recipit teneatur facere ſeu procurare mutuatori aliquod beneficium ratione & ex cauſa mutui ſibi impenſi. Nam cum illud beneficium ſeu aliud factum ſit pecunia ęſtimabile, ſequeretur, quòd mutuator à mutuatario vltra ſortem quam mutuauit amplius exigeret: quod fieri non licet per ſupradicta. Ratio eſt, nā omne illud pro pecunia habetur, cuius precium poteſt pecunia menſurari. itā ſanct. Thom.2.2.q.78.arti.2.verſi. Reſpondeo. Et ideo ſicut ille qui pro pecunia mutuata vel quacunq; alia re quæ ex ipſo vſu conſumitur pecuniam accipit, ex pacto tacito, vel expreſſo, peccat contra iuſtitiam: ita etiam quicunq; ex pacto tacito vel expreſſo quodcunq; aliud acceperit, cuius precium pecunia menſurari poteſt, ſimile peccatum incurrit. vt ibidem ſanctus Thom. & ſic vſuram committit. vt etiam expreſſe habetur, in. c. pleriq; 14.q.3. ibi. *Siue enim eſca ſit, ſiue veſtis, ſiue quid aliud quocunq; nomine appelletur quod vltra ſortem recipiatur vſura eſt.* Vide doctores in.l. ſtipulatio hec modo concepta.§.alteri. ff. de verb. obligationib. & vide tex in c. putatur.18.q.3. Quare Couarr. & Nauar. in locis ſupra citatis ſunt huius ſententiæ & opinionis, mutuatorem ſeu creditorē cogendum fore has pactiones remittere debitori, & ab earū obligatione illum eximere



mere. Et ſi forcan is creditor iam his fuiſſet vſus cōditionibus, eum teneri reſtituere quodcūq; damnū quod debitori ex dictis conuentionibus cōtigerit. Quod ſi forcā dicto debitori nullum fuiſſet damnum datum, nihilominus prædicti doctores concludunt, creditorem dicto debitori teneri reddere quantū boni viri arbitrio debitoris interſit coactū fuiſſe cauſa mutui præfatas pactiones inire: libertatemq; cum alijs conueniendi ſibi ablatam fuiſſe. Quę debitori non pauperibus ſunt reſtituenda. Vt ibidem Couarr. & Nauar.

Secundo prædicta extenditur concluſio
9. quantū attinet ad forū cōſcientię, etiam in recipientē pecuniam mutuatam ad vſuram, vt quemadmodum is qui illam ad vſurā mutuo dat male agit & peccat mortaliter, ita etiā ille qui illam recipit: cum talis recipiens prębeat mutuatori occaſionē peccandi. per ea quæ dicit Apoſtol. Rom. 1. quòd digni ſunt morte non ſolum qui faciunt peccata, ſed etiam qui conſentiūt facientibus. Et cum qui accipit pecuniam mutuo ſub vſuris cōſentit vſurario in ſuo peccato, & prębet ei occaſiionē peccandi, conſequens eſt, eum quoq; in peccato eſſe. Hęc tamen ita intelligēda ſunt, quando ille qui accipit pecuniā mutuo ſub vſuris facit illud ſine legitima cauſa, puta neceſsitatis, vel vtilitatis rationabilis, ſed ad ludendum, vel prodaguiliter expendendū: quia tunc ille peccat mortaliter. ita tenet. Antoni. epiſcop. Floren. in trac. de vſur. §.2. num.24. Quam queſtionē reſoluit ſanct. Thom.2.2.q.78.articu.4. ſic dicens, quòd inducere hominē ad peccandū nullo modo licet, vti tamen peccato alterius ad bonum licitum eſt: quia & Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonū. vt dicitur in Enchiridio. Et ideo Auguſt. publicolæ querenti vtrum liceret vti iuramento eius qui per falſos Deos iurat in quo manifeſtè peccat eis diuinam reuerentiam adhibens reſpondit, quod qui vtitur fide illius qui per falſos deos iurat non ad malum, ſed ad bonum, nō peccato illius ſe ſociat quo per demonia iurauit: ſed pacto eius bono quo fidem ſeruauit. Si tamen induceret eum ad iurandum per falſos deos peccaret. Ita etiam in propoſito dicendum eſt, quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris, licet tamen ab eo qui hoc paratus eſt facere & vſuras exercet mutuū ſub vſuris accipere propter aliquod bonum quod eſt ſubuētio ſuę neceſsitatis, vel alterius. Sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifeſtare bona quæ habet, quæ latrones diripiendo peccant, ne ob hoc occidatur. Exemplum habemus in illis decem viris qui dixerunt Iſmaheli noli occidere nos: quia Theſauros habemus in agro. vt dicitur Ieremi. 41.

10. Tertio ſupradicta concluſio extēditur, vt non ſolum procedat, quando intentio principalis fuit habita ad lucrum in principio mutuationis, verum etiam, quando quis à principio mutuaſſet proximo motus caritate, & ab intentione lucri prorſus alienus, & poſtea tranſacto tempore aliquo, ipſe mutuator cogitat lucrum ſibi dari ab eo cui mutuauit. Et ita īficitur, quòd ſi non ſperaret aliquid vltra ſortem recipere, repeteret mutuatum, ſed propter illud lucrum ſperatum dimittit: quià tunc ille talis committit vſuram. arg. c. fertur.§. vulneratur. 1. q. 1. & quòd recipit vltra ſortem quamuis mutuatarius illud det non exactus, ſed propria ſpōte, tenetur reſtituere. ita tenent ſanct. Antoni. epiſcopus Floren. in tracta. de vſur. cap.2. num. 5. & Nauar. in manuali latino. cap.17. num.214. in fi. Sed hoc in loco quæ de reſtitutione dicimus ſic intelligenda ſunt, niſi is qui mutuum acceperat ſciret vel crederet intentionem mutuatoris fuiſſe deprauatam, & voluerit aliquid ex mera liberalitate dare per modum doni, expreſſe declarans, ſuæ intentionis eſſe quòd illud omnino ſit ſuum: quia tunc mutuator de peccato pœnitere habet: ſed ex quo donatum ſibi eſt nō tenetur reſtituere. Verum ſi dediſſet non ex libera voluntate, ſed ne reputaretur ingratus, & ab illo vel ab alio non poſſe reperire mutuum, dubitat ſi mutuans hoc ſcit, vel probabiliter credit, nō poteſt recipere:

quamuis ex caritate mutuaſſet, & ipſe ſpõte dediſſet, id eſt nõ exactus, & reſtituere tenetur acceptum: & eſt ſemper mortalis vſura. ita Antoni. vbi ſupra: quia cõtra iuſtitiam, & caritatem, & diuinam legem, cõtra illud videlicet nõ furaberis, nomine enim furti intelligitur rapina, vel omnis illicita vſurpatio rei alienæ quæ ibi prohibentur. vt in. c. pænale. 24. q. 5.

11. Quarto extenditur dicta concluſio, vt non ſolum procedat quando quis mutuat pacto expreſſo, vel tacito, vel eius voluntate declarata quòd aliquid ſibi vltra ſortem reddatur quib[9] in opere vſura exterior cõmittitur, verum etiam quando mutuat ſola intentione & ſpe vt aliquid vltra ſortem ſibi per ſoluatur: nam tunc mentalis vſura committitur eſto quod nihil mutuatorquærat. vt in. c. ſi fæneraueris. 14. q. 3. & vide Ãto. in tracta. de vſur. cap. 2. §. 1. nũ. 3. Quod quidem fit, quando mutuas ſperans intendenſq; ratione mutui me tibi aliquid exhibiturum: quia tũc vſura mentalis eſt. Veluti intẽtio occidendi hominẽ homicidium: quia obiectum ſcilicet recipere ratione mutui eſt obiectum vſurę. Ex quibus habes diſcrimẽ inter vſuram exteriorem, & mentalem, quòd exterior requirat pactum expreſſum vel tacitum. Mentalis vero quando ſpes eſt mutuandi cauſa, vt non mutuaſſes, niſi ratione mutui quidpiã tibi lucri accederet. ita tenet Domini. de So. de iuſti. & iure. lib. 6. q. 1. arti. 1. Hoc tamẽ te ſcire oportet, quòd ſi committens vſuram mentalem nihil vltra ſortem recipiat, ſufficit vt penitentiam agat de peccato ſuo mortali: ſed ſi recipiſſet, reſtituere tenetur: niſi ſibi remittatur. ita Antoni. vbi ſupra. Vbi vero principaliter quis mutuaſſet propter Deum, vel amicitiã, non propter temporale commodũ, & is qui mutuum accipit ex ſua liberalitate vt gratus nõ principaliter proptermutuum donat ei aliquid, hoc ei declarans, quòd ei libere donat, vſura nõ eſt: quia lucrum illud mutuãs non intendit. arg. c. ſicut. 1. q. 2. Non enim debet eſſe factus deterioris conditionis ſed melioris propter obſequium pro ipſo factum in mutuando, vt ſcilicet donum ei gratis factum recipere non poſsit, qui prius potuiſſet. ſecundum omnes. vt infra latius dicam, vbi hunc paſſum reſtringam.

12. Quinto extenditur concluſio, quando quis mutuat triticum vetus cum pacto vt alterum tantum recens ſibi reſtituat, ſciẽs recens melius & maioris precij quam ſuum tempore mutui & ſolutionis. ita Naua. in manuali latino. in. 7. præcepto. cap. 17. num. 224. Antoni. in tractatu de vſur. cap. 2. num. 20. vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem quã Raymun. Goffred. & Hoſtien. in ſummis tenent maxime ſi libertatem ſoluendi quãdo libuerit adimit, & obligationem reſtituendi recẽs imponit. Verum vbi mutuaret triticum vel aliud bladum ad renouandum antiquum, ideſt, vt nouum pro veteri recipiat, ſi hoc faciat principaliter ne ſuum corrumpatur, & recipienti gratiam faceret, non eſt vſura ſecundum omnes.

13. Sexto extenditur dicta concluſio, quando quis mutuat alteri centũ ducatos mox in ſuis neceſsitatibus expendẽdos ſub hoc pacto, quòd dicti centum ducati lucrẽtur ſicut conſimiles centum ducati apud Titium mercatorem legalem lucrabuntur, vel perdent: quia iſte contractus vſuram ſapit. iuxta Antoni. in tracta. de vſur. cap. 2. §. 16. num. 31. quod probatur per rationes per eum ibidem latè adductas vbi videas.

14. Septimo extenditur, quando quis mutuat alteri pecuniam & ſimul vẽdit aliquid mobile vel immobile plus petens ab eo iuſto precio ratione mutui: quia ille cõtractus vſurarius eſt. vt in. c. ſi fęneraueris. 14. q. 3. Et vidi multos circa hunc contractum errare, mutuantes pecunias & ſimul ſuas mercãtias plus iuſto precio in certo termino ſoluendo vendentes. Quod ſæpiſsimè eſſet conſionandum ut gens ab hoc tam graui ſcelere abſtineretur.

15. Octauo procedit dicta concluſio, quando aliquis mutuauit certam pecuniæ quãtitatem alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas, recepturus aliquid vltra ſortem pro eo quod ſuſcepit in ſe periculum





culum pecuniæ: quia ille talis vſurari[9] eſt cẽſendus. tex. eſt in cap. nauiganti. ex. de vſu. pro cuius tex. intellectu oportet ſic nos diſtinguere. Aut illud quod eſt vltra ſortem recipitur ratione mutui tantum, & tũc eſt vſura: non obſtante quod periculum in ſe ſuſcipiat. & ita procedit tex. ĩ dicto cap. nauiganti. Nã cum illud quod eſt vltra ſortẽ & ſic lucrũ moueat principaliter mutuatorem ad mutuũ dandum, nõ autem caritas vel amicitia, & dictum lucrum recipiatur effectualiter pro mutuo, nõ autem pro periculo, vel opera mutuantis, indubitanter eſt vſura. Aut recipitur illud vltra ſortem præciſè ratione periculi, & tunc non eſt vſura, ſed licitum: quia licet non mutuaret & periculum nauigantis in ſe vellet recipere, licite poſſet recipere precium periculi: nec propter hoc quod ſeruiat in mutuando efficitur deterioris conditionis. Aut aliquid vltra ſortem recipit talis mutuans partim ratione periculi, & partim ratione mutui, & tunc, quantum ad id quod plus percipit ratione mutui, vſura eſt. vide late hanc materiam apud Antoni. in tracta. de vſur. cap. 2. §. 21. num. 38. & apud Guliel. Bont. etiam in tracta. de vſur. num. 39.

16. Nono idem cenſendum eſt, quando aliquis mutuando recipit aliquid in pignus mobile vel immobile, & intendit recipere vtilitatem aliquam ex vſu illius pignoris ratione mutui. Puta recipit domum in pignus vel agrum, vel equm, vel veſtem, & fructum horum percipit: quia tunc vſura eſt: & tenetur reſtituere precium vſus illius pignoris ipſi pignoranti ſeu in partem ſortis computare. vt in cap. 1. ex. de vſu. Quòd tamen non eſt verum, quando laicus qui iniuſtè tenet aliquam poſſeſsionem eccleſiæ illam impignorat rectori illius eccleſiæ: nã ille rector licitè & abſq; vicio vſuræ poterit recipere fructus eiuſdem poſſeſsionis vltra ſortem. vt in dicto cap. 1. in fi. ex. de vſur. quia tunc non recipit rector illud vt vſuram: ſed ideo quod ſibi debetur. Quã quidem deciſionem Hoſtien. & Ioan. Andr. extendunt etiam in poſſeſsionem laici quæ ſi ab iniuſtè illam retinente impignoratur domino illius, poterit ille dominus licitè facere fructus ſuos. Idem tenet Antoni. in dicto tracta. cap. 2. §. 25. nu. 42.

17. Decimo dicta concluſio extenditur, quãdo quis pecuniam mutuat ſub certo pignore vſq; ad certum tempus ſub hoc pacto quòd ſi non ſoluit in termino ſtatuto cadat debitum in commiſſum, & pignoratio cadat in venditionem: cum res pignorata plus valeat. Nam ſi mutuans infra dictum tempus receperit fructus illius rei pignoratæ nõ computando illos in ſortem, ſed pro ipſo mutuo: vſuram committit. vt in cap. 1. ex. de vſur. & ſic non ſolum tenetur reſtituere ſeu in ſortem computare dictos fructus, verum etiam elapſo termino tenetur dictam rem pignori datam reſtituere: cum illam retinere non poſsit, ideo, quia contractus non tenuit cum fuerit vſurarius: Vbi vero dictos fructus rei pignoratę infra dictum tempus non recepiſſet cũ ſuperfluitas valoris cedat in debitoris pænam, ſuppoſita vtriuſq; bona fide, quando cõtractus eſt celebratus, licitum eſt. Quod intellige niſi fieret in fraudem vſurarum. Puta quia credebat mutuans illũ non poſſe in termino reſtituere. Et hoc modo illud pl[9] valoris rei pignoratæ ſibi lucrari: nã tunc fraus vſurę eſt. Secus ſi hoc fecit ad coercendam moram debitoris. vide Anton. in tracta. de vſur. cap. 2. §. 26. num. 42.

18. Vndecimo concluſio extenditur in illos qui dant pecunias mercatoribus vel artificibus vt cum eis negocientur cum pacto quod in omnem euentum & periculum capitale ſit eis ſaluum & integraliter reſtituendũ ad eorum voluntatem & inde aliquid lucri ſperãt habere: quia alias non deponerẽt dictas pecunias penes dictos mercatores ſed in arca ſeruarent: nam etſi licet illius lucri ſperati nulla pactio vel conuentio ſiue petitio interueniant, ſed ſimpliciter dimittatur diſcretioni mercatoris vſura committitur vt eſt tex. in c. vſura. 14. q. 3. Et adeò hæc deciſio vera eſt, quòd non excuſat eos ponere ſe periculo, ideo quód mercatores pęnes quos deponũt aliquãdo deficiũt & ſic capitale rehabere nõ

poſſunt. Nam illud lucrum non ſperant ratione periculi, immo ſi dubitarent de periculo non deponerẽt, ſed dictum lucrũ ſperant ratione mutui: ex quo licet periculũ interueniat non licet quicquam vltra ſortem recipere. vt expreſſe in cap. nauiganti. ex. de vſur.

Sunt & alij plures caſus quos quiſq; apud varios authores in quibus in mutuo vſura committitur colligere poteſt.

19. A prędictis vero excipitur primo, quando mutuatarius quid honeſtatis gratia redonat mutuanti: quia cum primo mutuãs ex beneuolentia & nõ propter tẽporale cõmodum mutuaſſet, ſi poſt modum is qui mutuum recepit gratis & liberaliter ei aliquid dat, poteſt dictꝰ mutuãs illud licite recipere: quia ibi nulla eſt vſura: neq; eſt peccatum dicta receptio. ita Domi. de So. de iuſti. & iure. lib. 6. q. 1. ar. 1. & Anto. de vſur. cap. 2. nũ. 3. & 15. & probatur in. c. de eulogijs. 18. diſt. & c. ſicut. 1. q. 2. Quę tamẽ intelligẽda ſunt, niſi mutuatarius quaſi coacte illud vltra mutuũ daret, quamuis appareret quòd voluntarie faceret. Vt puta dubitans quod niſi ita faceret, auarus & ingratus iudicaretur: nã eo caſu, ſi illud mutuator intelligeret vel quocũq; modo probabiliter crederet illum nõ voluntariè dare, recipiẽdo quod vltra ſortẽ datur committit vſurã: & ad reſtitutionẽ tenetur. vt in. c. vſura. 14. q. 3. vide late Anto. in loco ſupra proximè citato. vbi diſputat, quid quando mutuans illud à principio recepiſſet pure credens mutuatariũ liberaliter dare, & poſtea ſciret non liberaliter dediſſe, an locus ſit reſtitutioni? & ibidem habetur, quãdo præſumẽdũ ſit mutuatariũ gratis & liberaliter dare, & mutuantẽ recta cõſciẽtia recipere.

20. Secundo in mutuo non committitur vſura, quando id quod recipitur aliàs debitũ erat etiam ſi ex conuentione mutui id recipiatur nempe, dum debitori mutuatur vt debitum ſoluat: nã illud non eſt preciũ rei mutuatę, ſed recuperatio rei debitæ. ita Fum. in ſũm. in verb. vſura. nu. 2. & Sot. li. 6. q. 1. art. 1. & Tho. à Mer. in ſum. ã tratos y cõtractos. cap. 10. in opuſculo. de arrẽdamiẽtos preſtamos y vſuras. fol. mihi. 100.

21. Tertio in mutuo nõ committitur vſura, quando mutuatur ad captandũ amorem vel beneuolẽtiam licet poſtea ex illo amore ſeu beneuolentia mutuans cõſequatur à mutuatario beneficiũ aliquod. Quod tamen verũ intelligas, quãdo ex beneuolentia, & amore ex mutuo cõcepto poſtea beneficium conſequitur: ratio eſt, quia beneuolentia ſub ęſtimatione pecunię nõ cadit. ita ſanct. Tho. 2. 2. q. 78. in reſpontione tertij argumenti. Secus vero eſſet, ſi ſpes vlterius procederet: quia quando aliquis ex pecunia mutuata expectat vel exigit, quaſi per obligationẽ pacti taciti, vel expreſſi, recompenſationem muneris ab obſequio vel a lingua: perinde eſt, ac ſi expectaret vel exigeret munus à manu quia vtrunq; pecunia æſtimari poteſt. vt ibidẽ ſanct. Tho. & in hanc omnes inclinant ſententiam.

22. Quarto qui recipit ex mutuo intereſſe ratione damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis, vſuram non committit. Hęc tamen ita perpendenda ſunt, quotieſcunq; tã in damno emergente quã in lucro ceſſante conditiones neceſſariæ interueniunt vt puta, quia damnum emergens à principio ſtipulatũ fuit, & mutuatarius de dicto damno futuro pręuẽtus, & poſtea dictũ damnum probatum: quia iuxta omnium traditionem hęc omnia requiruntur ad petendũ ex mutuo intereſſe damni emergentis abſq; vſurarũ labe. In lucro vero ceſſante eſt diſtinguendum. Aut petitur lucrũ ceſſans ideo quia fuit à principio ſtipulatũ, quod fieri poteſt adhibitis quibuſdã conditionibus circa quas inter ſcribentes nõ modica eſt diſceptatio, vt quidam exiſtimant ad ſtipulandum dictũ intereſſe à principio ſeptem requiri cõditiones, pro vt tenet Conrad. de contractib. q. 30. cũ multis ſequacibus. Quidam vero quatuor. vt Pedraça in ſumma in. 7. præcepto. Alij vero tres. Alij duas. Ego vero has ſolas ſufficere conditiones ſemper arbitratus ſum, quòd mutuator ſit mercator ſolitus lucrari, & quòd eandem pecuniam quam mutuat iam expoſitam & deſtinatam habuiſſet certæ & particulari negociationi a qua alterius rogatu & amore proximi illam euellit: nam tunc mutuãdo poteſt mercator a principio lucrũ ceſſans in pactum deducere, non quidem taxatum, & determinatum: ſed veriſſimile. tenet idem Domi. de Sot. de iuſt. & iu. lib. 6. q. 1. arti. 3. in fi. & q. 10. art. 2. in fi. Et in hoc caſu in quo à principio lucrum ceſſans ſtipulatur dictis interuenientibus conditionibus, illud licite debetur: & peti poteſt: de quibus latius in cap. ſequẽti dicemus. Aut petitur ſeu pretẽditur ex mutuo ideo quia mora commiſſa eſt, & tunc iterum diſtinguendum eſt. Aut prætenditur dictum lucrum ceſſans deberi ex ſola mora, aut quia articulatum & probatum extat dictum lucrum ceſſans verè ceſſaſſe ratione moræ cõmiſſę & retardatę ſolutionis, ſi prætenditur ex ſola mora ſic ſimpliciter cõſiderata, lucro ceſſante nõ probato, in hoc caſu, dictũ lucrũ ceſſans neq; debetur neq; peti poteſt. Ratio triplex eſt, quia ſi ex ſola mora deberetur, intereſſe non probato, ſequeretur, quòd tempus eſſet modus inducendæ obligationis, at hoc eſt falſum. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actionib. & obligationb. cũ concordan. Secunda ratio eſt, quia ſi ex ſola mora lucrum ceſſans deberetur, intereſſe ratione temporis tantum reciperetur: quod quidem vſura eſt: quia omnibus tam diuitibus, quàm pauperibus, tempus debet eſſe commune. ita Dida. Stel. in Lucam. cap. 6. ibi mutuum dantes & nihil inde ſperantes. Facit quod dicit Dauid. pſal. 54. Viri impij non dimidiabunt dies ſuos. &c. & Eccleſiaſti. in tempore redditionis poſtulabit tempus. Tertia & finalis ratio eſt, quia lucrum ceſſans non poteſt peti neq; debetur, niſi conſtet & probatum extet lucrum propter mutuum & ratione moræ verè ceſſaſſe. vt late Math. de Afflic. in deciſ. 20. num. 2. & Mohed. deciſ. 208. Aut prætenditur ſeu petitur lucrum ceſſans ratione morę, hoc etiam probato, quòd verè propter retardatam ſolutionem lucrum creditori ceſſauerit, & tũc licitè ex mutuo vſurę lucri ceſſantis petuntur atq; debẽtur. vt in dictis deciſionibus. De quibus latius in ſequẽti capite dicetur & hæc omnia probabuntur.



## Cap. 33.-In quo de graui agitur quæſtione.

Solent mercatores cum pecunias mutuãt, Principibus, Ducibus, ac alijs Magnatibus, ſub pactis ſequentibus cum eiſdem contrahere. Primo, quòd liceat mercatori pecuniã mutuatam ſeu tantũdem pecuniarum ſumere a ſe ipſo ad cambium, vel a quibuſcunq; alijs, & quod poſsit eam cambire, & recambire, ſemel, & pluries, & quotiens ei bene viſum fuerit, hoc expreſſo pacto, quòd intereſſe ſeu actuarium non poſsit excedere ſummam quindecim pro centenario in anno. Quod eo ipſo puncto quo quantitas mutuata exoluta fuerit, cedat oneri Principis mutuatarij: donec & quouſq; mercator mutuans de pecunia mutuata vna cum intereſſe, damnis, & expenſis, integrè ſit ſatisfactus. Et quòd poſſit dicta cambia ad quæcunq; loca & nundinas tranſmittere, & ea remittere ad quoſcunq; inſtitores ſeu factores, Sẽcundo, quòd in recompenſationem cõmoditatis mutui reperti, atq; pro laboribus ducendi dictam pecuniam mutuatam ad cambium, mutuatarius titulo donationis ex eius mera & libera voluntate procedentis dare teneatur eidem mercatori tercẽtum ducatos, vel aliam ſtipulatam ſummã. Tertio quòd ipſe mutuatarius ſuis proprijs expenſis, atq; laboribus, pro ipſo mercatore & ad eius vtilitatem obtinere habeat à Regia Mageſtate facultatem atq; licentiam extrahendi à regnis Caſtellæ tantam quantitatẽ quantã ipſe mercator eidẽ mutuauerat. quod ni fecerit, teneatur ipſe mutuatarius de ſuis facultatibus valorẽ dictę licentię ſoluere, Quarto, quod Princeps ſeu quiuis alius mutuatarius prędictã quantitatem mutuatã vna cũ dictis intereſſe & expenſis infra vnũ annum reſtituere teneatur in eodẽ met loco in quo mutuũ cõtrahitur. Quinto, quòd prouiſione & ſecuritate prędictorũ, atq; pro eiſdem complendis, dictus Princeps

Princeps mutuatarius obligare & hypothecare habeat dicto mercatori certas & deſignatas res ſummę æſtimationis, & valoris, vt eſt recamera, qua res precioſiores continētur: cum expreſſa earū rerum manus immiſsione, & facultate, quod ni prædicta omnia ſtipulata & in pactū deducta infra ſtatutum tempus ad implerentur, liceat mercatori quæ pignori ſibi tradita ſunt, in encantu, vel ſine encantu diſtrahere: & de proceſsis in prædictis omnibus ſibi met ſatis fieri. Nunc ex prædictis eſt quæſtio, an cōtractus inter has perſonas hac forma celebratus hijſſeq; pactis indutus, ſit vſurarius cenſendus vel non?

*Iulianus mercator mutuator.* *Comes Sempronius mutuatarius.*

1. *NOtarius conficiens inſtrumentum vſurariū peccat mortaliter, infamis eſt, a teſtimonio repellitur, arte ſua priuatur, & ad reſtitutionem in ſubſidium tenetur.*
2. *Pactum appoſitum in contractu mutui facultatis ſumendi tantundem quantitatis mutuatæ ad cambium eo ipſo quo dicta quantitas mutuanda iuxta ſtatutum in dicto contractu tempus ex ſoluta eſſet vt intereſſe ſeu actuarium cedat oneri mutuatarij idq; ad rationem duodecim pro centenario, non inſeruit niſi expectato tempori ad ex augendum fœnus.*
3. *Facultas ſtipulata per mercatorem accipiendi ad cambium a ſe ipſo quantitatem mutuatam ad onus mutuatarij iuncta obligationi quam mutuatarius in eodem contractu facit reſtituendi dictam quantitatem in loco vbi mutuum celebratur infra certum tempus demōſtrat, cambia hinc inde celebrata vſuraria eſſe.*
4. *Cambia celebrata cum aliquo principe, quarum litteræ mittuntur ad eorundem campſorum inſtitores vafra & vſuraria appellantur: & ſic ſunt collocanda inter illa quæ propriè ſicca appellantur, & ſunt cambia ficta.*
5. *Mercator qui mutuando paſciſcitur quòd pendente termino ad ſoluendum conſequatur aliquod intereſſe ſeu interuſurium medij temporis committit vſuram: et non valet talis conuentio.*
6. *Intereſſe lucri ceſſantis non poteſt a principio in cambijs certum & determinatum taxari.*
7. *Vſura promiſſa ſub titulo donationis non valet: quia talis donatio non procedit ex mera liberalitate donantis.*
8. *Mutuator qui ratione mutui vltra ſortem mutuatam ſtipulatur ſibi aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile vſuram committit.*
9. *Intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis ex mutuo iuſtè recipi poteſt.*
10. *Intereſſe damni emergentis ad hoc vt recipi poſſit, quæ requirantur.*
11. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi reuera lucrum ceſſet.*
12. *Vſuræ de iure licitæ ſunt. Solum enim illarum exceſſus reprobatur. Et ideo ſi vltra modum ſtipulatæ ſunt debent reduci ad modū. Et de quo iure hoc intelligendū ſit? Et quid de iure canonico? & quid de iure ciuili a tēpore Iuſtiniani. vide latè ibi.*
13. *Vtile per inutile viciatur.*
14. *Concluſio regij concilij.*

COntractum ſupra mētionatum multi mercatores diuites celebrare ſolēt cum Regibus, Principibus, Ducibus ac alijs perſonis nobilibus vt cābiorū colore, ac fictione, poſsint ex mutuo magnas pecunię quantitates ab eis vltra principalē ſortē extorquere. Paſciſcūtur enim quòd poſsint quantitatē mutuatam a ſe ipſis & pro quibuſcunq; nūdinis ſumere ad onus mutuatarij, & tamen nulla cambia celebrātur, vel ſi celebrātur illa ficta, & ſimulata, ac in fraudem vſurarum exiſtunt: in quod flagitium tot tātiq; homines incidunt, quòd profectò dolendum eſt, & continua oratione orandum, vt Deus ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum hanc hominum iniquitatem deleat.

1. Quid quod de notarijs qui hos peſtiferos contractus recipiunt & atteſtantur, hi vltra quod peccant mortaliter, infames ſunt, à teſtimonio repellūtur, periuri ſunt, (quia notariatus authoritatem ſuſcipiendo iurant à ſimilibus contractibus ſe abſtinere) arte ſua priuantur: & deniq; ad reſtitutionem in ſubſidium tenentur. ita

Siluester.



Silueſter. in ſumma in verbo. vſura. 7. q. 7. Nauar. in manuali in. 7. pręcep. cap. 17. nu, 276. & So: de Iuſ. etiu. lib. 6. q. 1. arti. 4. Quæ nō ſolū procedunt in notario ſciente contractum eſſe vſurarium, ſed etiam in dubitaute, qui antequā dubietatem exuerit teſtificatur: vel facit inſtrumentum vſurariū. arg. tex. in. c. 3. & c. ſiquis autem, de pęnitē. diſtinctio. 7. ita tenet. Nauar. in dicto manuali. 7. præcep. cap. 17. num. 276. Qui hoc vltimū limitat, niſi per opinionem alicuius doctoris ſolemnis fulſitam ratione dictam dubietatē exueret: quia tunc id bona conſcientia facere poſſet. Quod quidē ad teſtes inſtrumenti ſcientes inſtrumentum eſſe vſurarium & ad mediatores extendendū eſſe ait Anto. de vſur. in prin. nu. 26. Aduocati quoq; talia inſtrumenta patrocinātes in idem incidunt flagitium, & tales digni ſunt morte eterna: quia cōſentiunt vſuſurę cooperando. vt in. c. notum ſit. 2. q. 1.

Verum, vt hęc quæ ſupra de cōtractu inualido & vſurario dicimus clara ante oculos iaceant præmittendum primo cenſeo, hunc contractum, mutui contractum eſſe: vt ex inſtrumento, verbiſq; contrahētium colligitur. Pecuniæ namq; numeratæ dicti Iuliani mercatoris effectæ fuerunt dicti comitis Sempronij. Et cum in eo cōtractu omnia quæ mutui definitioni competunt reperiantur, fatendum neceſſario eſt, contractum illum mutuum eſſe. vt in. l. 2. in princi. & in. §. appellata. ff. de reb. credi. Quod etiam arg. ducto a ſufficienti partium enumeratione cōfirmari poteſt: qui modus argumentandi validus eſt. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actionib. & oblig. l. filius. §. filius. ff. de leg. 1. §. in bonæ fidei. inſti. de actionib. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactionib. cū ſimilib. Sed in hac conuentione nullum genus cōtractus aptari poteſt præter mutui. quia ibi neq; venditio, commodatum, depoſitum, locatio pignus ſocietas vel quiuis alius contractus celebratus fuit. Sequitur ergo contractum hunc mutuum eſſe.

Cognita iā huius cōtractus natura, viſiſq; pactis & conditionibus in eo initis, & præ
ſuppoſitis, quis eſt qui nō fateatur, dictum contractū vſurarium, pęſtiferum, ac reprobū eſſe. Videmus enim primo ratione mutui contra omnia iura ſcilicet naturale, diuinū, & humanum, triplex in hoc cōtractu intereſſe ſtipulatum fuiſſe. Secundo illud à principio certum, & taxatum explicarunt. Qua in re, iſti contrahentes violarūt & trāſgreſsi ſunt formidandam diſpoſitionē ſanctiſsimi Papę Pij Quinti datā Romę apud ſanctum Petrum anno incarnationis domini. 1571. Kalen. Febru. anno. 6. ſui pontificatus. Tertio idē intereſſe Iulianus mercator ex mutui cauſa ante comitis moram, immo pro interuſurio medij tēporis, cum dicto contractu conſequi intendit atq; deſiderat. Non ne igitur in dicto contractu grandes cōmittuntur vſurę? Quàre vt pro-
2. bè omnia examinentur, agredior primum pactum facultatis ſummendę tantundem quantitatis ad cambium eo ipſo puncto, quo dicta quantitas mutuanda iuxta ſtatutum in dicto contractu tempus exoluta eſſet, vt intereſſe ſeu actuarium dicti cambij cedat oneri dicti comitis Sempronij: idq; ad rationem quindecim pro centenario. Hoc enim pactum non inſeruit niſi expectato tempori ad exaugendum fænus: cū in vim huius pacti nunquam cambia cele-
3. brētur. Nam ex facultate illa accipiendi ad cambium à ſe ipſo, iuncta obligatione ad quam dictus Comes tenebatur ſoluendi quantitatem mutuo datā in pręſenti ciuitate & non alibi, nihil aliud reſultat, quàm licentia faciendi cābia ſicca, & vſuraria, ex eo quòd dictus comes non tenetur nec cogitur quantitates cābiendas ſoluere in nūdinis, neq; in terminis in litteris cābiorum comprehenſis, ſed in loco & terminis expreſsis in dicto contractu: & cū intereſſe iā à principio taxato: & non cōprehenſo in aliquibus càbij litteris. Vel ſi celebrantur
4. mittendo fictas litteras ad eorundē campſorū inſtitores nunquā dictorū cambiorū ſit realis tranſmiſsio, vt patet ex iā dictis: & ſic talia cambia vafra, & vſuraria ſunt: ac collocanda inter illa quę propriè ſicca appellantur. vt not. Ioan. Baptiſt. de Lu. in

cap. naui

cap.nauiganti. num. 65. de vſur. Oportet
enim ad realitatem huiuſmodi contra-
ctus, vt qui accipit Barcinonæ pecuniam
à campſore cambiendam Metinæ, vel ali-
bi, in prædictis locis tantundem habeat pe
cuniarum quas cum pecunijs Barcinonæ
receptis cambire & permutare poſsit: alio
quin claudicat cambium. Quinimo nec
cambij nomine nuncupandum eſt, ſed fi-
ctum cambium, imaginarium, & palliatũ,
ad parturiendas vſuras & exigendas pecu-
nias indigentis debitoris excogitatum. Et
quòd nunquã fiat realis tranſmiſsio patet,
quia Principes ad quorũ onus in vim talis
pacti ficta cãbia celebrãtur, cũ nõ ſint mer
catores, neq; ſoliti negociari, ſed multo di
uerſijs exercitijs & quæ Principem decent
dediti, non habent neq; ſolent in nundinis
habere inſtitores, ſeu factores: qui litteris
cãbij receptis pro eis ſolutionẽ facerẽt. Vn
de, cũ tales Principes neq; inſtitores, neq;
pecunias in nũdinis realiter vel credito ha
beãt, clarũ eſt, quòd dictę litterę cãbiorũ ſi
mittuntur, ita mittũtur, vt trãſacto tẽpore
vnde proceſſerãt inanes referãtur. Que om
nia per ſupra dictã Papę Pij Quinti extraua
gantẽ vſuraria declarãtur. Immo prædicta
ſunt figmẽta, & palliamenta, quibus cãpſo
res principũ & nobilium bona deglutiũt.
Atq; per hoc Gaieta. in ſuo opuſculo de cã
bijs reſoluit, cãbia quę hoc modo videm⁹
frequẽtari cũ principe aliquo, aut quouis
homine, iniuſta illicita ve eſſe. Quod aper
tius cõcludit Silueſter in ſũma. Verbo vſu
ra.4.§.9. Nauar. in cap.nauigãti.nũ.25. ex.
de vſur. Vnde ſequitur, quòd dictũ pactũ
nõ niſi inſeruiat expectato tẽpori ad exau
gendũ fęnus, vt dictũ eſt: cũ ſolum ſoleat
in dicto contractu & ſimilibus apponi, vt
mercatores ex mutuo, hoc velamine poſi
to, in teruſuriũ medij tẽporis cõſequãtur.
5 Nã quando mercator etiã ſolitus negocia
ri mutuat pecuniã, & paſciſcitur cũ debito
re, quòd pẽdente termine ad ſoluendũ cõ
ſequatur aliquod intereſſe ſeu interuſuriũ
medij tẽporis ſicut in hoc cõtractu videre
eſt, nõ valet talis conuẽtio, etiã quòd quan
titas dicti intereſſe non taxaretur; quia eſt
vſura quę proprie cõmittitur in mutuo ve
ro vel ficto. vt habetur in.l.2.§.creditũ. vbi
Deci.in.3.notab. ff. de reb.cred.ſi cer.peta.
Hãc ſententiã tradit Aymon Craue. in cõ-
ſi.189. in prima parte.nũ. 7. vbi etiã addit,
quòd ſi talis conuẽtio in mutuo permitte
retur, de facili mercatores applicarent ani
mũ ad ita mutuandũ: quia lucrũ eſſet tuti⁹
& frequẽtius, & pecunia pecuniã acquire-
ret: vt ita in mutuo cõcludit Aret. cõſi.151.
incipiẽ. viſo themate. col.2. verſi. Preterea
vt dixi. & col.fi. verſi. ad ſecundũ dubiũ. &
in cõſi.156. incipiẽ. viſis diligẽter. in. fi. vbi
atteſtatur hanc opinionẽ eſſe magis cõmu
nem. & in mutuo idẽ tenet. Decius in cõſi.
167. in. fi. Alexan. conſi.20. col.2. & in con-
ſi.65. Nã cũ in huiuſmodi cõtractu mutui
nõ ad ſit aliqua vis formalis, aut virtualis,
vel aliquo modo violẽta, neq; poſsit dici
ante terminũ ſolutionis debitorem eſſe in
mora, nõ videtur eſſe iuſtũ paſciſci aut ſti
pulari intereſſe ſeu interuſuriũ medij tẽpo
ris: quia tũc manifeſta eſſet mercatoris in-
tẽtio, videliſcet ſe ex mutuo, cõtra iuris ꝓ
hibitionem velle aliquid vltra ſortem mu
tuatam capere: quod eſt contra caritatem,
eandẽ ſententiam & rationem confirmat
Domini. de Soto. de iuſti. & iure, lib.6.q.1.
arti.3. & Thomas de Merca. fol.158. pag.1.
in prima eius impreſsione. Plus etiã dicit
Craue. in ſupra citato conſil. 189. nũ. 7. in
verſi. Ampli⁹ dico, quòd ſi quis mutuauit
cõmunitati ſeu vniuerſitati coactẽ, nõ poſ
ſet paſciſci ď aliquo lucro ceſsãte ante mo
rã: ſed ſolum de dãno vitando. ita Anchar.
in conſi.376. incipien. Secundo dubitatur.
verſi. Facit etiam optimè. & Anto. de Bu-
tri. in conſi.17. Ex quibus cõcluditur, dictũ
pactũ in fraudẽ vſurarũ ibi poſitum eſſe.
Maximè, quia cãbia de quibus in dicto cõ
tractu paſciſcitur manifeſtã habent mutui
rationẽ: cuius ideo preciũ apertam habet
vſurę iniquitatẽ. Qua ꝓpter Domi. de So.
de iuſti. & iu. lib.6.q.10. art.2. ait eſſe demi-
rãdũ doctores aliàs nõ infimi nominis hu
iuſmodi cãbia nõ reprobare, propter ratio
nes quas inter arguendũ illich attullit: vide
licet, propter labores, & ſumptus, & lucrũ
ceſſans.



ceſſans. Enim vero ait, vt labores & ſump-
tus in aliquam functionem impenſi mer-
cede digni exiſtimentur perſpiciendum
prius eſt, an functio ipſa, & negotium, ge-
nere ſuo & obiectio iuſtitię munus ſit. Nã
alias, neq; labores, neq; ſumptus, vlla digni
ſunt retributione: immo ſupplicio. Alio-
quin vniuerſos haberemus excuſatos. Ec-
quis enim illorũ eſt, qui in ſua exercẽda ar
te labores nõ collocet, & sũptus? Quin ve
ro latrones ipſi publici nõne improbas la-
trocinij exercendis operas nauant? Igitur
campſores, cum mutuum in diſpenſabili
iure naturæ & diuino reprobetur, ſi ratio-
ne temporis ex mutuo aliquid percipiũt,
nullos labores, aut ſumptus, ſibi prætexe-
re poſſunt: quorum de cauſa mercedem
recipiant.
6. Secundo reprobatur dictus contractus
ex eo quòd in eo aliam videmus manife-
ſtã contineri vſuram: cũ per Iulianũ merca
torẽ pro intereſſe cãbiorum a ſe ipſo ad o
nus dicti comitis ſumendorũ fuit certa &
determinata quantitas a principiò taxata.
videliſcet ad rationẽ.15. pro centenario:
quod quidẽ iure fieri prohibetur. vt atte
ſtãtur Bal. & alij in.l.rogaſti.§.ſi tibi. ff. de
reb.cred. Idem Bal. in.l,1.C. de ſumma tri.
& fide catholi. Alex. in conſil.61. vol.2. & in
conſil.80. vol.3. Socin. eleganter in conſil.
179. num.2. Deci. conſil.39. Aymõ Craue.
conſi.189. parte prima. & cõſi.87. vbi loqui
tur de mercatore qui veriſsimiliter tãtũdẽ
fuiſſet lucratus. Decius. in cap. cũ venerabi
lis. ex. de exceptionib. Hieroni. Caynol. in.
l. vnica. num.49.C. de ſentẽ. quę pro eo ꝙ
intereſt proferũ. Ambro. de Vig. in tracta.
de vſur. num.47. quibus locis cũmulantur
plures remiſsiões. Vide quoq; Felin. ĩ cap.
cũ venerabilis. num.9. de exceptionib. Et
ratiò eſſe poteſt, quia in principio contra-
ctus adhuc non eſt mora. prout multa ad
hunc finẽ congerit Petr. Rebuf. in repitio.
l. vnicę. in glo. vltima. nũ.35. C. ď ſentẽ. quæ
pro eo quod intereſt profferun. Atq; ideo
Pala. Rub. in repitio. cap. per veſtras. in.6.
notab. nũ.10. hãc protulit ſententiã, quòd
licet intereſſe lucri ceſſantis peti poſsit de
iure canonico, non tamẽ poteſt à princi-
pio taxari, nec per cõtractum inter viuos,
nec in teſtamento in quo teſtator propter
tarditatem ſolutionis quãtitatis adijceret
vſuram per dinumerationem menſiũ vel
annorũ. Sed quorſũ iſte labor in referen-
dis iuris interpretum opinionibus. cũ pro
lege id ſancitum ſit & diſtrictiſsime prohi
bitum à ſanctiſsimo Papa Pio quinto in
ſupradicta extrauaganti: quæ incipit. In e-
am pro noſtro paſtorali officio. ibi. in verſ.
Porro. Vbi inquit, Porro ad tollendas quã
tum cum Deo poſſumus occaſiones pec-
candi, fraudeſq; fæneratorum, ſtatuimus,
ne deinceps quiſquam audeat ſiue à prin-
cipio, ſiue alias, certum & determinatum
intereſſe etiam in caſu non ſolutionis pa-
ciſci. Quæ conſtitutio cum loquatur in cã
bijs, declarat intereſſe in dicto contractu
in continenti taxatum illicitum ac in frau
dem vſurarum eſſe.

Tertio dictus contractus aliam manife
ſtam continet vſuram ratione intereſſe pa
ctati pro commoditate mutui inuenti, &
laborum ducendi quantitatem mutuatã
ad cambium: quod ſubſequentibus verbis
ſtipulari ſolet. *Item es pactado, y concertado,
que en recompenſa de la buena obra que el di-
cho Conde recibe del dicho Iulian por las coſas en
la preſente capitulation contenidas, que el dicho
Conde le hagua ſegun que de preſente le haze
merced de ſu buen grado y mera voluntad y otra
mente, es a ſaber, de vna parte de treſientos duca
dos. &c.* Ponderando igitur illa verba. *Por
la buena obra de las coſas cõtenidas en la preſente
capitulacion*, clare dignoſcimus ratione
mutui viginti milia librarum (quod eſt il-
lud quod principaliter in capitulatione
continetur, intereſſe trecentorum duca-
torum fuiſſe ſtipulatum contra legem di-
uinam dicentem, mutuum dantes & nihil
inde ſperantes. vt Lucę. cap.6. ibi. *Et mutu-*
7. *um date, & nihil inde ſperantes*. Neq; poteſt
admitti illa defenſio, quod dictus comes
gratis, & titulo donationis, ſiue vt vulgo
dicitur de merce promiſſerit dictos tercẽ
tũ ducatos: quia ipſemet Iulianus merca-
tor dictum intereſſe in pactũ ſub nomine
donationis

donationis, & titulo de merce deduxit. Et
ſic verba illa gratię & donationis color eſt
quęſitus: & ſunt poſita dicta verba in frau
dem canonum. Non enim dicta donatio
procedit ex mera liberalitate donãtis, ſed
fit præcedente ſtipulatione mercatoris:
qui dictos tercentum ducatos ſibi ſtipula-
tus fuit propter pecuniam a ſe dicto comi
ti mutuatam. Vt patet in eiſdem verbis.
*Por las coſas enla preſente capitulation conteni-
das, &c.* Probatur etiam ex eodem contra-
ctu quia pro dictis tercentum ducatis fecit
dictum comitem obligare ſub tutiſsimis
obligationibus, & hypothecis in dicto cõ-
tractu contentis. Seruiunt ergo dicta ver-
ba vt eorum colore, & palliatione augea-
tur fænus dictorum quindecim pro cen-
tenario: quòd intereſſe reuera ex cauſa mu
tui ſtipulatum eſt. Et ideo licet hæc vſura
promiſſa ſit ſub titulo donationis, non va
let: quia vt inquit Bal. in cap. clerici. num.
15. de vita & honeſ. cler. vſura promiſſa ſub
titulo donationis non valet: quia eſt color
quæſitus vel in fraudem canonum. Et vbi
eſt color quæſitus, ibi eſt fraus. ſecundum
Cyn. in auth. ad hæc. de vſur. Proquo fa-
cit, quòd idem Bal. notat in. l. ab Anaſta-
ſio. in vltima colum. C. manda. vbi ex illo
tex. colligit argumentum, quòd remiſsio
vſurarum facta fæneratori ex cauſa dona-
tionis præſumitur colorata, & quòd fue-
rit facta vt remittens habeat gratiorem ex
torſionem, & non mero animo liberali:
vt in hoc propoſito vult expreſſe Paul. de
Caſ. in. l. rogaſti. §. ſi tibi: in fi. ff. ſi cert. peta.
& in. l. penul. in fi. ff. de condictio. obtur.
cau. Idem tenet Alexan. in conſil. 80. num.
15. vol. 3.

Quarto illa quoq; conuentio de traden
da licentia exportandæ prædictæ quan-
titatis à regno Caſtellæ ad præſentem prin
cipatum Cathalonię reddit & facit dictum
contractum vſurarium. Nam præſuppoſi
to quòd eſt verum prout eſt, prædictam li
centiam occaſione mutui ſtipulatam fuiſ-
ſe, vt ex eiſdem verbis contractus, volun-
tateq; contrahentium à perte colligitur, &
ſignanter in illis verbis. *En recompenſa de la
buena obra.* & ibi. *Por las coſas enla preſente capi
tulation contenidas.* Nulli poteſt eſſe dubium,
quod dicta conuentio & ſtipulatio vſura-
ria ſit. Nam quidem ſtipulatio facti eſt, &
pecunia æſtimabilis: quia dictę licentię in
regno Caſtellæ valere ſolent ad rationem
certi precij: quod omnibus notiſsimum
8. eſt. Sed quando quis vltra ſortem mutua-
tam ſtipulatur aliquod factum ratione mu
tui quòd ſit pecunia æſtimabile, & ad
quod debitor nõ tenebatur, vſurã commit
tit. glo. Bar. & Doctor. in. l. rogaſti. §. ſi tibi.
ff. de reb. credi. ſi cer. peta. & de cer. condi.
ctio. Silueſ. in verb. vſura. 1. q. 7. Couarr.
lib. 3. varia. reſolutio. cap. 2. num. 5. verſi.
Tertio tamen. Soto. lib. 6. de iuſti: & iu. q. 1
arti. 2. & . q. 3. arti. 1. Nauar. in manuali lati-
no in præcepto. 7. cap. 17. num. 220. in im-
preſsione Barcinonenſi. Lupp. in cap. naui
ganti. num. 42. verſicu. Sed aduertendum.
de vſur. & vide quæ amplius dixi ſuper
hoc ſupra in proximo capi. num. 8. ergo.
&c. Ratio eſt, quia cum illud beneficium
ſeu aliud factum ſit pecunia æſtimabile ſe
queretur, quòd mutuator â mutuatario vl
tra ſortem quam mutuauit amplius exige
ret quòd fieri non licet per ſupra dicta. Ra
tio rationis eſt, nam omne illud pro pecu
nia habetur cuius precium poteſt pecunia
menſurari. ita Sanct. Thom. 2. 2. q. 78. arti-
cu. 2. verſi. Reſpondeo. Et ideo, ſicut ille
qui pro pecunia mutuata vel quacunq; a-
lia re quæ ex ipſo vſu conſumitur pecu-
niam accipit ex pacto tacito vel expreſſo
peccat contra iuſtitiam, ita etiam quicũq;
ex pacto tacito vel expreſſo quodcunq;
aliud acceperit, cuius precium menſurari
poteſt pecunia, ſimile peccatum in currit.
vt ibidem ſanct. Thom. & ſic vſuram com
mittit. vt expreſſe habetur in cap. pleriq;
14. q. 3. ibi. *Siue enim eſca ſit, ſiue veſtis, ſiue
quid aliud quocunq; nomine appelletur quod vl-
tra ſortem recipiatur vſura eſt.* Vide Doctor.
in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. §. alte
ri. ff. de verb. obligatio.

Mercatores tamen cupiẽtes ſe huius mo
di impoſturis contaminare contra ratio-
nes prędictas, ſequentibus in ſurgunt ra-
tionibus



tionibus. Et aiunt, quòd licet dictus con-
tractus propriè ſit contractus mutui: quia
tamen in contractu mutuationis frequẽs
habetur ratio damni emergentis, & lucri
ceſſantis, & horum ratione licet mutuato
ri quidpiam ſupra ſortem accipere, & at-
tento quòd Iulianus eſt mercator, & ſolitus
lucrari, iuſtè poteſt conſequi intereſſe in
dicto contractu ſtipulatum: aut ratione dã
ni emergentis, vel lucri ceſſantis.

Secundum argumentum quod pro ſe
adferunt eſt, quòd ſi circa intereſſe eſt ex-
ceſſus, ille ſolus exceſſus reprobatur, & in-
tereſſe reducitur ad legitimum modum:
quia de iure vſuræ licitæ ſunt: ſolum enim
illarum exceſſus reprobatur.

9. Probant primum argumentum, quia ex
mutuo, ratione damni emergentis, vel lu-
cri ceſſantis, poteſt aliqua expeti commo-
ditas, ideo, quia ſunt tituli iuſti, & honeſti,
quamuis lucrum ceſſans ſolitum refugiũ
ſit vſurariorum: & patens via ad impunè
fęnerandum. vide late Domi. de Sot. de iu
ſti. & iu. lib. 6. q. 1. arti. 3. vbi quinque in hac
materia tam damni emergentis, quàm lu-
cri ceſſantis, concluſiones conſtituit. Ean-
dem etiam ſententiam tenet ſanct. Tho. 2.
2. q. 78. arti. 2. & hæc eſt communis omniũ
doctorum ſentẽtia, quam ipſe fateor, ſcili-
cet, quòd iſti tituli ſint iuſti, & honeſti, &
quòd horum ratione, licet mutuatori ali-
quid vltra ſortem mutuatam exigere.

Verum applicando prædicta ad contra
ctum de quo agitur, videmus, quòd nulla
ratione, neq; damni emergentis, vel lucri
ceſſantis, poteſt dictus contractus ſaluari
quin non ſit vſurarius. Et primo quo ad dã
10. num emergens patet, nam vt hoc intereſſe
exigi poſsit, debent concurrere iuxta om-
nium ſententiam iſtæ conditiones, quòd
mercator rogatus mutuãs in principio ſti
puletur, & in pactum deducat dictum inte
reſſe damni emergentis, preueniendo atq;
monendo mutuatarium de damno quod
ſibi propter illud mutuum cõtingere poſ
ſet, videliſcet, quòd domus ruinam timet,
aut annonæ carithiam quam modo prop
ter mutuum emere impeditur, aut quod
poſt modum vſuras ſoluere cogetur pro-
ære alieno. Ratio eſt, quia cũ mutuatarius
eſt præuentus de damno quod emergere
poteſt, arbitrari poterit, an liceat ſeu expe-
diat ſibi ſub illa conditione mutuum acci
pere. Et ſi ſub illa conditione pecuniã mu
tuo accipit, ſibi imputandum eſt dãnum
quod emergit. ita latè Domini. de So. de
iuſti. & iure. lib. 6. q. 1. arti. 3. Atq; hinc ſequi
tur, quòd ſi damnum non fuit præuiſum,
neq; timebatur, ſed poſtea forte ſuperue-
nit, non tenetur mutuatarius de illo. Sed
prædicta in dicto contractu non inter fue-
runt, in quo Iulianus potius facultatem cã
biendi a ſe ipſo ad onus Comitis mutuara
rij cum intereſſe iã a principio taxato paſ-
ciſci curauit, quã præuiſum formidatum
vè damnum emergens in pactũ deducere.

11. Neq; quoad lucrum ceſſans dictus con-
tractus ſuſtineri poteſt. Nam licet intereſ-
ſe lucri ceſſantis de iure canonico licite ex
igi poſsit, & illud in mutuo iuxta aliquo-
rum ſententiam à principio in pactum de
duci, tamen illud non debetur, niſi reuera
lucrum ceſſet, & non fiat in fraudem vſu-
rarum, ſicuti in dicto contractu videtur eſ
ſe factum: in quo, non veriſsimile ratio-
ne lucri ceſſantis intereſſe fuit ſtipulatum
prout fieri debuiſſet. iuxta doctrinam ſan-
cti Thomæ in loco citato. Quem locum
Domini. de So. lib. 6. de iuſ. & iure. q. 1. art.
3. in fi. dicit, ita eſſe interpretandum, quòd
non licet id integrum ſuſcipere, quod re-
futurum erat in actu: quia nõ dum eſt cer-
tum, ac multo minus quantum poterat ac
creſcere: quoniam hoc minus habet certi-
tudinis, ſed quantum eſt in habitu, puta in
ſpe ſecundum coniecturalem prudentiã
veriſsimili. Iulianus tamen potius à princi
pio intereſſe triplex, illudq; certum, & de-
terminatum, cõtra omnia iura, & cum pa
ctis labè vſurarum infectis in pactũ dedu-
xit: vt per ſupradicta latius apparuit. Ex
quo quidem contractu non reſultat pro-
batio, quòd propter dictum mutuum vi-
ginti mille librarum vere dicto Iuliano
lucrum ceſſauerit. Nam vere ceſſare tunc
penitus cenſendum eſt, non quia Iulianus

 poterat

poterat negotiationi pecuniam committere, ſed quando reuera iam firmus exponere conſtituerat: atq; eandem quam mutuauit. ita Domini. de So. de iuſti. & iure. lib. 6. q. 1. arti. 3. in fi. Præterea ſanct. Thom. 2. 2. q. 78. arti. 2. eandem nobis proponit ſententiam in hæc verba dicens, ille qui mutuum dat poteſt in pactum deducere recompenſationem damni per quod ſubſtrahitur ſibi aliquid quod debet habere, hoc enim, non eſt vendere vſum pecuniæ: ſed damnum vitare. Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc, quòd de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere: quia non debet vendere id quod non dum habet, & poteſt multipliciter impediri ab habendo. Idẽ tenet Domini. de So. de iuſti. & iure. lib. 6. q. 10. arti. 2. in fi. vbi dicit, vniuerſis in confeſſo eſſe, nemini licere lucrum ceſſans exigere, niſi qui expoſitam habet negotiationi pecuniam, a qua negotiatione, alterius rogatu, illam euellit: & quòd non ſufficit, mercatores habere potentiam dandi ad cambium: quia illa potentia ſufficiens nõ eſt ad petendum lucrum ceſſans: ſed requiritur, quòd iam pecunia ſit negotiationi deſtinata. Ex his igitur conſtat, quòd ad hoc vt Iulianus ex mutuo prædicto vinginti mille ducatorum poſſet lucrum ceſſans exigere, non ſolum requiritur, quòd ſit mercator, & ſolitus negociari, & quòd habuerit merces paratas, & in promptu: verum etiam, quòd ſit certum ipſum fuiſſe lucraturum ſi pecuniam habuiſſet, ſecus ſi incertum erat. Nam non ſequitur, quòd ipſe vel alij mercatores conſueuerint aliquando lucrari decem pro quolibet centenario, igitur ſi Iulianus habuiſſet pecuniam tantundem fuiſſet lucratus: quia fieri poterat, quòd nequaquam lucraretur, ſed perderet de capitali: cum multa potuerint in cõtrarium contingere. vide Hippolyt. Riminal. in conſilio 218. nu. 99. & 100. vbi ad idem propoſitum allegat quam plures doctores idem cenſientes. Neq; tacendus eſt Ambroſius de Vig. in tracta. de vſur. in prin. num. 56. vbi tenet, quòd licet mutuans ſit mercator, & ſolitus lucrari, non propterea poteſt mutuare vt aliquam ſuper excreſſentiã recipiat vltra mutuum ſub prætextu intereſſe quod fuiſſet lucratus. Et quia hęc opinio communis & verior eſt, pro tali amplexa fuit in Rota Romana. vt atteſtatur Moheda. in deciſio. 208. num. 2. & Math. de afflic. in deciſio. 20. nu. 2. in quibus locis deciditur, non ſequi mercatorem conſuetum eſſe lucrari ex mercãntijs, ergo ſi habuiſſet pecuniam fuiſſet lucratus: quia poſsibile eſt, quòd non fuiſſet lucratus ex quo multa potuerunt euenire, quòd non lucratur ex mercantia. Et ſic patet, quòd ex dicto contractu, qui tot tantiſq; in fraudem conuentionibus vſurarum veſtitus eſt, nõ poteſt ratione lucri ceſſantis intereſſe aliquod reſultare.

12. Secundum argumentum quod Iulianus & eius ſequaces pro ſe proponunt videlicet, quod de iure vſurę licitę ſunt: & quòd ſolus illarum exceſſus reprobatur, probãt ex. l. pecunię fęnebris. & l. placuit. ff. de vſuri. quibus iuribus patet, ſtipulationem vſurarum pro modo cuiuſcunq; temporis, ſuperfluo detracto, vires habere. facit etiam tex. in. l. eos. §. ſuper vſurarum. C. de vſur. in quo tex. modus vſurarum taxatur: & prohibetur, ne quis grauiores vſuras quã ibi taxantur ſtipuletur. Quo fit, vt ſi indicto contractu, vſuræ vltra modum ſtipulatæ ſunt, debent reduci ad modum, ſcilicet, ad id quod licite poterant ſtipulari, & pro illa pecunia mutuata lucrari: quia vtile per inutile viciari non debet. vt in. l. 1. §. ſed mihi Pamphylum. & in. l. inter ſtipulãtem. §. ſi ſtipulante. in. fi. ff. de verbor. obligatio. Quę regula in vſuris etiam vindicat ſibi locũ. vt expreſſe in. l. placuit. ff. de vſur. verum prædictis argumentis & rationibus facile reſpondetur, quòd ſi vſuræ de iure licitę ſunt, illud procedit de iure ciuili, quo quidem iure, contractus vſurarij non prohibebantur: ſed ſolum vſurarum exceſſus, vt in iurib^9 allegatis. Secus vero eſt de iure canonico, & etiam de iure ciuili à tempore Iuſtiniani. nec non etiam iuribus regijs Chriſtianorum, quibus vſuræ pænitus



inquacunq; quantitate damnantur. & contractus vſurarij anullantur, vt ſupra latè dixi in ſecunda quæſtione. Et ideo ſi in aliquo contractu fuit ſtipulatum intereſſe vltra modum, vel vt melius loquar non ſecundum legitimum modum, vt puta ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, non adhibitis neceſſaris conditionibus, & ex hoc contractus efficiatur vſurarius, non poterit illud intereſſe reduci ad illud quod legitimè ſtipulari poterat. ita tenet Domini. de So. de iuſti. & iure lib. 6. q. 10. arti. 2. immo totus contractus vitiabitur, & erit vſurarius. nam aliàs mercatores de facili graues vſuras ſtipularentur: cum ſcirent, ipſis non poſſe deficere illas quas legitime ſtipulari poterant. Ex quibus reſultat reſponſio alteri rationi, qua dicimus, vtile per inutile nõ vitiari. Nam
13. quando lex expreſsim prohibet aliquid ſub pœna infirmationis actus, idq; ipſo iure, videtur inducere formam, vt illud quod prohibetur ſit quoddam indiuiduum ratione formæ reſultantis ex illa expreſſa legis prohibitione: & decreto irritante & anullatiuo. vt latè Alciat. in dicta. l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum. ff. de verb. obligationib. Et cũ ſumus in indiuiduis, quod vtile eſt ab inutili corrumpitur. ita Bar. quem omnes approbant in. l. grece §. illud. ff. de fideiuſſorib. Confirmatur ex his que decidit Bal. in. l. quicunq; . C. de boniſq; liber. vbi formaliter dicit, quòd ſi fiat conceſsio vltra licitum, non valebit. etiam in eo quod licitum eſt: quia in factis contra legem ſi non valet quod fit vltra, non valet etiam quod fit intra. cap. dudũ. de reb. eccleſiæ non alienan. lib. 6. Suadetur etiam iſtud, ex his quæ decidit Ioannes de Immo. in rubrica de teſtamen. vbi. dicit, quòd donatio facta de bonis præſentibus & futuris in totum vitiatur, & ſic non valet etiam in bonis præſentibus: quoniam ratione formæ improbatæ a iure non fit ſeparatio, & ſic vtile vitiatur per inutile. Quam doctrinam ſequitur Ioannes Crot. in conſil. 250. num. 41. 42. & 43. vol. 2. & in conſil. 75. num. 25. & ſequen. Quibus deciditur, quòd cum iure vſuræ fieri prohibeantur, immo in totum reprobentur, ſi contractus fiunt contra hanc legis prohibitionem deficiunt infirma: & ſic actus vt res indiuidua omnino extinguitur. ita expreſſe Alcia. in dicta. l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum. ſuper verbis. neq; vitiatur vtilis. ff. de verb. obligationib. Quibus igitur extat probatum, videturq; conclusum, non obſtantibus rationibus in cõtrarium adductis, prædictum contractum reprobum ac vſurarium eſſe. & ita fuit cõcluſum in Regio cõcilio die. 11. Iulij. 1579. in facto fiſci procuratoris regiæ curiæ & partis inſtantis contra. B. delatum, & inculpatum, de dicto contractu, & conuentionibus, quarum vigore, vſurarias exactiones a. D. fecerat & extorſerat. pro quibus fuit declaratum dictum. B. incidiſſe in pęnas regiorum edictorum contra vſurarios publicatorum: & ad reſtituendas vſuras nomine intereſſe in vim dicti contractus exactas, & extortas: liquidatione liquidandorum reſeruata.

# Cap. 34. In quo reſoluitur an conſuetudo fænerandi per vſurariam prauitatem excuſet a pæna temporali.

1. *Conſuetudo quamuis praua & iniqua excuſat a pæna temporali: & quomodo intelligendum ſit vide num. 3.*
2. *Conſuetudo fænerandi per vſurariam prauitatẽ non eſt conſuetudo, nec meretur nomen conſuetudinis ſed potius corruptelæ.*
3. *Conſuetudo contra ius naturale non inducitur.*
4. *Vſuram committere, eſt committere delictum cõtra ius naturale.*
5. *Conſuetudo non inducitur contra ius diuinum.*
6. *Vſuram committere eſt facere contra ius diuinũ.*
7. *Iudices declarantes, vſurarios à penis impoſitis, & incurſis, abſoluendos eſſe prætextu conſuetudinis fænerandi, ſunt excommunicati.*
8. *Conſuetudo praua & iniqua non excuſat, quando quis ea vtetur lucri cupiditate. & lucrum*

 *eſſet*

*eſſet turpe.*
9. *Lex ſimpliciter reprobans conſuetudinem, non ſo
lum intelligitur de præteritis ſed etiam de fu-
turis.*
10 *Ignorantia iuris ciuilis notorij & indubitati
non excuſat.*
11. *Vſurarij non poſſunt ſe excuſare, quod non co-
gnoſcunt cauſam dandi ad vſuram eſſe iniuſtam.*
12. *Conſuetudo inducla contra diſpoſitionem iuris
poſitiui, quantumuis praua & iniqua excuſat
a pœna temporali.*

1. IVre cautum eſt, con-
ſuetudinem quãtumuis
prauam & iniquam ex-
cuſare a pœna tempora
li: vt probatur in glo. cap.
cum venerabilis. de con
ſuetudine. in verbo mi-
graſſe. vbi omnes Doctores canoniſtæ. &
glo. in. c. deniq;. in verbo conſuetudine. di
ſtinctio. 4. ſequũtur Ludo. Roma. in ſin-
gul. 19. Cremẽ. in ſingul. 150. num. 1. Petr.
Gerar. in ſingul. 83. num. 4. &. 6. Matheſil.
in ſingul. 77. num. 7. Marc. Man. in ſingul.
13. num. 2. &. 3 Propoſi. in. c. deniq;. nu. 30.
Hippolyt. in. l. 1. numero. 99. ff. ad leg. cor.
de ſicar. Et ideo per iſtas doctrinas conclu
dendum eſt, quòd vſurarius licet non poſ
ſet excuſari a pæna gehennali, poſſet ta-
men excuſari a pœna temporali propter
conſuetudinem fænerandi per vſurariam
prauitatem. Quam principes in detrimen
tum animarum ſuarum ferè per totum or
bem patiuntur, & diſsimulant.
In contrarium tamen eſt rei veritas,
2. quòd immo talis conſuetudo non ſit con
ſuetudo, nec meretur nomen conſuetudi
nis: ſed potius corruptelæ: quę corruptela
nullatenus excuſat à pœna temporali. pro
bat hoc tex. in cap. fi. ex. de conſuetudini.
ibi, *Quacunq; conſuetudine quæ dicenda eſt ve-
rius in hac parte corruptela.* & in proprijs ter-
minis habemus tex. in cap. dilectos. de ex
ceſsib. prælator. vbi cum Roman. Ponti.
inſpectis atteſtationibus. B. & P. inueniſ-
ſet eſſe probatum, dictum. P. publicum
aleatorem eſſe, ac vſurarium manifeſtum,
vt potè, quia vndecim denarios pro duo
decim mutuauerat in ludo, & licet ad pal
liandum tantæ præſumptionis exceſſum
propoſuerit, quod hoc fecerit iuxta con-
ſuetudinem clericorum gallicorum qua
fere vniuerſi clerici mutuant ſic frequen-
ter, & ludunt, improbauit excuſationem
prædictam quę per prauam conſuetudi-
nem quę corruptela dicenda eſt palliatur:
reputans dictam excuſationem friuolam.
Per quem tex. decidit Andr. Barba. in cap.
cum venerabilis. num. 30. quòd conſuetu
do praua, & iniqua non excuſat quem a
pœna temporali nec à peccato: quod qui
dem determinat in materia vſurarum. vt
ibidem. num. 31.
3. Et licet per ſupra allegatas glo. dicatur,
conſuetudinem prauam & iniquam excu
ſare a pœna temporali, illud quidem intel
ligendum, & reſtringendum eſt, quando
ageretur de eo quod propter legis huma
næ diſpoſitionem eſt prohibitum. ita ſen
tit. Propoſitus in dicto. c. deniq;. num. 30.
diſtinctio. 4. Quod etiam tenet Panormi.
in dicto capitulo. cum venerabilis. num.
5. de conſuetudi. & ibidem Barba. num. 29.
Non tamen dicta gloſarum ſententia ad-
mittenda eſt, quando ignorantia prauæ
conſuetudinis eſſet praua & ſupina vt pu
ta, quia contrara ius naturale. Nam ex vſu
quo committitur delictum contra natu-
ram, non inducitur aliqua conſuetudo:
ſed potius corruptela. vt eſt glo. in capitu.
quia in omnibus. in verbo. nulli. de vſur. &
eſt tex. in. c. flagitia. 37. q. 7. ibi. *Flagitia quæ
ſunt contra naturam, vbiq; & ſemper repudian
da atq; punienda ſunt.* & ibi glo. in verbo om
nes. vbi habetur, quòd conſuetudo non
excuſaret, neq; peccãtium multitudo. pro
batur etiam in tex. capitu. fi. de conſuetu-
dine. ibi. *Cum tanto ſint grauiora peccata, quan-
to diutiuſin fœlicem animam detinẽt alligatam,
nemo ſanæ mentis intelligit, naturali iuri cuius
tranſgreſſio periculum ſalutis inducit, quacunq;
conſuetudine (quæ dicenda eſt verius in hac parte
corruptela) poſſe aliquatẽus derogari.* Facit glo.
in cap. ſane. in uerbo antiqua cõſuetudo.
de tem



po. ordin. Angel. in. l. ex conſenſu.
§. fi. ff. de appellationib. vbi Imo. & Raph.
Cum. & Abb. in dicto cap. cum venerabi-
lis. de conſuetudi. ex. Neq; huius iuris natu
ralis ignorantia excuſat. c. turbatur. §. no
tandum. 1. q. 4. vbi habetur, ignorantiam
iuris naturalis omnibus adultis damnabi-
lem eſſe. Accedat ad hæc conſil. Auguſt.
Beroij. 167. vol. 1. in quo cõcludendo abſq;
longo argumentorum ordine dicit, con-
tractum qui de iure communi cenſetur
vſurarius per ſtylum ſeu communem ob-
ſeruantiam, id quod eſt illicitum & contra
ius naturale non poteſt effici licitum: quia
conſuetudo contra ius naturale quando
eſt peccati nutritiua, vt quia permitteret
furari, ſeu fænerari, & contractus vſurarios
exercere, non valet: & corruptela dicitur.
vt dicunt Abb. Anto. & omnes canoniſ.
in dic. cap. fi. vbi ad propoſitum Anto.
in verſi. 4. col. 23. inquit, non valere con-
ſuetudinem, quod propter vtilitatem pu-
blicam, vel pauperum eleemoſynam, vel
captiuorum redęmptionem, liceat in. lo-
co fęnerari. Sed committere vſuram, ſeu
4. pecuniam mutuo ad vſuram dare, eſt com
mittere delictum contra ius naturale ſeu
contra naturam ipſam. vt ſupra latè cap,
2. probatum extat. Ergo ſequitur, quod
contra hoc ius naturale non poſsit aliqua
induci conſuetudo: ſed potius corruptela
& vſurpatio. quę vt diximus nullo modo
excuſare poteſt a pœna temporali.
Secundo dicta prima ratio ad mittenda
5. non eſt, quando illud quod conſuetudine
praua induceretur eſſet contra ius diui-
num: quia tunc conſuetudo ex quo in his
locum non habet, nõ excuſat à pœna tem
porali. ita Propoſi. in dicto. c. deniq;. num.
30. diſtinctio. 4. confirmat idem Hippol.
in. l. 1. num. 99. vſq; ad num. 105. ad leg. cor
nel. de ſicar. vbi concludit, quòd ſi in ali-
quo loco conſuetudo tolleraret homici
dia, non ideo excuſaret à pœna tempora-
li in cauſa homicidij: neq; in alijs caſibus
a iure diuino prohibitis. Ius enim diui-
num prohibet homicidiũ. vt patet in præ
cepto decalogi non occides. Abſurdum
inquit videretur, quòd conſuetudo tolle-
ret ius diuinum: quod a quocunq; Princi-
pe tolli nõ poteſt. vt in cap. cum inferior.
de maiori. & obedien. glo. in. l. fi. C. ſi con
tra ius vel vtili. publi. & in. c. cum ſint qui-
dam. 25. q. 1. qua ratione dicit Angel. in. l. in
iuriarum. §. fi. ff. de iniurijs. quòd conſue-
tudo quę contradicit iuri diuino, naturali
vel gentium, non dicitur conſuetudo: ſed
6. potius quædam vſurpatio. Sed fænerari
per vſurariam prauitatem eſt committere
delictum contra ius diuinum. vt Exo. cap.
22. & Deutero. cap. 23. & Leui. cap. 25. & Lu
cæ. cap. 6. Ergo. &c.
7. Tertio pro hac parte facit, quia ſi dicere
tur prætextu prauę cõſuetudinis pœnam
temporalem cauſa vſurarum appoſitam
non eſſe exequendam, ſequeretur, quòd
illa praua cõſuetudo ſeu melius corrupte
la approbaretur ſaltim quo ad hoc, quòd
dicta pœna temporalis non exequatur. At
hoc fieri non poteſt: quia declarantes ab-
ſolutionem pœnarum prętextu dictæ pra
uæ conſuetudinis ſeu corruptelæ eſſent ex
communicati. vt in clemen. 1. de vſur. in
quo tex. imponitur pœna excommunica
tionis contra iudicantes ſecundum hanc
conſuetudinem ſeu corruptelam. vt ibi in
finalibus verbis habetur. Ergo. &c.
8. Quarto confirmando hanc opinionẽ
dico, illam primam rationem quam de
conſuetudine praua & iniqua attullimus
in principio non procedere, quando quis
vteretur dicta conſuetudine praua & ini-
qua lucri cupiditate: & lucrum eſſet turpe.
probat hoc March. de Man. in ſingula. 13.
vbi condemnat doctorem iurantem lucri
cupiditate, ſcholarem idoneum eſſe ad ſu
beundum examen vt inſignia doctoratus
ſibi conferantur, quod in ſimili dicit Bal.
in. l. & eleganter. §. fi. per illum tex. in pri-
ma lectura. ff. de dolo malo. loquendo de
cardinalibus promouentibus propter lu-
crum aliquos ad beneficia: & affirmãtibus
eos eſſe idoneos. Cumq; vſurarius nõ vta
tur hac conſuetudine, ſeu potius corrup-
tela niſi lucri cupiditate, & lucrum cauſa
vſurarum eſt turpe, vt de ſe patet. Ergo ſe-

 quitur

quitur, quòd non poſsit excuſari à pœna
temporali.
Quinto facit, nam conſuetudo fœneran
di per vſurariam prauitatem, caſu quo poſ
ſet dici conſuetudo cum ſit per legem ſu-
9. blata, non poteſt de nouo introduci: quia
lex ſimpliciter reprobans cõſuetudinem,
non ſolum intelligitur de præteritis: ſed
etiam de futuris. Iaſ. in. l. cunctos populos
nũ. 74. C. de ſumma trini, & fi. catho. Imol.
in cap. cum ab homine, num. 3. de vita &
honeſt. cleri. & Alexan. dicit eſſe commu-
nem in. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de
leg. 1. Sed ita eſt, quòd per extrauagan. Pij.
Quinti nouiſsimè ęditam, quę ſuper cam
bijs diſponit, & per edicta regia in omni-
bus fere regnis chriſtianorum conſuetu-
do illa iniqua fœnerãdi per vſurariam pra
uitatem ſub incurſu pœnarum fuit ſubla-
ta. Ergo ſequitur, quòd cum de nouo in-
troduci non poſsit: vſurarius minime ex-
cuſetur à pœna temporali.
10. Neq; huius iuris ignorantia poterit vſu-
rarium excuſare: quia ignorantia iuris etiã
ciuilis notorij & indubitati non excuſat.
Imol. & Raph. Cuma. in. l. ex conſenſu. §.
fi. ff. de appella. Felin. in cap. nonnulli. §.
ſunt & alij. de reſcrip. Alex. conſil. 103. vol.
1. Quod eſt idem in prohibitis à iure diui-
uino: vt ſunt vſuræ. vt per Hippoly. in. l. 1.
num. 99. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & in
practi. cri. §. quoniam.
11. Sexto corroboratur eadem ſententia,
quia non excuſatur ille à dicta temporali
pœna, qui cauſam iniuſtam cognouit: &
perſeuerauit in illa. vt per Bar. in conſil. 91
Bal. in. l. ſiquis id quod. §. doli. ff. de iuris
omni. iudi. Iaſ. in conſil. 179. volu. 2. Sed ita
eſt, quòd vſurarius dando mutuo pecu-
niam vt aliquid vltra ſortem reciperet nõ
poteſt negare ſe non noſcere cauſam eſſe
iniuſtam: cum quotidie in Eccleſia Dei
euangeliũ & ſacrę ſcripturę prędicentur,
quibꝰ prohibetur, ne a fratre, ſcilicet a pro
ximo, amplius quã ſibi datum fuerit reci-
piatur. Ergo, &c. Ex quibus deniq; conclu
ditur, vſurarios nõ obſtãte fœnerandi, cõ
ſuetudine condemnari poſſe in pœnis tẽ-
poralibus per prælatos & principes ſecula
res appoſitis.
Non obſtat prędictis, neq; excuſationi
vſurariorum prodeſt, quòd cõtractꝰ licet
de iure illiciti, & vſurarij ſint, tamen in lo-
co ſecundũ communem opinionẽ reputã
tur liciti, & quòd cõmunis conſuetudo il-
los approbat, atq; obſeruat. prout eſt demẽ
te Bar. in. l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeo
nẽ. ff. de ædilitio edic. per illũ tex. quia con
ſuetudo quãdoq; in delictis excuſat. vt ſu-
pra in principio huius quęſtionis diximus.
Nã illa Bar. doctrina in dicto. §. itẽ apud La
beonẽ. de iure canonico nõ eſt vera: cõſue
tudo enim quæ eſt peccati nutritiua nõ ex
cuſat. vt tenent cõmuniter canoniſtę in di
cto. c. fi. de conſuetudi. Quare dicta doctri
12. na Bar. & tex. in dicto. §. itẽ apud Labeonẽ.
ſuper quo ipſe Bar. ſe fundat, parũ aut nihil
facere videtur. ideo quod loquitur de cõ
ſuetudine quę non eſſet cõtra ius naturale,
ſed contra ius poſitiuũ. vt patet ex illo tex.
Et latè examinat Aug. Beroij. in conſi. 167.
nu. 9. per totũ num. & Propoſi. in. c. deniq;
nu. 30, diſtin. 4. & Barba. in. c. cum venera-
bilis. num. 29. de conſuetudi.

## Cap. 35. Quo reſolui-
tur, an iudex in cauſa vſuraria poſsit ex
officio procedere ad priuatam vtilitatẽ.
& an illud facere poſsit nulla preceden-
te diffamatione?

1. *IVdex in cauſa vſurarũ poteſt procedere ex of-
ficio ad priuatam vtilitatem, quando ille qui ſol
uit vſuras iurauit illas non repetere.*
2. *Iudex in cauſa vſurarum poteſt procedere ad pri
uatam vtilitatem ex officio, quando notorium eſt
ab aliquo vſuras eſſe extortas, ſed ipſe timet illas
repetere. Et quid quando vult inquirere ad corre
ctionem peccati.*
3. *Iudex qui procedere poteſt ad pænitentiam im-
ponendam in conſequentiam cogere poteſt inqui-
ſitum, vt alienum reſtituat.*
4. *Iudex quando inquirit ex mero officio poteſt illud
facere nulla præcedente diffamatione, & maxi-
me, quando vertitur periculum animarũ & agi-
tur ad correctionem peccati.*

Ad hanc



AD hanc quæſtionem bre
uibus decidendam, duas
primũ volo animaduerte
re opiniones. Quarũ alte
ra eſt Bal. in. c. 1. §. ſi tres.
de pace iura. fir. ſi mplici-
ter dicentis, iudicem in
cauſa vſuraria poſſe procedere ad priuatã
vtilitatem. Altera vero opinio eſt Innocẽ.
in cap. ad noſtram. 2. de iure iuran. qui te-
net, ſuper iuribus ſingularium perſonarũ
non eſſe procedendum inquirendo, vel
extra ordinem: ſed intentatis actionibus &
ordinario iudicio ſecundum iura: & quòd
ſic oportet officium iudicis poſtulari. l. 4.
& ibi per Bar. ff. de dam. in fec. ita Petr. de
Anchara. in conſil. 167. in cipien. viſis dili
genter omnibus, in col. 2. verſi. Secundo
principaliter. Vnde inquit, non licet epiſ-
copis & alijs inferioribus ſic inquirere qui
tenẽtur iura ſeruare. Fatetur tamen Inno-
cen. illud epiſcopis licere, ad imponendã
vſurarijs pœnitentiam canonicam: & non
ad vtilitatem vel alicuius priuatæ perſonæ
intereſſe conſequendum. Pro tamen hu-
ius difficultatis declaratione. Bartho. So-
cin. in conſil. 219. conſiderauit, quòd licet
pro priuato commodo in eo caſu quo
pars agere poteſt ſit congruis actionibus
agendum. vt in cap. 1. de libelli oblatio. vel
iudicis officium a parte implorandũ. vt te
nent Ioan Andr. & Doct. in. c. fi. de foro cõ
pe. lib. 6. & Bar. & Angel. in. l. ſi vaccãtia. C.
de bonis vaccan. lib. 10. tamẽ in aliquibus
caſibꝰ, in cauſa vſurarũ, poterit iudex pro
cedere ex officio ad priuatam vtilitatem.
Et primo quando ille qui ſoluit vſuras
1. iurauit illas non repetere: nam tunc, quia
parti præcluſa eſt via agendi, iudex ex offi-
cio procedere poteſt ad priuatam vtilitatẽ
vt eſt caſus ſecundum vnum intellectũ. vbi
hoc notant Doct. in dicto. c. ad noſtram.
Cõfirmatur, quia vbicunq; propter dolũ
partis præcluſa eſt via agendi, iudex ex offi
cio procedere poteſt ad priuatam vtilita-
tem. ita Landi. in clemen. 1. de officio or-
din. & Pa. in, cap. fi. de foro competen. in.
6. referunt moderni in. cap. qualiter & quã
do de accuſationib.
2. Secundo, quando notoriũ eſt ab aliquo
vſuras eſſe extortas, ſed ipſe timet illas re-
petere propter potentiã aduerſarij, in quo
caſu, poteſt iudex ex officio procedere ad
priuatam vtilitatem. ita probat tex. quẽ ple
riq; ita intelligũt in. c. cum in dioceſi. ex. de
vſur. prout ibi refert Ioan. de Anna.
Tertius caſus eſt, quando iudex vult in
quirere ad correctionẽ peccati & ad pœni
tentiã peragendam: quia tũc ex officio po
teſt. ita concludit Inno. in dicto. c. ad no-
ſtram. & ſequũtur Docto. ita intelligentes
tex. in. c. 1. ex. de officio ordinar.
3. Sed ſcias vnum in propoſito eſſe notã-
dum, quòd ex quo iudex procedere poteſt
ad pœnitentiam imponendã vt in dicto. c.
1. in cõſequentiam cogere poterit inquiſi
tũ, vt alienũ reſtituat: quia fructuoſam pœ
nitentiã agere non poteſt, niſi reſtituat alie
nũ. vt in. c. 1. 14. q. 6. & in. c. cũ tu. ex. de vſur.
vbi vſurarij qui ſunt ſoluendo, etiã illi qui
poſt illud interdictũ vſuras extorſerunt
coguntur per pœnam ſtatutam in conſi-
lio Lateranen. eas his à quibus extorſerũt,
vel eorũ hęredibus reſtituere: vel (his non
ſuperſtitibus) pauperibus erogare: cũ iuxta
verbũ Beati Augu. non dimittitur peccatũ
niſi reſtituatur ablatũ. Quod quidem non
procedit in illis qui nõ ſunt ſoluendo, qui
nõ debent vlla pœna mulctari: cum eos no
ta paupertas euidenter excuſet. ita conclu
dũt Hoſtiẽ. Ioan. Andr. Anto. Car. Ab. & Io
an. de Imol. in dicto. c. ad noſtrã. Quã opi-
nionẽ confirmant Ioã. Andr. poſt Innoc.
in. c. quia fruſtra. ex. de vſu. dicentes, quod
licet vſurarius agens repellatur exceptio-
ne. c. quia fruſta. tamẽ authoritate ſuperio
rum cogi poteſt ad reſtitutionẽ illis à qui-
bus extorſit: ex quo exonerat illum a pec
cato, & vtiliter gerit negocium illius, &
quo ad corpus, & quo ad animam. per not.
in dicto. cap. ad noſtram. Probatur etiam,
nã vt ibi dicit Ioan. de Imol. licet iudex nõ
poſsit principaliter interponere officium
ſuum non petitum, & ſit per viam inqui-
ſitionis, tamen ſecundario poteſt quan-
doq; licet nõ ſit petitum: vt quando princi
paliter

paliter ſit inquiſitio ſuper correctione
criminum.vt in dicto cap.1.de offi.ordin.
Nam tunc,in conſequentiam poterit face
re reſtitui alienum: cum aliàs peccatum
bene corrigere non poſſet.vt in regu.pec-
catum.de reg.iur.in.6.Hæc eadem ſenten
tia confirmatur per tex.in cap. accuſatus.
§.ſi vero.de hæreti.lib.6.Perquem dicunt
Doctor.quòd pro pœnitentia imponi po
teſt illud,quod quis de iure tenetur : quod
dicunt eſſe notandum.Vnde cum quis de
iure teneatur ad reſtitutionem vſurarum
talis reſtitutio pro pœnitentia imponi po
teſt.

Circa vero ſecundum articulum an dif
4. famatio præcedere debeat concludendũ
eſſe arbitror,iudicem ex duobus poſſe pro
cedere nulla pręcedente diffamatione.Pri
mo,quia quando iudex inquirit ex mero
officio poteſt illud facere nulla pręceden
te diffamatione.ita concludit Ioan.Andr.
in cap.qualiter et quando.2.in verbo. cla-
more.de accuſationib.&Angel.in.l.ſi vac-
cantia.C.de bon.vaccan.lib. 10. Secundo
quia vbi vertitur periculum animarum &
agitur ad correctionem peccati,procedi
poteſt non præcedente diffamatione. ita
concludit Hoſtien.per illum tex. in dicto
cap. ad noſtram. quod ſequitur. Abb. di-
cens,hoc eſſe notandum.& Hoſtiẽ.in ſum
ma.in titu.de inquiſitione.§.et qualiter.&
Angel.in dicta.l.ſi vaccantia . Scias tamen
ſpeculatorẽ in titu.de inquiſitione.§.nunc
tractemus. verſi. Ceterum. dicere , quòd
quando proceditur ad inquiſitionem ra-
tione priuati commodi, licet nulla præce-
dente infamia procedi poſsit, tamen præ-
cedere debet chriſtiana monitio. vt ibi la-
tius per eum.

## Capi. 36. An quando

Barones,ſeu eorum officiales de ipſo-
rum conſenſu abutuntur in ſuis baro-
nijs iuriſdictione receptando potius,
quàm puniendo latrones publicos,ho-
micidas, incendiarios, ſacrilegos,pla-
giarios, ac alios facinoroſos homines,
poſsit dominus Rex iuriſdictionem di
ctarum baroniarum ponere ſub Regio
ſequeſtro.

1. *IVriſdictiones ſunt apud Principem tanquam apud fontem a quo fluunt, & refluunt, ſicut flumina ad mare.*
2. *Regis ſunt omnia quæ ſunt intra fines Regni quantum attinet ad protectionem, & iuriſdictionem exercendam: exceptis eccleſijs, & earum bonis.*
3. *Rex circa iuriſdictionem fundatam habet intentionem: & ideo ad eum pertinet prouidere, ne delicta committantur.*
4. *Rex poteſt punire Barones ſuſtentantes & receptantes ſcienter latrones & alios facinoroſos homines in ſuis terris, & baronijs, ita iuriſdictione quam a dicto Rege habuerunt abutentes.*
5. *Occultans latronem & alios malefactores in ſuis prædijs, & poſſeſsionibus, intelligitur eſſe ſocius criminis: & dicitur delictum malefactoris facere ſuũ. Et ſi dominus eſt poſſeſsionis, et id ſcienter fecerit, priuatur eius dominio. & num. 10.*
6. *Magiſtratus, & eorum officiales, qui pœnas per legem ſtatutas gratia vel diſsimulatione per tranſeunt, puniendi ſunt.*
7. *Receptare eſt proprium refugium abſcondendi cauſa reo præſtare in ſuo agro, vel edificio, alieno vè.*
8. *Statutum dicens, quòd quilibet teneatur capere bannitum vel malefactorem intelligitur, & arctat demum eum, qui habet plenam ſcientiam de banno vel maleficio.*
9. *Scientia receptandi latrones conſiſtit in eo, quòd eſt notorium eos eſſe latrones: vel quia eſt publica vox & fama in loco.*
10. *Rex poteſt baronibus priuilegia iuriſdictionis caſſare, & annullare, etiam quod illa habeant per viam contractus, ſi ipſi barones iuſtitia, & dicta iuriſdictione abutuntur.*
11. *Confiſcatio bonorum in Cathalonia non habet locum, niſi in crimine hæreſis, & læſæ mageſtatis in primo capite. Sed habet locum ſequeſtratio in caſibus a iure expreſsis.*
12. *Sequeſtratio bonorum locum habet, quando alicuius rei ſcandalum imminet. & fit officio iudicis*



*iudicis nobili.*

13. *Iudicis arbitrio relinquitur, num ſequeſtrum decernere expediat.*
14. *Domini & Barones qui in ſuis terris & iuriſdictionibus ſuſtentat latrones & facinoroſos homines, graue faciunt ſcandalum. Primo contra bonum publicum. Secundo in ſuppremæ poteſtatis dedecus. Tertio contra publicam vindictã. Quarto deniq; contra omnia iuris præcepta.*
15. *Concluſio Regij concilij.*

1. AD hanc quæſtionem faci
lius pertractandam, præ
notandum cenſeo,iuriſ-
dictiones apud Principẽ,
tanquam apud fontem
eſſe: a quo fluunt,&reflu-
unt,ſicut flumina ad ma
re. ſecundum Bal.in.l. 1. §. ad hæc. col. 5.
de pace iura.firman . Ab eo enim fluunt,
quia ipſè dat iuriſdictiones.vt in.l. 1. ff. ad
legem Iuliam.de ambi.ita quoq; Calici.in
Margari.fiſci.Octauo dubio.nume.35.vbi
dicit,per conceſsiones,commiſsiones, &
confirmationes iuriſdictiones à Principe
fluere.Ad eum vero refluunt per appella-
tiones.vt in auth.qua in prouincia. C. vbi
de crimine agi opor. per nullitates , &
quærelas.vt in.l.accuſatoribus &. l. abſen
tem. C. de accuſationibus. cum ibi nota.
2. Et ſic dicimus,omnia quæ ſunt intra fines
regni, eſſe Regis, quantum attinet ad pro-
tectionem & iuriſdictionem exercendam
exceptis eccleſijs & earum bonis, quæ ſint
ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. vi-
de latè per Mathe. de Afflict. in conſtitu-
tio. Neapol. q. 17. numero. 1. & per alios
quos ipſe ibidem refert. & vide gloſa in. l.
Barbarius.in fi. ff. de offici. præfect. præ-
3. tor. Quare cum circa iuriſdictionem ipſe
Rex intentionem habeat fundatam,vt in
quit Panormitanus in cap. ſi diligenti. in
prin.ex.de præſcriptionibus. & omnes alij
inferiores ratione dictæ iuriſdictionis
ſint ſub eius ditione, & protectione, ad
eum pertinet prouidere, ne delicta, & ma-
leficia, quæ committuntur vlterius com-
mittantur.ita Mathe. de Afflic. in conſti.
Neapol.in titu.de priuileg. eorum qui ci-
tati extra ciui.non venieb.numero. 4 De
bet enim Rex furta cohibere, adulteria pu
nire,impios de terra perdere, parricidas &
periuros non ſinere viuere, & filios ſuos
non ſinere impiè agere. c. Rex debet. 23.
quæſt.5.& alibi habetur officium Regum
eſſe,malos comprimere,& bonos ſuble-
uare.vt in. c. Regum. 23. quæſt. 5. Ex qui-
bus infero , quòd cũ iuriſdictiones quas
Barones in ſuis baronijs habent , ab ipſo
Rege fluxerint , ſi ipſi Barones impiè cir-
ca iuriſdictionis exercitium agant ſuſten
tando in ſuis terris homicidas, in cendia-
rios,latrones publicos , ac alios facinoro-
ſos homines,quos potius præhendere , &
punire deberent, poterit Rex vt ſuprema
poteſtas tales barones & inferiores domi
nos iuriſdictione abutentes punire: atq;
eorum malitiam cohibere : illos legitimis
5. pœnis coercendo . Nam iure cautum eſt,
cum ad quem latro cònfugit, teneri illum
apprehendere, & ni fecerit, licet illud pro
occultando negligat , intelligitur eſſe ſo-
cius criminis .l.1.de his qui latro .vel alijs
criminibus reos occul. concordat quod
in eadem rubrica notatur, de occultanti-
bus alienum delictum , qui propter di-
ctam occultationem dicuntur delictum
facere ſuum. quod etiam notat Bal. in
ead. l. 1.num.2.& probat tex in .l. pen. C.
ad leg.Iul.de vi.His accedat quod Archa-
dius Imperator ſub. l. 2. illius titu. de his
qui latro. vel alijs crimi.reos.occul.ſtatuit,
hoc eſt,dominos prędiorum, ſeu procura
tores, vel primates poſſeſsionum cum cri
minoſi in ſuis poſſeſsionibus latitant im
punes non manere, ſi præſentes & ſcientes
vltro non obtulerint , vel admoniti eos ex
hibere diſtulerint: nam dominus quidem
poſſeſsionis dominio priuatur , procura-
tor vero ſeu primates perpetuo exilio ſub
iacere debent cõcordat tex. in. l.1.C. de fal
ſa monet. ibi. *Siquis autem militum huiuſmodi perſonam de cuſtodia exire fecerit capite puniatur.* vbi videas glo. in verbo. ſuſpectam,
quę ex ponit, ſuſceptam ad cuſtodiẽdum.

Probatur

Probatur etiam argumento tex. in.l. 1. C.
d deſertorib. &occultatorib.lib.12. Vbi Iu
ſtinia. de deſertore ſic loquitur. *Si quis for-
te deſertorẽ agro, tecto vè ſuſceperit,atq; apud ſe
diu paſſus fuerit deliteſcere, actor quidem, vel
procurator loci, qui hoc ſciens prudenſq; commiſ
ſerit, capitali ſupplicio ſubiugetur: dominus ve-
ro, ſi huius rei conſcius fuerit, prædij in quo latue
rit deſertor, amiſsione puniatur.* Idem ſentire
videtur tex.in.l.cum ancillis.C. de inceſt.
& in vtilib.nup.vbi decurioni vetatur, ne
cum ſerua matrimonium contrahat, ſub
pæna, quòd ſi temerario auſu id adimple-
uerit, in inſulam deportetur, & bona eius
curiæ confiſcentur: procuratores verò
vel actores loci (in quo flagitium admiſ-
ſum eſt) ſi fuerint conſcij, vel compertum
facinus promere noluerint metallo im-
plicentur: dominus etiam loci, qui hoc fi-
eri permiſsit, vel poſtea cognitum celauit,
ſi quidem in agro id factum eſt, fundus
cum mancipijs, & pecoribus, ceteriſq; re-
bus quæ cultui ruſtico ſuſtinentur, fiſci iu
ribus vendicantur: & cum in ciuitate id
factum eſt, dimidiam bonorum omnium
partem confiſcari præcipitur, pænam au-
gens: quoniam intra priuatos parietes ſce
lus admiſſum eſt: quod noluit mox cogni
tum publicare.

6. Ioannes quoq; de Platea in dicta.l. 1. C.
de deſertoribus & occultatorib. libro. 12.
num. 3. ex eadem. l. hanc profert ſenten-
tiam, ſcilicet, magiſtratus, atq; eorum offi-
ciales, qui pænas per legem ſtatutas, gra-
tia, vel diſsimulatione pertranſeunt, pu-
niendos eſſe. Et mirum, quia ſi iudex re-
pertum non vindicat facinus, tegere vt
conſcius criminoſa feſtinat. tex. eſt expreſ
ſus in.l.2.in finalib.verbis. C. de commer.
& mercatoribus. & pro his faciunt tex. in.
§. fi. in auth. vt non luxur. homi. contra na
tur. collatio. 6. & in. l. prætor. §. Diuus. ff.
de ſepul. viola. & in. l. ſi quis ſepulchrum.
C. eõ. ti. & in. l. 1. C. de priua. carcerib.

7. Et ſic dicimus, quòd receptare, eſt pro-
prium refugium abſcondendi cauſa reo
præſtare in ſuo agro, vel edificio, alieno
vè, de quo eſt caſus ſingularis in.l.1.§. quod
autem ait prætor. verſi. Et eſt propriè. ff. de
ſeruo corr. tenet Salycet. in. l. 1. C. de his
qui latro. vel alijs crimi. reos occul.

Verum prædicta intelligas, quando quis
8. hoc ſcienter facit. vt in.l. ſi quis forte. C. de
de ſertorib. & occul. lib. 12. ibi. *Sciens pru-
denſq; commiſſerit, capitali ſupplicio ſubiuge-
tur*. Et in dicta. l. 1. ibi in verbo ſciens. Ex
quo not. ibi Bal. num. 3. quòd ſi ſtatutum
dicit, quòd quilibet teneatur capere banni
tum vel malefactorem, quòd ſtatutum ar
ctat demum eum qui habet plenam ſcien
tiam de banno vel maleficio. arg. l. metro-
dorum. ff. de pænis. & in. l. quicunq;. C.
de ſeruis fugiti. & arg. tex. in. l. 3. §. item is
cuius. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Et credit
Bald. in dicta. l. 1. de his qui latro. vel ali-
js criminis reos occult. requiri plenam
ſcientiam, quantum ad imponendam pæ-
nam corporalem. arg. tex. in. l. in lege. ff. ad
leg. cor. de ſicar. & quantum ad imponen
dam pænam mitiorem quæ ex culpa con
ſueuit imponi, ſufficere ſcientiam per fa-
mam, vel ſuſpicionẽ, vt quia malefactor
fugiebat, & rumor erat poſt eum: nam ru
mor inducit ſuſpicionem. vt in. l. capite
quinto. ff. ad leg. Iul. de adulter. & facit
quod nota. in. l. ſi vt allegas. ff. ad leg. cor.
de ſicar.

9. Conſiſtit enim hæc ſcientia receptandi
latrones, vt quia notorium ſit eos eſſe la-
trones: vel quia eſſet publica vox & fama
in loco. vt not. glo. in. l. ſi tutor. in verbo.
oſtenderis. C. de peri. tutor. vbi dicta glo.
inter alia dicit, præſumptionẽ ſcientię tũc
demum dari, quã dores publicè ſciebatur
vide Salyce. in dicta. l. 1. in fine & plenè in.
l. ea quidem. C. de accuſationibus in ma-
teria famæ in vltima quęſtione. Aliàs enim
ſemper præſumeretur ignorantia. per. l. ve
rius. ff. de probationib.

Ex quibus omnibus in fero, & reſoluo,
Barones & quoſcunq; à Rege iuriſdictio-
nem habentes qui in ſuis terris, & baronijs,
ſciẽter receptant dictos facinoroſos homi
nes, vel ſciẽter patiuntur, quòd à ſuis pro
curatoribus vel alijs eorum officialibus
receptentur pænis iam dictis afficiendos
eſſe: vt



eſſe: vt ſcilicet poſſeſsione rei priuentur.
10. Propterea clamat Matheus. de Afflict. in
conſtitutio. Neapol. in titu. de priuileg.
eorum qui cita. extra ciuita. non venieb.
inquiens, caueant igitur Barones qui à Re
ge merum & mixtum imperium habent,
etiam per viam contractus, ne faciant in-
iuſtitiam: quia ſi ea abutuntur, & iuſtitiam
non faciunt, iure licito poteſt Rex priui-
legia illa tollere & caſſare. Non enim di-
citur iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia, licet
eius ſententia iniuſta ſeruanda ſit. c. in-
ſtum eſt. 23. q. 2. & ibi glo. Licebat antiqui
tus dominis, ſeruos ſuos (ſi vellet) impu-
nè occidere: at hoc tempore, nullis homi-
nibus, qui ſub Regis imperio ſunt licet, ſi
ne cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ſu
pra modum ſeuire: immo qui ſine cauſa
ſeruum ſuum occiderit, non minus pu-
niri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum oc-
ciderit. Quod quidem fit, ne quis re ſua
male vtatur. Pari quoq; ratione dicen-
dum eſt, non licere Baronibus tollerare,
quòd in ſuis baronijs, & iuriſdictionibus,
criminoſi ſuſtentur, & deliteſcant, crimi-
naq; eorum ibi receptentur: ne ipſa iuriſ-
dictione ipſis ad malos comprimendum
& bonos ſubleuandum conceſſa malè vtã
tur. Et quòd abutentes iuriſdictione, ipſa
priuari debeãt tenet Angel. in. l. ſi domi-
nus. numero. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. & faciunt quæ dicit Bald. in capi.
1. §. publici latrones. de pace tenen. per il-
lum tex. in verſ. Quicunq;. quòd ſi quis ha
bens caſtrum in feudum malè tractet bur
genſes, quòd dominus debet illum mo-
nere modo debito, aliàs curia domini po-
teſt ſibi caſtrũ auferre. Pro his quoq; facit
tex. in cap. 2. de poſtula. præla. vbi propter
abuſum priuilegij, perditur priuilegium.
c. priuilegia. 11. q. 3. & c. vbi iſta. 74. diſtin-
ctio. Probatur præterea Baldi authorita
te. in. l. præſcriptione. C. ſi contra ius. & in.
l. cum proponas. C. de pact. vbi dicit, nun-
quam intelligi pro eo ſcriptum, qui facit
contra id quod ſcriptum eſt.

Scias tamen hanc pænam priuationis
11. bonorum, & ipſius iuriſdictionis, contra
dominos receptantes ſcienter facinoro-
ſos homines, in hac Cathaloniæ prouin-
cia non militare: in qua per legem pro-
uinciæ generalem bonorum confiſcatio
interdicta eſt: niſi forte eſſemus in crimi-
nibus hæreſis, & læſæ Mageſtatis in primo
capite. vt in cap. 10. Regis Ferdinandi. 2.
in prima curia Barcinonæ. ſub titu. de
bens de condemnats. Et etſi hoc verum
ſit in Cathalonia in quantum priuatio-
nem bonorum irreuocabiliter conſide-
ramus, non tamen verum erit, quando re
uocabiliter: quod fit per viam ſequeſtra-
tionis, dummodo domini rerum fructi-
bus & emolumentis ipſius rei ſequeſtra-
tę non priuentur. Et ſic poteſt dicta priua
tio contra Barones abutentes iuriſdictio-
ne reuocabiliter, hoc eſt per ſequeſtrum
in hac prouincia exerceri: vt in eo in quo
delinquunt puniantur. Nec refragatur
quod iure cautum ſit, prohibitam eſſe re-
rum ſequeſtrationẽ. vt in. l. vni. C. de pro
hi. ſequeſtratio, & ſignanter in Cathalo-
nia in terris Baronum, aliorum vè termi-
norum, & iuriſdictionum. vt in capi. 52.
curiæ anni. 1547. Hoc enim verum eſſe fa
temur, regulariter procedere: cum multi
ſint caſus in quibus licita eſt ſequeſtratio,
& qui a regula excipiuntur. de quibus at-
teſtatur. Panor. in capitulo. dilectus. de ſe-
queſtratio. poſſeſsion. & fructu. & Iaſo.
in. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſda.
12. cogan. Inter quos quidem legitur, quòd
quando alicuius rei ſcandalum imminet,
iudicem poſſe officio eius nobili rem
apud tertium ſequeſtrare: vt ſcandalis &
malis obuiet. l. æquiſsimum. ff. de vſu fru-
ctu. Panormitanus in dicto capitu. dile-
ctus. num. 12. de ſequeſtra. poſſeſsio. & fru
ctu. In hoc enim iudicis arbitrium locũ
13. habet: qui proſpicere debet num ſeque-
ſtrum decernere expediat. ita Baldus. in.
l. ſi fideiuſſor. §. fi. per illum tex. ff. qui ſa-
tis dare cogan. ibi. in verbis. *Si hoc iudi-
ci ſederit.*

14. Proinde iudicet quiſquis quàm graue
ſcandalum ſit, immineatq; quotidie, domi
nos poſſeſsionum & iuriſdictionum pati
ſcienter

ſcienter veluti cōſcij,quòd facinoroſi homines,latrones , & pacē publicam perturbantes,in ſuis terris & iuriſdictionibus latitent : immodeliteſcant, ac ibi quiete ſe ſuſtineant.Id primum contra bonum publicum verſari docet.Vlpianus in,l. cōgruit. ff.de offi.præſi.dicens ibi,prouinciam malis hominibus debere carere. Et ideo bonus ac grauis præſes & quicunq; alius iuriſdictionem habens curare debet , vt pacata atq; quieta prouincia ſit: quam regit.Secundo id idem fieri in maximum ſuppræmæ poteſtatis dedecus neceſſario fatendum eſt: cū ad eam poteſtatem ſpectet,malos comprimere,&bonos ſubleuare.vt in. c.regum.23.q.5.Tertio etiam predictā tollerantiā eſſe contra id quod ad vindictam publicā ſpectat,nemo ſit qui dubitet: cum prædicti barones pænas per.l.ſtatutas contra dictos facinoroſos homines gratia & diſsimulatione pertranſeant.Et deniq;eos contra omnia iuris præcepta facere omnibus pateat. Lædunt enim illis,quibus prædicti facinoroſi & ſcelerati homines iniurias & damna intulerunt,illos non capiendo,ac ſimulata & denegata iuſtitia diſſimulando: ac etiam illis quibus in futurum lædent, vel lædere intendunt : cum præteritorum non pænituerint,immo parati ad maiora mala committenda videantur.Inficiunt etiam alia iuris præcepta prout quilibet ſuo ingenio perpendere & excogitare poterit.Et ideo ſecundum hāc
25.opinionem,rationibus & iuribus ſupra dictis fundatam,& ſaluis iuribus patrie Cathaloniæ,quę priuationem bonorum irreuocabiliter non admittunt , fuit iuriſdictio caſtri villę& termini de Moſſetvicarię cōfluētis poſita ſub Regio ſequeſtro:ideo quòd cōſtabat, quòd in dicto caſtro,villa, ſeu termino, ſe recipiebant plures facinoroſi homines armati & coadunati. Vnde poſtea exiebant, ad committenda& perpetranda facinora,pacem publicam perturbando, & Comitatum Ruſcilionis inquietando. Qui poſt homicidia & latrocinia perpetrata ad dictum caſtrum, villam,ſeu terminum,tanquam ad tutiſsimum refugium refugiebant: ſcientibus & patientibus domino, & officialibus eiuſdem Caſtri & Villæ prout ita in Regio concilio fuit concluſum die 10. Ianuarij. 1584.

# Cap. 37. An in furto,

## ſocius criminis poſsit torqueri in caput ſociorum & receptatorum.

1. *SOcius criminis an poſsit interrogari de conſocijs, & in quibus caſibus, & qua forma, & quam fidem faciat, remiſsiue.*
2. *Socius criminis regulariter non poteſt interrogari de conſocijs.*
3. *Socius criminis inquibus caſibus poteſt interrogari de conſocijs, & concluditur, quòd in crimine furti non poteſt interrogari. Sed Bar. contra. Et quomodo in dicto crimine furti poterit interrogari, locuſq; Bartoli ſit intelligendus.*
4. *Conluſio Regij concilij.*

1: SCribentes varijs in locis de hac materia ſocij criminis,an ſcilicet interrogandus ſit de conſocijs, & in quibus caſibus, & qua forma,& quibus requiſitis,ac de fide eorum vſq,quo dicta fides ſe extendat,in illis videlicet caſibus in quibus interogari poteſt,latè loquuti fuerunt: & ſignāter in.l.fi.C.de accuſatio.vbi propriuſ eſt locus. et ibi latè Salicet.Petrus Paul.Pariſ. in conſil. 151. vol.4.Tho.Grā.deciſ.28.Iul.Clar. in prac. crimi. q. 21. verſi. Dictum ſocij criminis. cum nouem verſiculis ſequentibus, & Menochi.de arbitrar.iudi.lib.2.Centuria.5.caſu .474. inquo loco multos cumulauit caſus inquibus profitetur ſocium de conſocijs poſſe interrogari: quamuis in medietate illorum fortè errauerit,vt ſupra in.c. 5.latè oſtenſum eſt, vbi de hac re amplam propraxi, & quoad attinet ad forum cōſcientię & forum fori,inſtitui diſputationem ad quem locum me remitto.

Quantum vero attinet ad noſtram propoſitam quæſtionem, proponenda eſt regula generalis quæ ex dicta,l.fi.C.de accuſationibus elicitur.
2. Regula autem hæc eſt, quod ſocius criminis non poteſt interrogari de conſocijs.probatur in dicta.l.fi.ibi. in verbis. *cū veteris iuris authoritas de ſe confeſſos,nec interrogari quidem de aliorum conſcientia ſinat.* et ibi. *Nemo igitur de proprio crimine confitentem ſuper conſcientia ſcrutetur aliena.* Quam regulam quoq; ſtatuunt glo.in dicta.l.fi.Campeg.in tracta. de teſtibus. reg. 88.Crot.in tracta,de teſtibus. Quarta parte.num.94.& Boſ. in tract. cauſarum criminalium.titu. de indicijs. nume. 144. & apertius Pariſ.in dicto conſil.151.nume. 8. lib.4.ac Rolan.in conſil.51.num.25. libr. 1. Ratio regulæ eſt , quia ſocius criminis delinquēs, confitendo delictum,non poteſt interrogari de conſocijs.vt in.l.repeti.§.is qui.ff.de quæſtionib ibi. *Is qui de ſe confeſſus eſt,in caput aliorum non torquebitur.* Idem in.l.ſicuti.C.eō.titu.vbi habetur , non eſſe de facili credendum de ſe confeſsis:nec de ſocijs.Idem quoq; habetur in dicta.l.fi.C. de accuſationib.ibi. *Dum veteris iuris authoritas de ſe confeſſos nec interrogari quidem de aliorum conſcientia ſinat.* Quod ideo fit, quia delinquens confitendo delictum ſe in famē declarauit. ita Menoch. in caſu. 474. qui allegat Petr.de Anchara.in conſil.189. & tamen teſti infami non creditur. c. imprimis.2.q.1.& in ſpecie tradunt. Alex. in conſ.11.libro.1.& Marſil in practi.cri.§. diligenter.num. 62. Sed vide aliam potiorē ac tutiorem rationem apud me ſupra indicto.cap.5.num.4.5.&.6. in qua vera huius quæſtionis declaratio fundatur.

Et licet ab hac regula aliqui caſus exci-
3. piantur, qui abſcribentibus caſus excepti appellantur,non tamen inter eos hoc furti crimen ſcriptum reperitur: & ſic ſanè videretur concludi poſſe, ſocium criminis in crimine furti non poſſe interrogari, neq; torqueri in caput ſociorū: cum aliàs inter caſus exceptos abſcribentibus connumeraretur.Immo quod in crimine furti inquiſitus non poſsit interrogari de conſocijs,ſcripſerunt Salycet.in dicta.l.fi. col. 2.C. de accuſationib. Marſil.in conſil. 22. num.17. & Rolan. in conſil. 51. num. 26. libr. 1. qui quidem reijciunt opinionem Bar.in.l.repeti.§.1.ad fi.ff. de quæſtionib. idem quoq; Menochi. in dicto caſu. 474. num.20.

Contrariam tamen opinionem ſentit Bar. in dicta l.repeti.§.is qui.quo in loco ex ſuamet diſtinctione infert, fures poſſe interrogari de ſocijs , & de receptatoribus,& ſimilibus,hoc modo inquiens, quędam ſunt delicta quæ non committuntur principaliter in offenſam alicuius,ſeu odium,ſed propter commodum committentium, vt falſare monetam, ſeu fabricare falſam monetam,& latrocinia facere (latrones enim non odiunt aliquem ſed diligunt es alterius)& in iſto caſu, ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs. quod probat per.l. Diuus. ff. de cuſto.reor.&.l.prouinciarum.C.de ferijs.&.l.fi. ff. ad exhiben. quædam vero ſunt delicta quę committuntur principaliter in alterius iniuriam,& odium,& in iſtis confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs. vt in dicta. l.repeti. ff. de quæſtioni. & in dicta. l. fi. C.de accuſationibus. Et ſic infert Bar. ex hac diſtinctione, quod cum fures committant furta principaliter propter commodum ipſorum, magis quàm in offenſam alterius , quia tales non odiunt aliquem,ſed diligunt es alterius: poſſunt interrogari de ſocijs, & de receptatoribus & ſimilibus. arg. dictæ.l.Diuus.ff. de cuſtod.reor. quæ lex de latronibus mentionem facit.

Et quamuis hæc Bar.diſtinctio non videatur in omnibus vera,ideo quòd maleficus in alienum odium ſua facit maleficia,&tamen de ſocijs interrogatur.vt in.l. fi.C.de malefi.& mathe.Item crimen læſæ mageſtatis contra principem committitur,& tamen ſocius de conſocijs interrogatur.vt in.l.pen.& fi.C.ad leg. iul.mageſ. nihilominus tamen Alex. in conſil.69.nu. 8. vol.2. approbat primam diſtinctionis partem,ſcilicet, quòd ſocius criminis poſſit interrogari de conſocijs, quando deli-

TItius mercator poſtquã
multos annos tutelam
&curam filiorum Sem-
pronij habuiſſet, eorũq;
bona adminiſtraſſet, nõ
reddita ratione curæ,
menſam nummulariam
quam noſtri banchariam ſiue banchum
appellant parauit: in ea campſoris offici
um exercendo. Qui poſt breue tempus,
relictis filijs dicti Sempronij creditoribus
ratione curæ per eum geſtæ & adminiſtra
tæ, atq; etiam multis alijs creditoribus ex
rationibus dicti banchi, labefactafide de
coxit: & aufugit. Cumq; indicto bancho
remanſiſſet magna pecuniarum quantitas
expecunijs in eodem bãcho à diuerſis per
ſonis depoſitis, & ſuper eis orta fuiſſet lis
& controuerſia inter filios Sempronij qui
creditores erant ratione dictæ curæ ex
vna, & creditores ex bãchi rationibus par
tibus ex altera, ſuper graduatione dicto-
rum creditorum, & diſtributione bono-
rum dicti Titij facienda, fuit dubitatum
in Regio criminali cõcilio, in quo hęc cau
ſa tanquam dependens ex cauſa principa
li criminis dicti mercatoris decocti & fal-
liti ducebatur, qui ex his creditoribus in
pecunijs banchi, ſeu in diſtributione ea-
rum eſſent primo loco graduandi, an vide
licet præferendi eſſent filij Sempronj- cre-
ditores in bonis dicti Titij mercatoris ra-
tione curæ per eum adminiſtratæ credito-
ribus depoſitarijs, qui tantũ ex bãchi ratio
nibus creditores ſunt, vel è cõ tra dicti cre
ditores depoſitarij in pecunijs dicti bãchi
pręferãtur dictis creditoribus qui ratione
dictę curęvel ex alijs cauſis creditores erãt.

Cum cogitarem quonãpacto poſſem
hanc quęſtionem facilẽ reddere exiſtima-
ui, prius prænotãdam atq; ei præferandam
eſſe aliam quæſtionẽ quam apud ſcriben-
tes controuerſam inueni, an ſcilicet, domi
nium pecuniarum depoſitarum in ban-
chis tranſeat in menſularium ſeu bancha-
rium, an vero remaneat penes deponentẽ?
Ex cuius quidẽ quęſtionis & dubij reſolu
tione, reſultabit declaratio ad hãc propoſi
1. tam quęſtionem. Nam ſi pecuniæ depoſi-
tæ in banchis dominiũ remanet penes de
ponentem, non eſt cur diſputemus ſuper
prælatione & priuilegio creditorum, cum
in hoc caſu, deponens tanquam dominus
rei depoſitæ ſit omnibus alijs creditoribus
quãtũcunq; priuilegiatis præferẽdus: ideo
quod reivendicatio (quę cõpetit, quando
rei dominiũ retinet) eſt ſupra oẽs actiones
perſonales, et hypothecarias. vt in. l. procu
ratoris. §. plane. ff. de tributor. actio. & in. l.
depoſui. ff. de peculio. et in. l. ſi ventri. §. in
bonis, et ibi Rippa. nũ. 10. ff. de priuile. cre
di. l. cũ fundus. §. ſeruũ tuũ. verſi. Quo ad
peculiares. et. l. ſi filius. ff. de reb. cred. ſi cer.
pet. et. l. 4. C. de bon. autho. iudi. poſsiden.
vbi vero dictũ dominium transferatur in
banchariũ depoſitarium taliter, quòd dici
poſsit pecuniã depoſitam cõfuſam eſſe in
eius hęreditate, tunc ex his reſultat tota no
ſtræ quęſtionis diſputatio. Vt igitur breui
bus quęſtionẽ pręnotandã abſoluamus,
nos ſic diſtinguere oportet. Aut pecũia de
ponitur ĩ bãchis obſignata in ſacculo ſine
numeratione, & tunc cum propriè depoſi
tum ſit, non tranſit eius dominiũ in depoſi
tariũ: eo enim caſu, depoſitarius tenetur eã
dem rem in ſpecie reſtituere. l. 2. ff. de reb.
credi. ibi. *Mutuum recepturi damus non eandẽ
ſpeciem quam dedimus, alioquin, aut commodatũ
aut depoſitum, ſed idem genus*. Et eſt tex. in. l.
ſi ſacculum. ff. de poſi. vbi habetur, quòd ſi
ſacculũ vel argẽtum ſignatum depoſuero,
& is penes quem depoſitũ fuit me inuito
contractauerit, & depoſiti, & furti actio mi
hi in eum competit: confirmat tex. in. l. Lu
cius. 1. ff. depoſi. Quãdo igitur res vt cuſto
diatur deponitur, verè depoſitũ eſt: quod
totũ committitur fidei eius quòd ad cuſto
diam rei pertinet. l. 1. ff. de poſi. Quo fit, vt
hoc modo dominium rerum depoſitarũ
remaneat penes deponẽtẽ. vt probatur in
l. licet. §. rei. ff depoſ. ibi. *Rei autẽ depoſitæ pro
prietas apud deponentẽ remanet*. Et concordat
tex. in. l. in naue Saufeli. ff. loca. & eſt glo. in
l. Lucius. 1. in verb. terminos. ff. depoſi. quę
ďclarat notiſsimos depoſiti terminos eſſe,
quãdo depoſitor neq; dominiũ neq; poſſeſ
ſionem



ſionem amittit. Proinde ſi res ita depoſitæ
3. pereant caſu fortuito, vel aliàs culpa leui
vel leuiſsima depoſitarij, dummodo do-
lus illius non interueniat, deponenti pere-
unt: & ad illarum reſtitutionem depoſita-
rius non tenetur. §. præterea. inſti. quibus
mod. re contrahi. obli.
4. Aut pecuniæ deponuntur ad numerum
in dictis banchis, & nõ obſignatę, neq; clau
ſæ, ſed vt tantundẽ reſtituerentur, & tunc,
quia illud depoſitũ notiſsimos ďpoſiti ter
minos egreditur, nõ poteſt dici propriè de
poſitũ: & ſic dominiũ pecuniarum ita de-
poſitarũ tranſit in banchariũ depoſitariũ.
Ratio eſt, quia depoſitarius pecunijs ita de
poſitis vti poteſt. vt eſt glo. in. l. 3. in verbo.
obnoxium. C. depoſiti. et eſt tex. expreſſius
in. l. dic ſponſaliorũ. §. qui pecuniã. ff. eõ. ti
tu. ibi. *Qui pecuniam apud ſe non obſignatam, vt
tantundem redderet depoſitã ad vſus proprios cõ
5. uerti poteſt*. Hinc eſt, quòd depoſitarius pe-
nes quẽ pecunia ad numerum deponitur
nõ tenetur eandem reſtituere in ſpecie, ſed
aliam in eodẽ genere: ſicut in mutuo. tex.
eſt in. l. in naue Saufeli. ff. locati. ibi. *Nam ſi
quis pecuniam numeratã ita depoſuiſſet, vt neq;
clauſam, neq; obſignatam traderet, ſed vt numera
ret, nihil aliud eũ debere apud quẽ depaſita eſſet,
niſi tantũdem pecuniæ ſoluere*: Et nihilominus
dicitur depoſitũ. vt inquit ibi. glo. in verbo
ſoluere: ſed egreditur notiſsimos depoſiti
6. terminos. Hinc etiam eſt, quòd cũ depoſi
tarius poſsit vti pecunijs ita depoſitis, ſi il-
las non reſtituit cum petuntur, tenetur de
ponenti ad vſuras. l. ſi ſacculum. ff. depoſi.
ibi. *Si ex permiſſu meo depoſita pecunia is penem
quem depoſita eſt vtatur, vt in ceteris bonæ fidei
iudicijs vſuras eius nomine præſtare mihi cogitur*.
Et probatur in. l. Lucius. 1. et in. l. dic ſpon-
7. ſaliorũ. §. 1. ff. eõ. titu. Hinc deniq; quoq; fit
quòd cum facienda ſit reſtitutio in genere
ſi dicta pecunia caſu fortuito pereat, tene
tur depoſitarius ad reſtitutionẽ: ratio eſt,
quia genus perire non poteſt. l. incendium
C. ſi cert. peta. Deci. in reg. contractus. nũ.
8. ff. ď reg. iur. Quamobrẽ, cum de conſue
tudine pecunię in banchis deponãtur, nõ
vt eadẽ pecunia reſtituatur, ſed tantũdem
ſolum, vt ex rei euidentia demõſtratur, vi-
detur ex prædictis deciſum, earũ pecunia-
rũ dominium in depoſitarium transferri:
& per conſequens eas confundi in hæredi
tate campſoris ſeu bancharij taliter, quòd
ſic confuſæ, faciunt cum alijs bonis dicti
campſoris vnum corpus, & vnã hæredita-
tem. Ex quibus quidẽ reſultat noſtræ prin
cipalis quęſtionis difficultas. Nam ſi pecu
niæ ita depoſitæ confunduntur in hęredi-
tate, & cũ alijs bonis dicti bancharij, ita vt
vnum corpus & vna hęreditas tantum cõ
ſtituatur, & in ea hæreditate creditores ex
varijs cauſis, & rationibus demõſtrentur,
vt puta quia vni ſunt hypothecarij ex taci
ta, & expreſſa hypotheca, vt ſunt filij Sem-
pronij ratione tutelæ, & curæ per dictũ Ti-
tiũ adminiſtratę, alij vero habentes perſo-
nalem actionẽ tantum, vel perſonalẽ priui
legiatã, prout de iure tales exiſtimãtur qui
in banchis pecunias ſuas deponunt, vt tan
tundem eis reſtituatur, qui ex his præferẽ
di ſint, & primo loco graduãdi, hoc opus,
hic labor.

Et vt quæſtionem aggrediamur, primo
pro parte filiorum Sempronij creditorum
ex rationibus adminiſtrationis tutelę & cu
rę in bonis Titij cãpſoris falliti dicitur, ip-
ſos præferenbos eſſe creditoribus qui ratio
ne pecunię depoſitę in bancho tantũ ſunt
creditores: quod probatur ſequenti argu-
8. mẽto. Creditores habentes actionẽ realẽ
hypothecariam præferendi ſunt credito-
ribus perſonalem actionẽ etiam priuilegia
tã habentibus tex. eſt ad litteram in. l. eos.
C. qui potior. in pig. habeã ibi. *Eos qui acce-
perunt pignora cũ in rem actionẽ habeant, priui-
legijs omnibus quæ perſonalibus actionibus com-
petunt præferri conſtitit*. Concordat tex. in. l.
9. procuratoris. §. plane. ff. de tributor. actio.
Sedita eſt, quòd filij dicti Sempronij in bo
nis dicti Titij nedum tacitam habent hypo
thecã ratione dictæ adminiſtrationis: quia
de iure bona tutoris tacite pro adminiſtra
tione tutelæ & curæ obligata ſunt. l. 1. §. vt
plenius. C. de rei vxor. actio. l. pro offi-
cio. C. de adminiſtratio. tuto. verum etiam
& expreſſam ratione contractus ſuſceptæ

 tulæ,

tutelæ,& curę cũ obligatione generali om
10.nium bonorũ, dicti autem creditores ex
banchi rationibus actionem perſonalem
tantum habent in bonis dicti Titij ex con
tractu, ſiue depoſiti,ſiue mutui,deſcēden
tem:quia quando aliquis obligatus eſt ex
contractu, contra eũ proditæ ſunt actio-
nes inperſonam. §. omnium. inſtitu. de
actionib·Ergo cõcluſum eſt, dictos filios
Sempronij vt creditores hypothecarios
præferri debere creditoribus banchi perſo
nalem tantum actionē habentibus. Cor-
roboratur argumentum ex.l.ſi.ventri.§.in
in bonis.ff.de priuile.creditor.quo loci iu
ris conſultus ait, quód in bonis menſularij
vendendis potiorem eorum cauſam eſſe
poſt priuilegia, qui pecuniam apud men
ſam fidem publicam ſecuti depoſuerunt.
Ex quo tex.clare colligitur, & precipue ex
illis verbis.poſt priuilegia. creditores ha-
bentes priuilegia pręferēdos eſſe: & quòd
poſt eos graduantur illi,qui pecuniã apud
menſam depoſuerunt. At filij dicti Sem-
pronij tanquam actionem realē hypothe
cariam. habentes,dicuntur habere actio-
nem priuilegiatam ratione iuris realis eis
competentis.vt in dicta.l.eos.C.qui potio
res inpigno habean. cum concordantijs.
Ergo in pecunijs bãchi falliti,filij Sempro
nij vt creditores hypothecarij in bonis di-
cti Titij campſoris ex alijs cauſis quam ex
rationibus banchi erunt primo loco gra-
duandi, & præferendi, quibuſcunq; alijs
creditoribus ex cauſa & ratione depoſiti
perſonalem actionem habentibus.

Contrariam tamē creditores bãchi ſen
tentiã cenſiētes,atq;ipſos eſſe pręferendos
exiſtimãtes,pro ſe allegant expreſſum tex.
in.l.ſi hominē.§.quotiens.ff.depoſi.cuius
diſpoſitione conſtat,rationē depoſitario-
rum ante priuilegia habendã eſſe, quotiēs
nummulari foro cedunt:& corũ bona diſ
trahuntur. Atq; alia ratione eandē opinio-
11.nem probare conantur ex. l. ſi ventri.§.ſi
tamen nũmi. ff. de priuileg. credi.ex ea.l.
deducentes,quòd quando nũmi extant à
depoſitarijs per deponētes vēdicari poſ-
ſunt,& futurum eum qui vendicat ante
priuilegia. Cũq; pecunię aut aliqua illarũ
pars vt in facto propoſui extarent, merito
dicendũ eſt,hos deponētes creditores om
nibus alijs priuilegia habētibus in ea pecu-
nia pręferendos eſſe.Iuuatur hęc ratio ex.
l.ſi is qui depoſitã.C.depoſiti.vbi habetur,
quod ſi is qui depoſitã ate pecuniam acce
pit, cã ſuo nomine vel cuiuslibet alterius
mutuo dedit,tam ipſum de implenda fide
quàm eius ſucceſſores teneri, & aduerſus
cũ qui accepit nullã actionē deponēti com
petere niſi nũmi extent: quia tũc vti reiuē-
dicatione poteſt.cõcordat tex.in. l. ſi res.
C.ad exhibend.Ex quib⁹ patet, omni caſu
creditores qui in bãchis pecuniã deponē-
do crediderũt preferendos atq; primo lo
co graduandos eſſe.Nã ſi pecunia depoſita
nõ extat,actione depoſiti priuilegiata pre-
feruntur:cũ depoſitariorũ ratio ante priui
legia ſi bona nũmularij venierint habenda
ſit·vt in dicta.l.ſi hominem.§.quotiens.ff.
dē priuilegijs creditor Si vero extat, vti poſ
ſunt reiuendicatione,quæ pręfertur omni
bus alijs actionibus tã realibus quã perſo-
nalibus quocunq; modo priuilegiatis. Et
ſic omni caſu,ſiue extet,ſiue non extet, de
ponentes præferuntur.

His tamen non obſtantibus, in caſu no
ſtræ quæſtionis primam opinionem in
puncto iuris veriorem eſſe exiſtimo: ſcili-
cet,quòd filij dicti Sempronij vt credito-
res actionem realem hypothecariã in bo-
nis dicti bancharij habentes præferantur
in pecunis dicti banchi, ſeu in diſtributio
ne de eis facienda, creditoribus qui tãtum
ex depoſito de eiſdem pecunijs facto ſunt
12.creditores.Et primo, quia non obſtat tex.
in.l.ſi hominē.§.quotiens.ff.depoſiti. qui
tex.tantũ de perſonalibus actionib⁹ loqui
tur:in quibus habentes actionē ex depoſi-
to tanquã priuilegiatã præferuntur omni
bus alijs perſonales actiones etiam priuile
giatas contra bona bancharij habentibus.
Et ita itelliguntur illa verba tex. ante pri-
uilegia.hoc eſt, quòd deponentes in bonis
nũmularij vendendis graduentur ante eos,
qui contra eadem bona perſonales actio-
nes quantumuis priuilegiatas habent. ita
intelle



intellexit illum tex.Accurſ.in glo.in verb.
depoſitariorum.& ibidem Paul.de Caſtro
num.2.in.ſi.exceptis tamē illis tribus actio
nibus dotis ſcilicet, funeraria, & mutui in
refectionē rei crediti,de quibus dicta glo.
mentionem facit:quæ in maiori gradu, &
priuilegio conſtitutæ ſunt, quàm ipſa de-
poſiti actio, prout de dotis actione eſt tex.
in.l.ſi. C.qui potior.in pig. habean. de fu-
neraria in.l.penul.ff.de religio,& ſumptib.
funer.& de actione eius qui in refectionē
rei credidit.in.l.interdum.ff.qui potior.in
pig.habean.Et ipſe intellectui Accurſij &
Pauli Caſtrenſis adereo: cum aliàs eſſet per
dictum.§.quotiens.deſtruere multas iuriũ
diſpoſitiones, dantes ſemper realibus actio
nibus prælationem.Proinde cum ratio di
ctorum filiorum Sempronij fundetur ſu-
per actione reali hypothecaria illis de iure
competenti ex cauſa adminiſtrationis tu-
telæ,& curæ,quæ actio ex eo ſolum quòd
realis eſt, præfertur omnibus alijs actioni-
bus perſonalibus etiam priuilegiatis. vt in
dicta.l.eos.C.qui potior.in pig.habean. &
in.l.procuratoris.§.mercis.verſi.Quid ta-
tamen.ff.de tribu.actio.& in.l..ſi ventri. §.
in bonis.ff.de priuileg.credi.ibi poſt priui
legia.iuxta intellectum glo.l.ſi hominem.
§.quotiens·in verbo depoſitariorum, me-
rito concludendum eſt, ipſos in dictis ban
chi pecunijs præferendos, atq; primo loco
graduandos eſſe.

13. Neq; obſtant tex.in.l.ſi ventri.§.ſi tamē
nummi extant.ff.de priuileg.cred,& in.l.ſi
is qui pecuniam.C.depoſiti.illa enim iura
loquuntur, quãdo pecunia deponitur ob
ſignata in ſacculo,& cuius dominium non
transfertur in depoſitarium: quod quidē
oſtenditur ex reiuendicatione ex dictis le
gibus deponentibus attributa, quæ clare
præſupponit dominij retētionē apud eos.
Et ſic nimirum, ſi cum pecunia hoc modo
depoſita extat, in ea deponētes ceteris præ
14.ferãtur.At in quęſtione noſtra loquimur,
quando pecunia deponitur in banchis ad
numerũ, ratione cuius traſfertur dominiũ
in depoſitariũ: vt ſupra in quęſtione pręno
tata, & pręmiſſa late oſtenſum eſt. In quo
caſu, licet illa pecunia reperiatur in bonis
depoſitarij, idē deber eſſe quòd de alijs bo
nis: quia tranſiuit in creditũ.l.procuratoris
§.plane.verſi.Sed & ſi dedi.ff.de tribu. acti.
Et pro inde cum in alijs bonis nũmularij,
ſeu bancharij creditores habentes actionē
realem hypothecariã pręferendi ſunt ha-
bentibus perſonalem etiã priuilegiatam,
idem erit dicēdum in pecunijs in dicto bã
cho fallito repertis, quarũ dominium (cũ
ad numerum depoſitę eſſent, vt tantundē
in genere reſtituerentur) fuerat in dictum
banchariũ depoſitarium translatũ, cuius
dominij ratione, dictæ pecuniæ confuſæ
exiſtimantur in bonis eiuſdē bãcharij: qui
ideo ad eas reſtituendas quocunq; modo
caſu fortuito perirent tenebatur: cum vt di
ctũ eſt, genus perire non poſsit. Et ſic con-
cluſum eſt in caſu noſtræ quæſtionis in pũ
cto iuris cõmunis, creditores hypothecã
habentes, in ea pecunia præferri creditori
bus perſonalē tantũ actionem priuilegiatã
ex depoſito habētibus. Et hanc opinionē
veriorem eſſe de iure cõmuni nõ ambigo.

Verum cũ in Cathalonia proprijs ac pe
15.culiaribus legibus viuamus, quibus primo
quã ad ius cõmune recurramus vtēdũ eſt,
in dicta hac noſtra Cathalonia, conſtitutio
ne generali cauetur, bona cãpſorũ credito
ribus ſuis ita tacitæ obligari, & hypotheca
ri, ac ſi ſcriptura publica dicta bona ſpecia
liter vel generaliter obligarentur. vt in.c.4
Regis Iacobi.2.in curia Illerdę ſub titu. de
depoſit è de cambiadors. Ex qua.l.deduci
tur, creditores campſorum in eorum bo-
nis actionem realem hypothecariã habe-
re: quemadmodũ pupilli in bonis tutorũ
& curatorum ratione adminiſtrationis tu
telæ, & curæ, vt ſupra dictum & oſtenſum
eſt: & proinde cõſtat, quod creditores qui
in dicto bancho pecunias depoſuerant, pa
rificantur in obligatione, & hypotheca cũ
dictis pupillis filijs Sempronij. Ex quibus
quidem aliud reſultat dubium, qui ex his,
qui in actione reali hypothecaria parificã
tur præferendi ſint in diſtributione eiuſ-
16.dem pecuniæ facienda. Quidam dixerũt,
eos præferendos eſſe inter æquales obliga
tiones

tiones qui tēpore priores inueniuntur per
regulam qui prior eſt tempore potior eſt
jure. vt in .l. ſi fundū.&.l.diuerſis tempori
bus.C.qui potior.in pig.habean. Quod ar
gumentum videtur concludere pro dictis
pupillis, quód præferantur, quorū bona
multo ante quàm Titius campſoris offici
um exerceret per eū fuerunt nomine tuto
rio & curatorio ad miniſtrata: ſicq; eius
quoq; bona prius eiſdem pupillis hipothe
cata. Quidā vero fauore depoſitariorum
hanc rem iudicantes aſſerunt, regulam il-
lam qui prior eſt tempore potior eſt iure
veram eſſe in his creditoribus qui habent
realem hypothecariā ęqualiter, & taliter,
quód vnus non habeat pluſquam alter: &
ſecus eſſe, quando vnus ex creditoribus ha
bet plus, vt puta, quòd vltra hypothecam
concurrat pro eo fauor boni publici à le
ge conſideratus: quia tunc talis creditor
quantumuis poſterior, vtilitate publica
ſuadente, præferendus eſt prioribus ſim
pliciter hypothecarijs, & cum quibus di-
ctus publicus fauor non concurrit. vt in.
l. ſi hominem.§.quotiens.cum.l. ſequēti.
quæ incipit. Quód priuilegium.ff.de poſi.
Conſtat enim Vlpianum in dicto, §. quo-
tiens. cenſiſſe, in bonis nummularij ven-
dēdis, qui bonis ceſſit, depoſitariorū ante
priuilegia rationem eſſe habendā · quibus
verbis nihil aliud diſponere intēdit, quam
priuilegiare actionem depoſiti perſona-
lem, adeò, quód ea vtentes cōtra nummu
larios & campſores licet creditores poſte-
riores ſint, præferantur alijs creditoribus
perſonalem actionē etiam priuilegiatam
habentibus in bonis eiuſdem campſoris.
At Paulus iure conſultus in. l. quod priui-
legium allegata. dictam Vlpiani deciſio-
nem ampliando ait, dictum priuilegium
exerceri, non tantum in ea quantitate quę
in bonis argentarij ex pecunia depoſita re
perta eſt, ſed in omnibus fraudatoris facul
tatibus: idq; propter neceſſarium vſum ar
gentariorū ex vtilitate publica receptum
eſſe. Quare videmus priuilegium depoſita
riorum ex publica vtilitate fundari. Et li-
cet leges illæ in perſonalibus actionibus lo
quantur inter quas voluit actionem depo
ſiti ob fauorem publicum præferri credi-
toribus priuilegia perſonalia habentibus,
idem quoq; jus ſtatuendum eſt inter eos,
qui in hypothecis æquales ſunt vt præfe-
rantur illi ex identitate rationis, cum qui-
bus dictus fauor publicus concurrit. Vbi
enim militat eadem ratio, idem ius in vtro
q; ſtatuendum eſt. l. illud. & illic gloſ. in ver
bo. extimari. quæ multa refert. ff. ad leg.
Aquil. l. fi. C. ad leg. Falci. l. fi. C. de conſti.
pecu. cap. inter corporalia. de transla. epiſ.
vel pręla. Quamobrem, cum creditores ex
banchi rationibus, conſtitutione, ac lege
prouinciæ hypothecam habeant in bonis
campſoris, cuius ratione pariſicantur cum
dictis creditoribus tutellarijs, & dictus fa-
uor publicus pro eis concurrat propter ne
ceſſarium vſum argentariorum vt inquit
lex, merito concludendum eſt, creditores
deponentes, in pecunia banchi falliti quā-
uis poſteriores, ceteris præferendos eſſe,
eoſq; ſimul eſſe admittendos, non ſpecta-
to ordine eorum qui depoſuerunt: ſed ſi-
mul omnium depoſitariorū ratio haben-
da eſt. Inter eos enim, & in tali caſu, nō mi
litat regula qui prior eſt tēpore potior eſt
iure. vt eſt expreſſus tex. in dicta. l. ſi homi-
17 nem. §. quotiens. in. fi. ff. depoſiti. Et ſecun
dum hanc vltimam opinionem attenta di-
cta. l. patriæ Cathalonię concedente depo
nentibus in bonis campſoris hypothecā,
& ex alijs rationibus ex iuribus patriæ per
Regios conciliarios decerptis, fuit conclu
ſum in Regio cōciliodie. 21. Februarij. 1584
referente Michaelle Quintana antiquiore
Regij concilij domino meo in quo Regij
conciliarij, dictos creditores deponentes
prætulerunt in pecunijs dicti banchi falli-
ti filijs Sempronij creditoribus ratione di
ctæ adminiſtrationis tutelæ & curæ: ſed in
alijs bonis campſoris falliti, maiorem deli
berationem ſibi reſeruarunt.

## Capi. 39. In quo quę-
ritur de quæſtione, Statuit lex Prouin-
ciæ quod



ciæ quòd quis non poſsit de certis deli-
ctis in eadem lege expreſsis per Domi-
num Regem, vel eius Locumtenentes
generales, & alios quoſcunq; Regios of
ficiales, & miniſtros abſolui, aut guida
ri, cum clauſula, quòd ſi contra hanc le
gem fiunt gratiæ delictorum, & guida-
tica, ſint ipſæ gratiæ & guidatica ipſo fa
cto nulla. Quæritur modo, an abſolu-
tus aut guidatus per dominum Regem
ſeu eius locumtenentes, de delictis in
dicta. l. abſolui & guidari prohibitis, &
contra expreſſam dictæ. l. diſpoſitionē
poſsint ſub illa fide Regia, (qua gratia &
guidaticum continētur) puniri de dictis
delictis, ac ſi veré, & realiter gratia & gui
daticum non fuiſſent conceſſa.

1. *REmiſſus ſeu guidatus de delictis per legem re
mitti & guidari prohibitis poteſt non obſtan
tibus dictis remiſsione, & guidatico, ſi capitur, de
eiſdem delictis puniri: ac ſi remiſſus & guidatus
non fuiſſet.*
2. *Princeps rumpendo fidem datam non facit iuſti-
tiam: cum ipſa fides fundamentum ſit iuſtitiæ.*
3. *Res publica ſine fide in Principe vix gubernari po
teſt: cum magis per fidem Reſpublicæ gubernen
tur, quàm per ſudores corporales.*
4. *Princeps omni tempore debet habere ſinceram &
perfectam fidem, atq; veram locutionem: vt om-
nes homines cuiuſcunq; conditionis ſint poſsint ſe
in illo fidare.*
5. *Fides non eſt frangenda, quia per eam ciuitates
ſeruantur: & è contra ſi violatur, depopulantur.*
6. *Fidem ſeruaré eſt de iure naturali.*
7. *Princeps non poteſt ſe eximere à iuribus natura-
libus.*
8. *Lex quæ non eſt contra ius naturale, & diuinum
obſeruari debet.*
9. *Lex non poteſt facere quod poſitus ſub fide Prin-
cipis puniatur de ſuis delictis cōtra fidem datam,
ne contra ius naturale diſponere videatur: cum
ſeruare fidem ſit de iure naturali.*
10. *Gratiæ delictorum factæ contra legem prohiben
tem ne fiant, ſi non valent in vim remiſsionis, vale
re ſaltim debent in vim guidatici.*
11. *Rex propter bonum publicum poteſt remittere
damna & iniurias particulariter, & vniuerſali
ter ſubditis illatas: etiam quòd Prouinciæ lex illud
fieri vetaret.*
12. *Rex propter bonum publicum poteſt remittere de
licta non obſtante partis inſtantia.*
13. *Pax eſt multitudinum vnitas in qua bonum, &
ſalus populi conſiſtit.*
14. *Rex pro directione iuſtitiæ poteſt remittere deli-
cta quæ per legem remitti prohibentur.*

LEge Prouinciæ cauetur,
Dominum Regē eiuſq;
officiales non poſſe de-
linquentibus certa deli-
cta remittere, neq; in illis
dictos delinquentes gui-
dare: cū decreto irritante
& annullatiuo, ſi contra factum fuerit. Suc
ceſsit, quòd Titius qui erat delatus in illis
delictis obtinuit remiſsionem ſeu gratiam
a domino Rege, ſeu eius Locumtenente
generali, aut fecit ſeguidare, ſeu affidare,
& dictis remiſsione, ſeu guidatico exiſten
tibus, dictus Titius fuit captus, & Regijs
carceribus mancipatus, qui cum in conti-
nenti dictam gratiam ſeu remiſsionē, vel
guidaticum allegaret, fuit dubitatum, an il
lis non obſtantibus, poſsit dictus Titius de
prædictis criminibus, & delictis puniri: vel
an ſit pro fide Regia ſeruanda relaxādus.
1. Et dictum Titium non obſtantibus di-
ctis gratia ſeu remiſsione, vel guidatico, eſ
ſe puniendum, probat tex. in cap. 11. Re-
gis Ferdinandi. curiæ anni. 1503. in titu. de-
les cauſes criminals qui tex. incipit comin
ſtigant. In quo tex. certa crimina, & delicta
deſcribuntur quorum remiſsiones, gratiæ
& guidatica expreſſe fieri vetantur: adeò,
quòd ſi dominus Rex & eius officiales cō
tra illam legem delicta remittunt, ſeu de-
linquentes guidant, aut illos ſub fide Re-
gia aſſecurant, dictę remiſsiones ſeu gratię
& guidatica, ipſo facto annullantur: & po-
teſt procedi contra dictorum delinquen-
tium receptatores, prout licitum eſt proce
dere contra eiectorum à pace & treugua
factores: & receptatores. vt ibi in tex. Ergo
fortius contra eoſdem delinquentes.

Hinc eſt,

Hinc eſt, quòd cum dominus Rex atq;
eius officiales ad omnium prouinciæ le-
gum obſeruationem teneantur, quam iu-
re jurando in introitu oficij promittūt. vt
atteſtatur Guiller. de valeſ. in vſati. quo-
niam per iniquum principem.in fi. Conſe
quens eſt, quòd potius tenentur ſecun-
dum dictarum legum diſpoſitiones iudi
care, quàm ſecundum fidem promiſſam:
quæ in caſu prædicto, ipſo facto, iuxta di-
ctam legem nulla eſt. Nam in ea prouin-
ciæ lege quæ in curijs generalibus de con-
ſenſu & voluntate populi per dominum
Regem condita eſt, ſicuti in hac prouin-
cia leges omnes conduntur, appoſita eſt
clauſula decreti annullatiua ſi contra fa-
ctum fuerit, quæ quando in aliquo actu
apponitur, quid quid in contrarium at-
tentatur, fit ipſò iure nullum. l. non du-
bium. C. de legib. l. ſancimus. de reb. alie.
non alie. facit. l. jubemus. §. ſanè. C. de ſa-
cro ſanct. eccleſ. cap. ad diſoluendum. in
fi. ex. deſponſalib. & cap. ſi apoſtolicæ. ex,
de ſponſali. Et etiam appoſita per ſuperio
rem afficit ignorantes, vt acta ſint nulla:
etiam ſi pars non alleget, & licet iuſtè pro
ceſſum ſit. Abb. in cap. audita. col. pen. de
reſtitutio. ſpoliat. Et quòd ignorantes affi
ciantur, eſt tex. in cap. ſi eo tempore. de
reſcrip. & in cap. pen. de preben. in. 6. Con
cluſum ergo videtur, quòd cum fides da-
ta, in dictis gratijs ſeu guidaticis contra
formā dictæ. l. ſit ipſo facto nulla, dictum
Titium de ſuis criminibus & delictis con-
tra illam legem comiſsis, dictis remiſsio-
ne ſeu guidatico non obſtantibus, eſſe pu
niendum: & nullatenus fidem ei eſſe ſer-
uandam.

Contrariam tamen opinionem, ipſe
2. aliquot rationibus, & argumentis, verio-
rem exiſtimarem. Et primo, nā Princeps
rumpendo fidem & ſub eius fide poſitum
puniendo, non faceret iuſtitiam: ratio eſt,
quia fides fundamentum eſt iuſtitiæ. vt Ci
cero. 1. officiorum atteſtatur. & ſine fide nō
poteſt eſſe iuſtitia. c. vbi ſana. 24. q. 1. ibi
vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſti
tia. Quo fit, vt cum ad Regem pertineat iu
ſtitiam facere, & adminiſtrare, conueniēs
eſt, vt fidem datam ſemper obſeruet. Alio
qui, ceſſante hoc fundamento, ædificium
corruit: & quicquid ſupra ędificatum eſt.
l. egi tecum. ff. de excep. rei. iudi.

3. Secundo ſi Princeps fidem non ſerua-
ret, vix Reſpublica gubernari poſſet: quia
per fidem Reſpublicæ magis quàm per ſu-
dores corporales gubernantur. c. in quali-
bet. 23. q. 8. & eſt tex. in vſati. moneta. in quo
habetur, quòd per fidem, & iuſtitiam, & pa
cem, & veritatem Principis, omne regnū
gubernatur. De quibus habes exemplum
in Romanorum Imperio, qui vniuerſam
Rempublicam quā conſecuti fuerunt ſū-
ma fide gubernarunt. De quibus etiā in Po
licrato ſcribitur, quòd tria fecerunt eos gē
tium victores, ſciētia, exercitatio, & fides.
Vnde dicunt ſcribentes, quòd in Impera-
tore cōſtituendo cōſiderari fides debeat:
nam ille qui non eſt fidelis, eſt peruerſus,
& inimicus, qui cum corpore nobiſcum
eſſe videtur, mente vero, & animo, contra
nos eſt: & multo nequior hoſtis hic, quàm
illi qui foris ſunt, & euidenter inimici. vt ex
preſſe habetur in. c. ſi inimicus. 93. diſtinc.
Et quòd in Imperatore ante omnia fides
conſideranda ſit, probatur in. l. 1. C. de con
di. in horr. pub. lib. 10. & ibi Bar. & Ioānes
de Pla. & facit tex. in. l. 1. in prin. ibi. *probatæ
etiam artis & fidei*. ff. de ven. inſpicien. Ni-
hil enim eſt, quòd lumine clariori præful-
geat in Principe, quàm recta fides. l. inter
claras. C. de ſumma trini. & fi. cathol. cum
maximè Regibus ac Principibus conue-
niat illud verbum. *Semel locutus eſt Deus*. &
iterum. *Quod ſcripſi ſcripſi*. Vnde Princeps
vnum calamum & vnam linguam habere
debet, non plures: quia ſcriptum eſt per
Pſalmiſ. *Quæ procedunt à labijs meis non fa-
ciam irrita*. Et alibi per Salomon. *Fidelis Do
minus in omnibus verbis ſuis & ſanctus in om-
nibus operibus ſuis*. Et in Dei Euangelio hæc
ſcripta ſunt. *Cœlum & terra tranſibunt, ver-
ba autem mea non præteribunt*. vide etiam quę
dicunt Doctores in. l. digna vox. C. de leg.
Et cum Princeps terræ iudicem & Princi
pē cœleſtem debeat imitari ſcilicet Deū.
vt in.



vt in. §. arripiat. in auth. vt omnes obediant
iudici. merito igitur, verba, fides, & locutio
Principis firma eſſe debent. Ad quod po-
teſt allegari Baldi doctrina in conſil. 327.
dicentis, quòd Principis lingua debet eſſe
immobilis ſicut lapis angularis: & ſicut po
4. lus in cælo. Quare, cum huius prouinciæ
antiqui principes hæc intellexiſſent, &
quòd per iniquum Principem, & ſine veri
tate, & iuſticia, pereunt omni tempore ter
ra & habitatores eius, conſilio, & auxilio,
ſuorum virorum nobilium ſtatuerunt, vt
omnes Principes, qui eis in hoc principa-
tu Cathaloniæ ſucceſſuri erant habeant
omni tempore ſinceram, & perfectam fi-
dem, atq; veram loquutionem: ita vt om-
nes homines, cuiuſcunq; conditionis &
ſtatus ſint, cum omnibus bonis, & fami-
lia, poſſint ſe in illis fidare. pro vt hæc &
alia latius in vſati. Barcinonæ. in cipien.
quoniam per iniquum principem. ſunt
5. contenta. Atq; ideo Guiller. de Valleſ. in
dicto vſati. nu. 3. refert Ariſtotelis dictum.
de ſecret. ſecret. lib. 1. cap. 26. dicentis, Ca-
ueas ne in fringas fidem alicui donatam:
quia per fidem ciuitates ſeruantur, & ſic
hominum multiplicatio, ciuitatū, caſtro-
rum., ac virorum communio atq; Regis
dominatio. Et contra, ſi fides violatur, ciui
tates, & caſtra de populantur, guerræ mo
uentur, populi affliguntur, homines exhe
redantur, & regna deniq; de vno ad alium
transferuntur. Vnde non im merito cano
nes & leges clamant his verbis dicentes,
*Graue profecto eſt fidem fallere*. l. 1. ff. de con-
ſti. pecu. c. innocens. 22. q. 4. Conueniens
ergo eſt, ob recte Rempublicam gubernā
dam, & adminiſtrandam, vt fides data ſer-
uetur. Et ſic videtur concluſum pro Titio
ne ipſe contra fidem Principis, hoc eſt, ex
tantibꝰ gratia ſeu remiſsione delictorum,
& ſeu guidatico, ſupplicium de ſuis crimi
nibus quantumuis indicta. l. expreſsis pa
tiatur.

6. Tertio coadiuuatur hæc noſtra opinio
alia fortiſsima ratione, quæ videri meo,
nullam admittere poteſt ſolutionem: aut
reſpontionem. Ratio autem & argumen
tum iſtud eſt, ſeruare fidem eſt de iure na-
turali. l. 1. ff. de pac. ibi. *Huius edicti æquitas na
turalis eſt. Quid enim tam congruum eſt fidei hu
manæ quam ea quæ placuerunt inter eos ſeruare*.
qui tex. intelligitur de iure naturali genti-
um primeuo: cum ſit actus conueniens
hominibus tantum. Bartolus. Paulus. &
comu. Doctores in dicta. l. 1. Angelus. in. §.
1. inſti. de oblig. & glo. 1. in dicta. l. 1. ff. de
pac. & eſt tex. in. §. quod vero naturalis ra
tio. inſti. de iure naturali. gen. & ciui. Pro-
bat idem ſanctus Thom. 2. 2. q. 70. articu.
1. ibi in verſi. Ad primum. in. fi. vbi dicit,
quòd ſeruare fidem eſt de iure naturali: &
quòd ideo, nihil poteſt præcipi homini
cōtra id quod eſt de iure naturali. Et quòd
ſit de iure naturali oſtendidit Marcus Re-
gulus conſul Romanus, qui cum fuiſſet
captus à Cartaginenſibus miſſus fuit Ro-
mam, & promiſsit redire, & poſtea ſciens,
quòd in eius reuerſione cartaginenſes eū
interimerent, voluit redire, & potius mo-
ri, quàm fidem datam violare: ne quicquā
contra ius naturale committeret. probat
hoc tex. in. l. poſt liminij ius. §. captiuos. ff.
de captiui. & pòſt limi. reuer. Oſtenditur
idem alio exemplo quod legitur apud For
tunium Garcia. in. l. conuentionū num. 15.
ff. de pac. de illo comite qui præerat pro
ninciæ, & fidem alicui dederat, & conſu-
lens ei aſſeſſor, vt non obſtante eius fide il
lum affidatum retineret captum, reſpon-
didit ipſe comes, tu leges me alias doceas,
contrariā ego legem à fidei ratione didici.
Et ſic, inſtinctu quodam naturæ, ipſe fidē
7. in illo caſu ſeruandam iudicabat. Sed Prin
ceps non poteſt ſe eximere à iuribus natu
ralibus: quia naturalia iura quæ apud om-
nes gētes pereque obſeruantur, diuina qua
dā prouidētia cōſtituta, ſemper firma atq;
immutabilia permanēt. §. ſed naturalia qui
dem iura. inſt. de iure natu, gen. & ciu. l. 2.
ff. de uſufruc. ear. rer. quę vſu cōſumun. &
in. c. paſtoralis. §. neq;. de ſenten. & re iudi.
Ergo ſequitur concluſio vera, videlicet,
quòd Princeps fidem ſuam Regiam ſerua
re tenetur. Et ſic neminem ſub eius fide po
ſitum eſſe puniendum.
Ex qui

8. Ex quibus quidem ſequitur reſpontio & ſolutio ad argumentum, quòd lex illa municipalis bene poteſt ſtatuere ne delinquentes de tali & tali delicto abſoluantur, ne vè guidentur, & dominus Rex eadem lege facta in curijs generalib⁹, aſſenſu & populi approbatione, potuit ſibimet, & ſuis officialibus, hoc ipſum prohibere, etiã cũ decreto irritante & annullatiuo ſi contra factum fuerit: & tunc ipſe Rex tenetur legem illam maximè iure iurando firmatam obſeruare. Nam prohibere, quòd certa crimina non poſsint remitti, neq; in illis delinquentes guidari, non videtur eſſe contra ius naturale: neq; diuinum. Quod ſi poſtea is Rex contrarium fecerit, delicta illa prohibita remittendo, & abſoluendo, aut in illis guidando, & is tanquam periurus peccat: & remiſsio delicti ſeu guidaticum ſunt ipſo facto nulla: quia lege illa ita

9. cauetur. Sed non poteſt dicta lex facere, quòd ſi Princeps non obſtante dicta prohibitione, & decreto annullatiuo dederit fidem ſuam alicui delinquenti, non teneatur ipſe ſeruare dictam fidem, taliter, quòd ex non obſeruantia dictus delinquens ſub fide poſitus venijſſet puniendus, quia tunc ille talis contra ius naturale puniretur. Nã ſeruare fidem eſt de iure naturali: vt ſupra oſtenſum eſt: & tamen homini præcipi non poteſt contra id quod eſt de iure naturali. ita Sanct. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. verſ. Ad primum. in. fi. Iura namq; naturalia ſemper firma permanent, atq; immutabilia: & nullo iure ciuili dirimi poſſunt. Quãobrem concludo, delinquentem captum, & ſub fide regia aſſecuratum, pro obſeruantia dictæ fidei relaxandum eſſe: vt ſic iuri naturali pareatur. Et quia dicta fides & ſecuritas dari non poterat, dicta. l. obſtante, & prohibente, debet incontinenti dictus delinquens deſguidari: vt ſic dictæ legi remiſsiones & guidatica in certis criminibus reprobanti & annullanti ſtetur. Rex vero ſeu officialis qui contra legem facit, incidens in periurium, adeat cõfeſſarium vt ſic ſuæ ſaluti proſpiciat.

10. Ex quibus concludo, gratias ſeu remiſſiones delictorum in caſibus per dictam legem prohibitis non obſtante clauſula decreti annullatiua in eadem lege inſerta debere valere, ſi non in vim remiſsionis, ſaltem in vim guidatici: etiam quod guidatica quoq; in eadem diſpoſitione in dictis caſibus fieri prohibeantur. Et hoc, ne quis ſub fide Regia poſitus puniatur, ne ve dicta. l. contra ius naturale effectum operetur. Non enim ęquum eſt, vt qui cum iudice contrahit, eius authoritate circunſcribatur. l. 1. in fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. Et proinde Alberi. in. l. ob ſeruandum. in fi. ff. de officio præſid. eleganter ait, delinquenti ſecuritatem promittere, ac de inde eum punire, proditionem eſſe. Et ſecundum hanc opinionem fuit pluries in Regio concilio concluſum & ſignanter in facto remiſsionis factæ Michaeli Caſadauall die. 9. Maij. 1 5 7 0. qui cũ eſſet inſtante parte captus, & tamen valde ſui corporis punitio inſtaretur pro aſſaſsinij crimine, de quo vt prætendebatur per dictam conſtitu. cominſtigant. remitti non poterat, fuit tamen pro obſeruantia fidei Regię, & dictæ remiſsionis, relaxatus à carceribus, & poſtea deſguidatus. vt apparet in concluſione de his facta die. 15. Nouembris. 1570. Conſtat idem, in facto alterius remiſsionis factæ per Regiam curiam die. 23. Auguſti. 1570. Sebaſtino Nogues, qui ætiam pro obſeruantia fidei Regiæ, & remiſsionis, fuit relaxatus, & diſguidatus prout concluſũ fuit in dicto Regio concilio die. 24. Nouembris. 1 5 7 0. Hæc omnia, vt puta, remiſsiones, concluſiones & deſguidamenta vidi in proceſſu contra dictos Michaellem Caſadauall, & Sebaſtianum Nogues actitato: qui eſt in poſſe Benedicti Steua notarij Regię curiæ. Et concluſiones ſunt in libro concluſionum illius anni. 1570. Habemus item aliud exemplum in facto ſupplicationis oblatæ pro parte Iacobi Colomer filij Ioannis Colomer ſupplicantis, declarari remiſsionem die. 20. Iulij. 1582. Factam Paulo Gineſta de Vall Romana per Excellentiſsimum locũ tenẽtem generalem, de lato, & in culpato,

de nece



de nece proditoriè & appenſatè perpetrata in perſonam dicti Ioannis Colomer reuocari; & quatenus opus ſit dictum Gineſta deſguidari. Super quo in Regio cõcilio die. 22. Octobris. 1582. meritis proceſſus attentis, & aliàs, fuit concluſum, quòd declaretur non fuiſſe intentionis dicti Excellentiſsimi locum tenentis generalis remittere dicto Paulo Gineſta delictum prædictæ necis: cum ſit de caſibus conſtitutionis Cathaloniæ incipientis. Com inſtigant. Et ſic de exceptis in pręfata remiſsione. & reſpectu dictæ necis dictam remiſsionem reuocandam eſſe, & quòd propterea dictus Paulus Gineſta reſpectu dicti delicti deſguidaretur cum termino decem dierũ. Fuit pręterea idẽ concluſum die. 2. Maij. 1567. in facto fiſci procuratoris Regiæ curię & partis inſtantis contra Franciſcum Vinyola, & Ioannem Canyadelles, qui fuerunt relaxati a carceribus pro obſeruãtia guidaticorum ex inſtrumẽtis remiſsionum eiſdem per ſuam Excellentiam factarum reſultantiũ, & quòd deſguidarentur, & iterum publicerentur ratione necium perpetratarum in perſonas Franciſci ã Caſtellarnau iunioris vicarij Podij Ceritanij, & Chriſtophori de Caſtellarnau eius fratris, & aliorum: quorum delictorum ratione in vim conſtitutionis. cominſtigant. fuerãt publicati, & à pace & treuga eiecti. Die quoque. 30. Maij: 1567. reperij, idem fuiſſe cõcluſum in facto ſupplicationis oblatæ per Agnetam ſolana viduam matrem Iacobi ſola occiſi, & alios, in effectu ſupplicantes, Franciſcum Simeonem Camporat non potuiſſe remitti, aut guidari, de homicidio commiſſo in perſonam dicti Iacobi ſola, & conſequenter debere pro dicto homicidio deſguidari, & iterum publicari, & fuit concluſum, non fuiſſe intentionis ſuę excellentiæ, quòd in remiſsione generali facta dicto Franciſco Simeoni Camporat comprehenderetur dictum crimen homicidij commiſsi in perſonam dicti Iacobi Sola, & conſequenter quòd pro dicto crimine homicidij tantum, in quantum dicta generalis remiſsio poſſet ſibi ſuffragari in vim guidatici vel aliàs deſguidaretur, & iterum publiceretur. Denique idem fuiſſe concluſum conſtat die. 6. Iunij. 1567. in facto ſupplicationis oblatæ per Ioannem Balſell contra Michaellem Faxat. Quam quidem rem Regium concilium praticare ſolet, etiam quòd in dictis gratijs ſeu guidaticis expreſſè exciperentur caſus in dicta lege remitti & guidari prohibitis: vt in eiſdem, & alijs multis exemplis in libris concluſionum & ſub diuerſis proceſsibus reconditis demonſtratur.

Preterea & ſęcundo dicta. l. non pro-

11 cedet, quotieſcunque verſaretur fauor boni publici: quia propter bonum publicum Rex poteſt remittere damna & iniurias particulariter & vniuerſaliter ſubditis illatas, etiam quòd ſint de caſibus expreſsis, & prohibitis in dicta municipali lege. Vbi enim militat bonum publicum, illud cuicunque priuatæ vtilitati præferri debet. Et ratio quare illa. l. reſtringenda & limitãda ſit propter bonum publicum hęc eſſe poteſt, quia lex ſemper ordinatur ad bonum commune, & eſt nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Et ita neceſſe eſt, quòd lex reſpiciat ordinem ad felicitatem cõmunem. Ita Sanct. Tho. 1. ſecundæ. q. 90. arti. 2. Vnde ſequitur, quòd vbi concurrit bonum publicum, & commune, illa lex non poſsit impedire quòd pro aliquo priuato cõmodo illud exequi non poſsit. Poterit igitur dominus Rex non obſtante dicta. l. propter bonum publicum remittere dãna & iniurias ſubditis illatas. ita Fortuni. Gar. in. l. conuentionum. ff. de pac. vbi ſic argumentatur, Pacis conuentio eſt publica tex. eſt in ead. l. conuentionum. Sed ex cauſa publica poſſunt res priuatorum capi. l. item ſi verberatum §. 1. de rei uen. l. Lucius. ff. de euictio. Ita etiam tenet Alexàn. in conſil. 136 num. 13. vol. 1. & Màth. de Affic in conſ. Neapol. q. 17. num. 7. &. 9 vbi dicit, dominum Regem

O xe

ex cauſa publicæ vtilitatis poſſe preiudicare juribus priuatarū perſonarū Quā ſententiā approbat Sāct. Tho. 1. ſecudæ. q. 105. arti. 1. inſi. ibi dūdicit, Poteſt tamē cōtingere, quòd bonus Rex abſq; tyrānide filios tollat, & cōſtituat tribunos & cēturiones: & multa accipiat à ſubditis ſuis propter cōmune bonū procurādū. Idem ſentit Nicolaus de Lira ſup. 8 Regū. dices de iure Regis eſſe, in neceſsitate propter bonū publicum regni recipere bona ſubditorū. Poteſt etiā domin⁹ Rex pro publica vtilitate vnis ſubditis res auferre, & illas alteris dare. vt latè Calici. in extrauaga. in prerogati. 210. Ergo multo fortius poterit crimina & iniurias particularibus illatas remittere: & ſup eiſdē guidare. *Et* ita vidi fuiſſe cōcluſū in Regio cōcilio die. 12. Maij. 1584. in facto fiſci procuratoris Regiæ curiæ & partis inſtantis cōtra Bartholomeū Borras villæ de ſanct Boy, qui fuit relaxatus pro obſeruātia cuiuſdā remiſsionis pro bono publico ſibi inuim regiorū præconiorū factæ, partis inſtantia non obſtante, Atq; etiā in eodē Regio cōcilio fuit idē concluſū die. 10. Decēbris. 1584. infacto eiuſdē fiſci procuratoris & partis inſtantis contra Petrū Mur, delatū & inculpatū d'nece perpetrata inperſonā Petri Guich, qui pro obſeruātia cuiuſdā remiſsionis propter bonū publicū ſibi factæ fuit relaxatus, nō obſtante partis inſtātia. Et non ſolū poterit prędicta facere propter bonū publicū, ſed etiā poterit libere ſtatuere etiā cōtra legis diſpoſitionē l. 1. & l. ambitioſa. C. de decretis ab ordi. faciē. vide Bar. in. l. omnes populi. q. 1. ff. de iuſti. & iu. Et ſic videmus, ꝙ dominus Rex multoties iubet ſub ſua fide vocari d'linquētes qui in dictā. l. municipalē deliquerūt ad pacē & treugā firmādā ꝑpter bonū publicū, & tamē huc vſq; non dabitur exēplū, ꝙ durāte tēpore dictę fidei ſeu guidatici quis fuerit captus, & procriminibus in dicta. l. cōprehēſis punit⁹. Quod quidē exemplū, de conuētione pacis publicū bonū reſpicientis propoſitū arctat ad credendū, dominū Regē etiā in Cathaonia propter bonū publicū poſſe liberè ſtatuere. Alioqui, ſi lex illa municipalis hunc caſū cōprehenderet, vt ſcilicet guidaticū pro pace firmāda non teneret in criminibus dictæ. l nemo adpacē firmandam veniret: & eſſet potius totā rei publicæ pacē deſtruere, quā hominum ſaluti
13. & quieti prouidere. Nā pax nihil aliud eſt quam multitudinis vnitas, inqua bonū & ſalus populi conſiſtit, omni quippè regno deſiderabilis, inqua populi proficiunt & vtilitas gentiū cuſtoditur. Ipſa bonarū artium eſt decora mater, mortaliū genus multiplicat: facultates protendit; mores deniq; extollit, & cōgruit legis latori, bono acgraui præſidi, paci ſemper dahere-re: vt quietē poſſit ſuam habere prouinciā. hæc Oldra. in conſil. 94. Præterea Imperator in titu. de pace tenen. in vſib. feu. in laudē pacis hæc verba ſcribit, pācē deſideratam, & toti terræ neceſſariā per vniuerſas regni partes habendam regia inducimus authoritate. Et ſic patet, fidem datam inquibus cunque criminibus ob pacem firmandam tanquam bonum publicum, & toti terræ neceſſariam, eſſe. l. aliqua non obſtante ſeruandam: & proinde l. illam in caſu boni publici eſſe limitādā.
14 Tertio d'nique ab illa. l. excipiēdum eſt, quando alicui delicta remittuntur, vel de illis conçeditur guidaticum pro directione iuſticiæ: vt puta, Pono quod in Republica tranſeuntes per vicos minus frequētatos expoliantur, & de pradantur, & etiā interficiuntur, & dominus Rex iubet fieri pro clama, quòd reuelans conſocios erit immunis, venit vnus, & reuelat, dubitatur, an dominus Rex cū illa delicta ſint de comprehenſis in dicta. l. teneatur ſeruare impunitatē promiſſam? & dicit Iaſ. in. l. conuentionum. ff. de pac. fidem in hoc caſu eſſe ſeruandā. Qui dicit Venetijs ita in ſimili caſu fuiſſe concluſum: nam aliàs, nemo veniret ad propalanda maleficia: & eſſet contra publicam vtilitatem, cui expedit, ne crimina remaneant impunita. l. congruit. ff. de officio præſi. Et ipſe vidi plures hac de cauſa



ſa in Regio concilio fuiſſe abſolutos. Quòd ſi fides in hoc caſu non ſeruaretur, eſſet potius decipere, & mera proditio. quam fidem dare. vt inquit Ant. de Butr. in. l. obſeruādū. ff. de offi. præſi. Quod quidē principē nō decet. quia in eo maior eſſet proditio. l. 1. C. de his qui veni. ęta. impetra. poſſemus in tali caſu ſi dei nō ſeruatæ exclamare cū Auguſti. in ſolilequio. Heu fides iā perijt, fides ablata eſt, fides nūquam tuta: quia nulla eſt.

## Cap. 40. an graſſator qui ſemel in ſtrata publica, vel in ſylua furatus fuit, & au fugit ad eccleſiā, àqua violēter extrahitur, gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

1. *Ab Eccleſia nō eſt quis violēter extrahēdus.*
2. *Latro publicus non gaudet immunitate eccleſiaſtica: licet ab ea violenter extrahatur & vide num. 6. infi.*
3. *Graſſator quis iniure verè & propriè cenſendus ſit. Et graſſari quid ſit.*
4. *Latrones publici propriè dicuntur qui pluries in ſtratis publicis, vel in ſyluis, vel in domibus, vel in mari, per vim cum armis, vel ſine. graſſantur: cum tamen hominis interemptione.*
5. *Latro publicus dicitur exeo, quòd palam & publicè furatur.*
6. *Latro qui pluries graſſatur dicitur publicus qui ideo eſt furca ſuſpendendus.*
7. *Latro qui ſemel in ſtrata publica vel alibi graſſatus fuit, nō dicitur publicus latro: nec ideo de iure cōmuni vltimo eſt tradendus ſupplicio: ſed in metallum damnatur, vel in inſulas relegatur.*
8. *Graſſator qui ſemel furatus eſt, cum iure latro publicus non dicatur, non comprehendetur ſub diſpoſitione tex. cap. inter alia. de immuni. eccleſi. inquātū de publicis latronibus loquitur.*
9. *Graſſator qui ſemel delictum cōmiſſit, ſi violenter ab eccleſia extrahatur, debet tanquam gaudens immunitate ad eandem eccleſiam vnde fuit extractus reſtitui.*
10 *Declaratio Regij Cancellarij, cum interuentu Doctorum Regij concilij.*

ROMANVS Pōtifex in cap. inter alia. de immunita. eccleſiar. facta diſtinctione inter ſeruum, & hominem liberū, nobis quo ad liberum re-
1. gulam ſic proponit. Quòd quantuncunque homo liber grauia delicta commiſſerit, non eſt violenter ab eccleſia extrahendus: nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam & concordat tex. in c. id conſtituimus. 17. q. 4. àqua regula dictus tex. in cap. inter alia duos excipit caſus, vt
2. Primo non procedat, quando extractus àb eccleſia eſſet publicus latro: vel ſecūdo niſi talis eſſet agrorū nocturnus de populator: hi enim horū exceptorū criminū ratione, eccleſiaſtica immunitate nō gaudent. Et de publico latrone cōfirmat tex. in. c. ſicut antiquitus. 17. q. 4. vbi tex. impoſitis confinibus eccleſiæ inquit, quod qui dicta cōfinia confringere tentauerit aut perſonam hominis vel bona eius inde ſubſtraxerit, (niſi publicus latro erit) quouſque emendet, & niſi quod rapuerit reddat, excōmunicetur. *E*xquibus clarè deducere poſſemus, ꝙ ſi & vbi graſſator in ſtrata publica vel in ſyluis graſſat⁹ fuit, ob id latro public⁹ iure cēſēdus eſſet, ipſum immunitate eccleſiaſtica gaudere non poſſe.

At hæc cōſequētia (quòd graſſator ideo quòd in itinere ſeu ſtrata publica furatus eſt publicus latro exiſtimetur) de iure in omni caſu non procedit. Quare vt rē hāc facilius perpendamus ab huius vocabuli graſſatoris ſignificatione ſeu interpretatione incohandum eſt.

Et graſſatorē eū verè & propriè appellamus, qui viarū in vrbe vicorūq; obceſſor
3. eſt, qui obuios iniuriæ opportunos ſpoliat, aut pulſans, aut intētata morte territās. Et ideo graſſari vt inquit Nonius eſt ſupra modū ſæuire. Feſt⁹ vero inquit graſſari dicūtur latrones vias obſidētes gradi

ex cauſa publicæ vtilitatis poſſe preiudica
re juribus priuatarũ perſonarũ. Quã ſen
tentiã approbat Sãct. Tho. 1. ſecũdæ. q.
105. arti. 1. inſi. ibi dũdicit, Poteſt tamẽ cõ-
tingere, quòd bonus Rex abſq; tyrãnide
filios tollat, & cõſtituat tribunos & cẽtu-
riones: & multa accipiat à ſubditis ſuis
propter cõmune bonũ procurãdũ. Idem
ſentit Nicolaus de Lira ſup. 8 Regũ. dicẽs
de iure Regis eſſe, in neceſsitate propter
bonũ publicum regni recipere bona ſub
ditorũ. Poteſt etiã domin' Rex pro publi-
ca vtilitate vnis ſubditis res auferre, & il
las alteris dare, vt latè Calici. in extrauaga.
in prerogati. 210. Ergo multo fortius po-
terit crimina & iniurias particularibus il-
latas remittere: & ſup eiſdẽ guidare. Et ita
vidi fuiſſe cõcluſũ in Regio cõcilio die.
12. Maij. 1584. in facto fiſci procuratoris
Regiæ curiæ & partis inſtantis cõtra Bar-
tholomeu Borras villæ de ſanct Boy, qui
fuit relaxatus pro obſeruãtia cuiuſdã re-
miſsionis pro bono publico ſibi inuim re
giorũ præconiorũ factæ, partis inſtantia
non obſtante, Atq; etiã in eodẽ Regio cõ
cilio fuit idẽ concluſũ die. 10. Decẽbris.
1584. in facto eiuſdẽ fiſci procuratoris &
partis inſtantis contra Petrũ Mut. delatũ
& inculpatũ d̃ nece perpetrata in perſonã
Petri Guich, qui pro obſeruãtia cuiuſdã
remiſsionis propter bonũ publicũ ſibi fac
tæ fuit relaxatus, nõ obſtante partis in-
ſtãtia. Et non ſolũ poterit prędicta facere
propter bonũ publicũ, ſed etiã poterit li-
bere ſtatuere etiã cõtra legis diſpoſitionẽ
l. 1. & l. ambitioſa. C. de decretis ab ordi.
faciẽ. vide Bar. in. l. omnes populi. q. 1. ff.
de iuſti. & iu. Et ſic videmus, ꝙ dominus
Rex multoties iubet ſub ſua fide vocari d̃
linquẽtes qui in dictã. l. municipalẽ deli-
querũt ad pacẽ & treugã firmãdã ꝑpter
bonũ publicũ, & tamẽ huc vſq; non dabi
tur exẽplũ, ꝙ durãte tẽpore dictę fidei ſeu
guidatici quis fuerit captus, & procrimi-
nibus in dicta. l. cõprehẽſis punit'. Quod
quidẽ exemplũ, de conuẽtione pacis pu-
blicũ bonũ reſpicientis propoſitũ arctat
ad credendũ, dominũ Regẽ etiã in Catha
o nia propter bonũ publicũ poſſe liberè
ſtatuere. Alioqui, ſi lex illa municipalis
hunc caſũ cõprehenderet, vt ſcilicet gui-
daticũ pro pace firmãda non teneret in
criminibus dictæ. l. nemo ad pacẽ firman
dam veniret: & eſſet potius totã rei publi
cæ pacẽ deſtruere, quã hominum ſaluti
13. & quieti prouidere. Nã pax nihil aliud eſt
quam multitudinis vnitas, in qua bonũ &
ſalus populi conſiſtit, omni quippè reg-
no deſiderabilis, in qua populi proficiunt
& vtilitas gentiũ cuſtoditur. Ipſa bonarũ
artium eſt decora mater, mortaliũ genus
multiplicat: facultates protendit; mores
deniq; extollit, & cõgruit legis latori, bo-
no acgraui præſidi, paci ſemper adhere-
re: vt quietẽ poſſit ſuam habere prouin-
ciã. hæc Oldra. in conſil. 94. Præterea Im
perator in titu. de pace tenen. in vſib. feu.
in laudẽ pacis hæc verba ſcribit, pãcẽ deſi
deratam, & toti terræ neceſſariã per vni-
uerſas regni partes habendam regia indu
cimus authoritate. Et ſic patet, fidem da-
tam in quibus cunque criminibus ob pa-
cem firmandam tanquam bonum publi
cum, & toti terræ neceſſariam, eſſe. l. ali-
qua non obſtante ſeruandam: & proinde
l. illam in caſu boni publici eſſe limitãdã.
14. Tertio d̃nique ab illa. l. excipiẽdum eſt,
quando alicui delicta remittuntur, vel de
illis conçeditur guidaticum pro directio
ne iuſticiæ: vt puta, Pono quòd in Repu
blica tranſeuntes per vicos minus frequẽ
tatos expoliantur, & depradantur, & etiã
interficiuntur, & dominus Rex iubet
fieri pro clama, quòd reuelans conſo-
cios erit immunis, venit vnus, & reuelat,
dubitatur, an dominus Rex cũ illa delic
ta ſint de comprehenſis in dicta. l. tenea-
tur ſeruare impunitatẽ promiſſam? & di
cit Iaſ. in. l. conuentionum. ff. de pac. fi-
dem in hoc caſu eſſe ſeruandã. Qui dicit
Venetijs ita in ſimili caſu fuiſſe conclu-
ſum: nam aliàs, nemo veniret ad propa
landa maleficia: & eſſet contra publicam
vtilitatem, cui expedit, ne crimina rema
neant impunita. l. congruit. ff. de offi-
cio præſi. Et ipſe vidi plures hac de cau-
ſa



ſa in Regio concilio fuiſſe abſolutos.
Quòd ſi fides in hoc caſu non ſeruare-
tur, eſſet potius decipere, & mera pro-
ditio. quàm fidem dare. vt inquit Ant.
de Butr. in. l. obſeruãdũ. ff. de offi. præſi.
Quod quidẽ principẽ nõ decet. quia in
eo maior eſſet proditio. l. 1. C. de his qui
veni. ęta. impetra. poſſemus in tali caſu fi
dei nõ ſeruatæ exclamare cũ Auguſti. in
ſoliloquio. Heu fides iã perijt, fides abla
ta eſt, fides nũquam tuta: quia nulla eſt.

## Cap. 40. an graſſator qui ſemel in ſtrata publica, vel in ſylua furatus fuit, & au fugit ad eccleſiã, à qua violẽter extrahitur, gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

1. *Ab Eccleſia nõ eſt quis violẽter extrahẽdus.*
2. *Latro publicus non gaudet immunitate eccleſiaſtica: licet ab ea violenter extrahatur & vide num. 6. inſi.*
3. *Graſſator quis in iure verè & propriè cenſendus ſit. Et graſſari quid ſit.*
4. *Latrones publici propriè dicuntur qui pluries in ſtratis publicis, vel in ſyluis. vel in domimibus, vel in mari, per vim cum armis, vel ſine. graſſantur: cum tamen hominis interemptione.*
5. *Latro publicus dicitur ex eo, quòd palam & publicè furatur.*
6. *Latro qui pluries graſſatur dicitur publicus qui ideo eſt furca ſuſpendendus.*
7. *Latro qui ſemel in ſtrata publica vel alibi graſſatus fuit, nõ dicitur publicus latro: nec ideo de iure cõmuni vltimo eſt tradendus ſupplicio: ſed in metallum damnatur, vel in inſulas relegatur.*
8. *Graſsator qui ſemel furatus eſt, cum iure latro publicus non dicatur, non comprehendetur ſub diſpoſitione tex. cap. inter alia. de immuni. eccleſi. in quãtũ de publicis latronibus loquitur.*
9. *Graſsator qui ſemel delictum cõmiſſit. ſi violenter ab eccleſia extrahatur, debet tanquam gaudens immunitate ad eandem eccleſiam vnde fuit extractus reſtitui.*
10. *Declaratio Regij Cancellarij, cum interuentu Doctorum Regij concilij.*

ROMANVS Põ-
tifex in cap. in-
ter alia. de immu
nita. eccleſiar. ſa
cta diſtinctione
inter ſeruum,
& hominem li-
berũ, nobis quo
ad liberum re-
1. gulam ſic proponit. Quòd quantuncun-
que homo liber grauia delicta commiſſe
rit, non eſt violenter ab eccleſia extrahen
dus: nec inde damnari debet ad mortem
vel ad pœnam & concordat tex. in c. id
conſtituimus. 17. q. 4. à qua regula dictus
tex. in cap. inter alia duos excipit caſus, vt
2. Primo non procedat, quando extractus
àb eccleſia eſſet publicus latro: vel ſecũdo
niſi talis eſſet agrorũ nocturnus depopu
lator: hi enim horũ exceptorũ criminũ
ratione, eccleſiaſtica immunitate nõ gau
dent. Et de publico latrone cõfirmat tex.
in. c. ſicut antiquitus. 17. q. 4. vbi tex. im-
poſitis confinibus eccleſiæ inquit, quod
qui dicta cõfinia confringere tentauerit
aut perſonam hominis vel bona eius ind̃
ſubſtraxerit, (niſi publicus latro erit) quo
uſque emendet, & niſi quod rapuerit red
dat, excõmunicetur. Ex quibus clarè de
ducere poſſemus, ꝙ ſi & vbi graſſator in
ſtrata publica vel in ſyluis graſſat' fuit, ob
id latro public' iure cẽſẽdus eſſet, ipſum
immunitate eccleſiaſtica gaudere non
poſſe.

At hæc cõſequẽtia (quòd graſſator ideo
quòd in itinere ſeu ſtrata publica furatus
eſt publicus latro exiſtimetur) de iure in
omni caſu non procedit. Quare vt rẽ hãc
facilius perpendamus ab huius vocabu-
li graſſatoris ſignificatione ſeu interpreta
tione incohandum eſt.

Et graſſatorẽ eũ verè & propriè appella
mus, qui viarũ in vrbe vicorũq; obceſſor
3. eſt, qui obuios iniuriæ opportunos ſpoli
at, aut pulſans, aut intẽtata morte terri-
tãs. Et ideo graſſari vt inquit Nonius eſt
ſupra modũ ſæuire. Feſt' vero inquit graſ
ſari dicũtur latrones vias obſidẽtes gradi

ſi quidem ambulare eſt, vnde tractũ graſ
ſari, videlicet ab impetu gradiendi. Sic
Accurſius in.l.capitalium.§. graſſatores.
in verbo, graſſatores. interpretatur & ex-
ponit, graſſatores, ideſt admalum niten-
tes: vnde graſſor, ideſt nitor admalũ. Sic
etiam dicimus peſtem graſſari, vt apud
Budęum legitur, graſſatur pæſtis, cum in
genti clade hominum inualeſcit. Caliſtra
tus vero indicta.l.capitalium.in eõ § gra
ſſatores ait, *graſſatores qui prædæ cauſa id fa-
ciunt, proximi latronibus habentur: & ſi cum
ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt capite pu
niuntur, vtique ſi ſæpius atque in itineribus hoc
ad miſerunt: ceteri in metallum damnantur, vel
ininſulas relegantur*. Ex cuius iuris conſulti
verbis, & maximè ex illis. vtique ſi ſæpius.
colligimus, differentiam inter eos qui nõ
ſæpius itinera frequentantur, & eos, qui
ſæpius dicta itinera ſeu vias obſident, vt
hi capite puniantur: illi vero aut inmeta-
llum damnantur, vel in inſulas relegan-
tur. Quaſi velit iuris conſultus explana-
re, quòd qui ſemel initinere publico graſ
ſatur, nõ ſitpro publico latrone habẽdus:
ſed ſic, qui ſæpius hoc crimen admiſerit.

Et ſi forcan hęc eſſet iuris conſulti intẽ
tio, ex his noſtrę quęſtionis dubium ſu-
borireтur: nam ſiquis ſemel graſſatur, iu-
re latro publicus exiſtimandus non eſt:
& ideo talis delinquens non comprehen
deretur ſub diſpoſitione tex. dicti cap. in
ter alia, de immunita. eccleſiar. qui tex.
publicos latrones ab eccleſiarum immu
nitate repellit. de quibus loquitur tex. in.
l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn. Qui
igitur verè & propriè in iure publici latro
nes exiſtimentur perquirendum eſt, vt
hinc perſpicuum ſit, an ille qui ſemel gra
ſſatus fuit inſtrata publica, vel in ſyluis,
alienis vè domibus, ſit inter eos connu-
merãdus vel nõ, & ſic an tex. in dicto cap.
inter alia. qui publicos latrones ab eccle-
ſiaſtica immunitate repellit, priuet quoq;
talẽ vt publicũ latronẽ dicta immunitate.

4\. Ad rem igitur deueniendo, quidam
exiſtimarunt, eos verè & propriè publi-
cos & famoſos latrones dici, qui pluries
in ſtratis publicis, vel in ſyluis, vel in do-
mibus, vel inmari, per vim cũ armis, vel
ſine, graſſatur: cũ tamen in terẽptione ho
minis. in hac ſentẽtia eſt Çępola in auth.
ſed nouo iure. num. 106. ita intelligẽs tex.
in.l.capitalium.§.famoſos. ff. de pœnis.
qui tex. ſic loquitur, *Famoſos latrones in his
locis vbi graſſati ſunt furca fingendos quã plu-
ribus placuit, ut & conſpectu deterreantur: alij
ab eiſdẽ facinoribus, & ſolatio ſint cognatis &
affinibus interẽptorum, eodẽ loco pœna reddita
quo latrones homicidia feciſſent. Non nulli etiã
hos ad beſtias dãnauerunt. Maiores noſtri in om
ni ſupplicio ſeuerius ſeruos quã liberos famo-
ſosq; integræ famæ homines punierũt*. Ex cuius
tex. verbis, & præcipuè ex verbis, interem
ptorum. & homicidia. apparet, quòd ad
hoc quòd quis publicus & famoſus latro
dicatur, non ſolũ ſufficit, quòd graſſator
cõſuctus ſit graſſari· verũ etiã, quod illud
fecerit cũ hominis interfectione. Et ſic
Çępola in loco citato dicit intelligẽdã eſ
ſe glo. in authe. ſed nouo iure. in verbo
caſtigabitur. C. de ſeruis fugitiuis. ideo
quòd dicta glo. ſe ipſa refert ad dictũ.§.
famoſos. & etiã glo. in. c. ſi quis fortitu
dinem. 23. q. 3.

Alij vero ſunt qui tenẽt publicũ latronẽ
eſſe ex eo ſolũ, ꝙ palã, & publicè fura-
5\. tur, vt ſunt pyratæ, vel qui publicè ſtãt in
ſtratis: vt homines trãſeũtes diſrobẽt. ita
Panor. in dicto cap. inter alia. nũ. 5. & Ol-
dra. in cõſil. 154. nũ. 2. & Bar. in dicta. l. ca
pitaliũ.§.famoſos. nũ. 1. & 2. ff. de pœnis.
& Bal. in auth. ſed nouo iure, nũ. 3. C. de
ſeru. fugiti· & Gregor. in ſyntagma. iur.
vniuer. lib. 37. cap. 9. nũ. 9· qui dicit, quòd
nõ dubitaret aſſerere publicũ eſſe iudiciũ
latronũ obſidẽtiũ vias, etiã ſi nõ iugulẽt
homines, ſed expoliẽt tãtũ, & prædẽtur:
quia & ij furca ſuſpẽdẽdi ſunt. Et ſecũdũ
horũ opinionẽ video practicari, maximè
in noſtro Regio cõcilio Cathaloniæ in
quo graſſatores ſtratarũ publicarũ etiã ꝙ
furentur ſine interfectione alicuius ha-
bẽtur pro publicis latronibus: & ſolẽt cõ
dẽnari ad vltimũ ſuppliciũ. Ego vero ſic
eſſe diſtinguẽdũ putarẽ, & maximè qtũ at
tinet



ad articulum immunitatis de quo in hac
agitur quæſtione. Quòd aut graſſatores
qui palam & publicè graſſantur pluries,
6\. aut ſemel, delictum commiſſerũt, Si plu
ries, quia ex hoc, capite puniuntur, vel
furca ſuſpẽdũtur, dicũtur publici & famo
ſi latrones. vt eſt tex. in. l. capitalium.§.
graſſatores. juncto.§. famoſos. ff. de pœ-
nis. & glo. ibi in dicto.§. famoſos. in ver
bo. graſſati ſunt· in ſecunda & vltima ex-
poſitione dum dicit, vel graſſati, ideſt, vbi
frequenter obſederint itinera publica. &
eſt alia glo. in auth. ſed nouo iure. in ver-
bo. caſtigabitur. C. de ſeruis fugit. quæ de
clarat, eum eſſe publicum latronem qui
furari conſueuit: & ſic eum furcis eſſe ſuſ
pendendum. Et iſti licet ab eccleſijs extra
hantur, non gaudent immunitate eccle-
ſiaſtica: de quibus loquitur tex. in cap. in
teralia. de immunita. eccleſiar. ibi. *quidũ
itinera frequentata vel publicas ſtratas obſidet*
loquendo per numerum pluralem, vt oſ
tendat, eum eſſe publicum latronem, qui
ſolitus eſt in publicis itineribus frequen-
7\. tare. Aut ſemel tantum hoc commiſſe-
runt, & tunc licet eos Regium concilium
ſoleat vltimo ſupplicio tradere propter
delicti frequentiam in prouincia, & ha-
beat ſe cum eis, tanquam cum publicis la
tronibus qui ſæpius furati fuerunt, tamẽ
ſecus eſt de iure communi quo tales vel
inmetallum damnantur: vel ininſulas re-
legantur. vt tenet expreſſè tex. in dicto.§.
graſſatores. ibi *graſſatores qui prædæ cauſa id
faciunt proximi latronibus habentur: & ſi cum
ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite
puniuntur, vtique ſi ſæpius atque in itineribus
hoc admiſerunt. Ceteri inmetallum damnantur
vel ininſulas relegantur*. tenet glo. in dicto.
§. famoſos. in verbo. graſſati ſunt. ibi dũ
dicit, *nam ſi ſemel, veniam meretur a furca*.
probatur etiam per tex. in. l. 3. in fi. C. de
epiſ. audien. ibi. *vt remiſsionem veniæ crimi
na niſi ſemel commiſſa non habeant*. & eſt alia
glo. in dicto §. famoſos. in verbo, furca.
in verſi. Aut palam. & in verſi. Vt poſſet di
ci. vbi dicit, quòd ſi ſemel tantum quis
ſit graſſatus tenetur lege Iulia de vi publi
ca, & non debet furca ſuſpendi. Et ſecun
dũ hoc ius commune terminanda & de
cidẽda eſt hæc noſtra quæſtio. Quinimo
cõſuetudo & practica Regij cõcilij (qua
qui ſemel latrocinium cõmiſſerunt quo
ad punitionem habentur pro publicis la
tronibus) non poteſt ex quo eſt laicorum
tollere priuilegia & libertatem eccleſiæ
iure communi canonico cõceſſam. cap.
eccleſia ſanctæ Mariæ. & ibi Doctores,
de conſtitutionib.

Ex quibus patet, eos graſſatores qui ſe
mel in itinere aut in ſylua ædeq; aliena
violenter aggrediuntur, non ideo iure
communi publicos latrones exiſtimari:
cum ad capitis pœnam eos tãtum teneri
ſenſiat, qui ſæpius in itineribus aggrediũ
tur, vt vi itinerantes ſpolient atque furen
tur. Nam ſi qui ſemel graſſantur publicos
latrones ſenciſſet, non quidem inmeta-
llum damnationi, ſeu in inſulas relegatio
ni, ſed potius vltimo ſupplicio eos in eo
tex. adiudicaſſet: cum alibi ipſe Caliſtra-
tus publicos ac famoſos latrones furca
fingendos ſtatuerit. vt in dicta. l. capitaliũ
8\. §. famoſos. ff. de pœnis. Ex quibꝰ rectè in
ferri licet, quòd cũ iſti qui itinera publi-
ca nõ frequẽtãtur, ſed hoc crimẽ tãtũ ſe
mel ad miſerũt nõ ſint vltimo ſupplicio
dãnandi, eos publicos latrones nõ cen-
ſeri, quãuis illis proximi videãntur: & ſic
nõ cõprehendi ſub diſpoſitione tex. cap.
interalia. de immunita. eccleſia. in quãtũ
de publicis latronibꝰ loquitur, quos ſolũ
atq; aggrorũ nocturnos de populatores
ab illa immunitate repellit. Quo fit, vt ſi
tales qui crimẽ hoc ſemel cõmiſerũt vio
lẽter ab eccleſia extra hantur, debeãt tan
quã gaudentes eccleſiaſtica immunitate
ad eandẽ eccleſiam reſtitui. ita expreſſè
tenẽt Oldra, in conſil. 154. num. 2. & Pe-
trus Bellu. in ſpeculo Principũ. in. §. ſed
quia. num. 13. vbi cõcludit, publicũ latro
nẽ quoad amittendã immunitatẽ eũ dici
qui inſtratis publicis aliquẽ per inſidias,
fuerit aggreſſus, vel eũ qui itinera frequẽ
tat derrobãdo, & nõ eũ qui impetu, vel
caſu fortuito hoc cõmittit: nã talis im mu


nitate

nitate gaudet ideo ꝙ publicus latro nõ
eſt appellãd⁹. Et ſecũdũ hãc opinionẽ fu-
it p Regiũ Cãcellariũ Mathiã de Sorribes
declaratũ die 3. Februarij. 1561. in fauorẽ
Baldirij Corones delatũ & inculpatũ co-
ram Regia curia de quodam latrocinio
per eum & alios violẽter commiſſo. Fuit
enim tunc per Doctores cum conſulen-
tes habitum pro conſtanti, quòd licet ſe-
melquis in ſtratis publicis committat vio
lenter furtum, non ideo eſt latro publi-
cus dicendus. Et Doctores fuerunt. Mi-
ralles, Serra, Rinſech, Lobregat. Ros, Io-
fre, Sunyer, Torroella, Quintana, & Mi-
chael Ferrer. Omnes ſummæ authorita-
tis & doctrinæ.

# Cap. 41. in quo quęritur, qua pæna puniendus ſit ille, qui frangit fines exilij; impoſiti.

1 *Exilij certi & determinati temporis minus*
*quam ſit tempus deſennij fines frangens,*
*punitur, quòd duplicatur ſibi tempus quod ſu-*
*pereſt & num. 9.*
2. *Tempus quo quis ſtat in carcere, non compu-*
*tatur, in tempore exilij*
3. *Exilium ad deſennium datum frangens, pu-*
*nitur pæna perpetui exilij & num. 11.*
4. *Frangens fines perpetui exilij, punitur pœna*
*mortis. Et quomodo intelligẽdum ſit, vide in ſe*
*quentibus numeris.*
5. *Frãgẽs fines perpetuæ relegationis, nõ punitur*
*pæna mortis naturalis ſed pæna de portationis.*
6. *Relagari ad inſulam & ad tempus, & in*
*perpetuum quis poteſt; de portari autem non niſi*
*inperpetuum.*
7. *Relegatus ſiue ad tempus, ſiue inperpetuum,*
*retinet ciuitatem, & teſtamenti factionem.*
8. *Deportati, ciuitatem, teſtamenti factionem,*
*& ea quæ ſunt juris ciuilis amittunt.*
9. *Bannitus vel relegatus ad certum tempus mi*
*nus deſennio, ſi frangit fines dicti exilij multi-*
*plicatur ei tempus quod ſuper eſt probatur hic.*
*Et cum concluſione Regij concilij*
01. *Exulatus ſeu bannitus a prouincia vel ciui-*
*tate inperpetuum ſi frangit fines dicti exilij, ex*
*tra ordinem judicis arbitrio punitur. Et cum cõ*
*cluſione Regij concilij.*
11. *Relegatus ad inſulã ad deſenniũ, ſi redeat,*
*inperpetuum eſt relegandus.*
12. *Relegatus in perpetuum ad inſulam, ſi fran-*
*git dictam relegationem, deportandus eſt. Et ita*
*in Regio concilio concluſum.*
13. *Deportatus frangens fines deportationis ſum*
*mo ſupplicio afficiendus eſt & ita fuit in Re-*
*gio concilio concluſum.*

CVM paſsim cõ
tingat, quòd iu
dices imponũt
pœnam exilij o
ptimum erit de
cidere, qua pœ
na plectẽdi ſint
frangẽtes fines
exilij impoſiti.
Ad quã quidẽ
quęſtionem perſoluendam, nos hac vti
diſtinctione oportet. Aut judex impo-
1 nit pœnam exilij ad certum & determi-
natum tempus minus deſennio, & tunc
condemnatus debet illud ſeruare, adeò
quòd ſi fecerit contrarium, & ingredia-
tur locum a quo fuit exulatus, duplicatur
ſibi tempus exilij quod ſupereſt, vt pro
batur in. l. aut damnum. §. quiſquis. ff. de
pœnis. vbi iuris conſultus his vtitur ver
bis. *Quiſquis autem inopus publicum damnatus*
*refugit, duplicato tempore damnari ſolet, ſed*
*duplicare eum id tempus oportet, quod ei ſuper*
*eſt cum fugit, ſcilicet, ne illud duplicetur, quo*
*apprehenſus incarcere fuerit.* Idem Bar. &
commu. ſcriben. in dicto. §. quiſquis. &
facit tex. in. §. temporales. inſti. de excep
tionib. vbi dicitur, quòd ille qui petit an
te tempus duplicantur induciæ, & inte-
llige quòd duplicantur induciæ quę ſu-
pererant. per tex. in dicto. §. quiſquis.
2 Ex quibus not. ibi Bar. tempus quo
quis ſtat incarcere, nõ computari intem
porę exilij: quia illud tempus computa-
tur à tempore quo exceſsit. vt. l. relegati.
ff. de pœnis. Ipſe vero non approbo hanc
3 illationem: quia eſt contra. l. omnes. C.
de pœnis. Aut iudex imponit pœnam
exilij



exilij ad deſennium, & tunc ſi damnatus
indecem annos fines exilij frangit, aut
perpetuari debet ei pœna; aut ipſe inopus
metalli tranſmitti, Vt expreſſe habetur.
in dicto. §. quiſquis. ibi. in verbis. *Et ſi in de*
*cem annos damnatus ſit.*
4. Aut denique iudex inperpetuum exu-
lat, & tunc frangens fines exilij, ingrediẽ
do locum a quo exulatus eſt, punitur pœ
na mortis. juxta opinionem Antonij Go
mez. de delic. cap 8. & Iulij Clarij. in prac
ti. crimi. q. 71. verſi. Quęro qua pęna. Quo
rum ſententia licet in ſe vera ſit, tamen
requirit maiorem declarationem, ne de
cipiat multos iudices ignaros qui forte
attenta illorum diſtinctione, condemna
bunt morte illos, qui in perpetuum ad
inſulas relegantur, vel illos qui a prouin-
cia vel ciuitate inperpetuum banniũtur:
5. ſi fines dictę relegationis aut bannimen-
ti frãgunt. Quod quidem fieri non licet,
cum inperpetuum relegatis, caſu quo fi-
nes dictæ relegationis frangant, alia mi-
tior pœna quàm ſit mortis naturalis à le
ge ſtatuta atque impoſita ſit: vt eſt pœna
deportationis, quę maior eſt pœna rele-
gationis. vt expreſſè probatur in. l. rele-
gati. ff. de pœnis. vbi Marcelus in hęc ver
ba inquit. *Relegati ſiue ininſulam deportati*
*debent locis interdictis abſtinere, & hoc iure vti*
*mur, vt relegatus interdictis locis non excedat;*
*alioquin in tempus quidem relegato, perpetuum*
*exilium relegationis, ininſulam relegato depor-*
*tationis, ininſulam deportato pœna capitis irro-*
*gatur.* Concordat tex. in. l. capitalium. §.
inexulibus. ff. cod. titu. vbi legitur, edic-
to Diui Adriani gradus pœnarum conſ-
titutos fuiſſe, vt qui ad tempus relegatus
eſt, ſi redeat, ininſulam relegetur hoc eſt
inperpetuum. vt ibi declarat glo. in ver-
bo relegetur. et probatur in dicta. l. rele-
gati. ſed qui ininſulam relegatus exceſſe-
rit, ininſulam deportetur, & qui de por
tatus cuaſerit capite puniatur. Quod etiã
videtur repetere Iuris conſultus in eadẽ.
l. capitalium. in. §. & in cuſtodijs. qui ſe-
quitur poſt. §. in exulibus. cuius verba
hęc ſunt, *Et in cuſtodijs gradum ſeruandum*
*eſſe idem Principes reſcripſerunt, ideſt, vt qui*
*intẽpus damnati erãt inperpetuũ dãnarẽtur, qui*
*inperpetuũ dãnati erant, inmetallũ dãnarẽtur,*
*qui inmetallũ dãnati id ad miſerũt, ſũmo ſup-*
*plicio afficerẽtur.* Ex quib⁹ clarã & expreſſã
annotare poſſumus differentiam inter re
legationem inperpetuum, & deportatio-
nem: cum vna ſit pœna alterius, hoc eſt
ipſa deportatio quæ irrogatur frangenti
9 bus perpetuam relegationem Aliam etiã
ſtatuit iuris conſultus inter relegatos &
deportatos differentiam in. l. relegatorũ
§. hæc eſt differentia. ff. de interdic. & re-
leg. hoc eſt, quòd ininſulam relegari &
ad tempus, & in perpetuum quis poteſt,
deportari autem non niſi inper petuum.
vide ibi glo. in verbo. quis poteſt. Ratio
autem quare maior ſit pœna deportatio
7 nis iniure patens & manifeſta eſt. Nam ſi-
ue quis ad tempus, ſiue inperpetuum re-
legetur, ſemper retinet ciuitatem: & teſta
menti factionem. vt in dicta. l. relegato-
rum. §. ſiue ad tempus. ff. de interdic. & re
8 legat. At deportati hęc omnia, & ea quę
ſunt iuris ciuilis amittunt. l. quidam. ff. de
pœnis. l. 1. & ibi glo. in verbo. nõ poſſunt
C. de hæredib. inſtituen. & eſt tex. in. l. 1.
§. penul. ff. de bonor. poſſeſsio. contra ta
bul. Vbi deportati pro mortuis habẽtur.
Dicamus igitur, verba Antonij. Go-
mez, & Iulij Clarij, ĩ locis ſupracitatis (in
quantum aſſerunt, eum qui inperpetuũ
exulatus eſt ingrediendo locum a quo
fuit exulatus teneri pœna mortis) intelli
genda eſſe de ipſa deportatione.
Et ſic, quando in. l. vel apud Doctores
reperietur ſcriptum, frangentes fines per
petui exilij pœna mortis eſſe plectendos
illud ſanè intelligendum eſt de deporta
tione, & non de bannimento inperpe-
tuum à prouincia vel ciuitate, neq; de re
legatione ad inſulam inperpetuum: quia
licet his caſibus exulati exceſſerint pœ-
na mortis non tenentur. vt ſupra oſten-
ſum eſt.
Quare vt res clarior ante oculos jaceat
9 ſic iterum nos diſtinguere oportet. Aut
quis exulatur à prouincia vel ciuitate vt
fre-

frequenter fieri ſolet, vel ad inſulam relegatur ad certum tempus minus deſennio, & tunc ſi tales ingrediuntur locum aquo exulati fuerunt, multiplicatur illis tempus exilij quod ſupereſt. dicta.l. aut damnum.§.quiſquis .ff.de pœnis, & ita vidi fuiſſe concluſum in Regio concilio die.19.Iulij.1584. in facto fiſci procuratoris Regiæ curiæ contra Eulaliam Nogues delatam & inculpatam, quòd cum fuiſſet a vicaria lata Barcinonæ bannita ad quinquennium dictum bannimentum non ſeruauerat, quę ideo fuit denuo ad dictũ bannimentum, ſeu exilium condemnata multiplicando ei tempus ad deſenniũ.

10. Aut quis non relegatur ad inſulas, ſed bãnitur ſeu exulatur a prouincia, vel ciuitate imperpetuum, & tunc cum contra non obſeruantes hoc bannimentum ſeu exilium certa & determinata pœna iniure impoſita non ſit, eos poſſe extra ordinem puniri non eſt ambigẽdum. Per tex. in.l.1.§.expilatores.ff.de effractorib.& expilatorib. prout etiam in Regio concilio fuit arbitratum & concluſum die.8. Auguſti. 1582. contra Benedictum Lobera qui cum fuiſſet inperpetuum bannitus à prouincia, & non obſeruaſſet dictum bannimentum, fuit arbitrio iudicum condẽnatus ad ſeruitiũ Regiarum triremium

11. ad quinquennium. Aut quis ad inſulas relegatur ad tempus deſennij, vel ad tempus nullo determinato tempore, quod eſt idem quòd ſi diceret ad tempus decem annorum; nam quando judex imponit pœnam exilij ad tempus, non determinato tempore, intelligitur exulatus ad temp⁹ decem annorum. vt eſt tex. ſingularis & vnicus in l.ſine præfinitione.ff. de pœnis. & tunc ſi redeat, inperpetuum eſt relegandus, vt in dicta.l. relegati. &.l. capitalium .§. in exulibus .ff. de pœnis.

12. Aut inperpetuum quis relegatur, & tunc ſi dictæ perpetuæ relegationis exulatus fines frangit, pœna eorum eſt deportatio. vt prob atur expreſſè in juribus ſupra proximè allegatis. & ita fuit obſeruatum atque concluſum in Regio concilio die. 7. Marcij. 1584. contra Bartholomeum Paſqual villæ de Cardedeu, qui cum fuiſſet ad inſulam Sardiniæ inperpetuum relegatus, & poſtea fines dictæ relegationis fregiſſet, fuit adarcem nominãdam per ſuam Mageſtatem de portatus. Dico autem ad arcem nominandam per ſuam Mageſtatem, occaſione tex.in .l.relegatorum in.§.in inſulam.ff. de interdic. & relega. quem tex. videas, & verba hæc intel

13. liges. Aut quis deportatur. vt in ſupra proximo exemplo & tunc, ſi qui deportantur fines deportationis frangunt, pœna mortis puniuntur. probatur in dicta.l. relegati.ff.de pœnis ibi in verbis. *in inſulam de portato pœna capitis irrogatur* & nota ibi glo. in verbo .capitis. quæ declarat ibi pœnam capitis intelligendam eſſe non de alia deportatione, ſed de capitis amputatione: vt pœna augeatur, quando minori non paretur. & probat hoc expreſſus tex.in.l.capitalium.in .§. in exulibus. in fi.& tex.in.l.aut damnum.§.inter.ff.de pœnis. & vidi ita fuiſſe concluſum in Regio concilio die. 24. Iulij.1584. in facto fiſci procuratoris Regiæ curiæ cõtra cundem Bartholomeum Paſqual ſupra nominatum delatum, & in culpatum, quòd cum de menſe Maij. annij.1582. ob aliqua delicta fuiſſet in Regio concilio condemnatus ad ſeruitium Regiarum triremium inperpetuum, & ex cauſa, quia erat in aliqua ſui corporis parte debilitatus Prorex eidem eandem pœnam ad perpetuã relegationem ad inſulam Sardiniæ commutaſſet, cumq; poſtea fines dictæ relegationis fregiſſet redeundo in pręſentem Principatum, & ob id fuiſſet ſententia Regia contra ſe lata die.9. Marcij eiuſdẽ anni deportatus ad arcem, fineſq; dictæ deportationis fregiſſet, fuit ideo condẽnatus, quòd furcis ſuſpenderetur: & ſic fuit ſummo ſupplicio affectus.

## Cap.42. an raptor cõtrahens matrimonium cum muliere rapta euitet pœnas a lege ciuili propter raptum impoſitas.

Matri



1. *MAtrimonium inter raptorem & mulierem raptam, de iure ciuili & iure Canonico antiquo conſiſtere non poteſt.*

2. *Matrimonium hodie inter raptam & raptorẽ contrahi poteſt, & ſic corrigitur ius antiquum. Quod intellige, dum modo mulier rapta ſeparata ſit a raptore: & libero conſtituta.*

3. *Stupri pœna quæ ſit de iure Ciuili, canonico, & Vſaticorum Cathaloniæ.*

4. *Matrimoniũ in materia ſtupri de iure canonico & patriæ Cathaloniæ euitat pœnas propter ſtuprum a lege ciuili impoſitas.*

5. *Matrimonium inter mulierem raptam & raptorem contractum, non euitat pœnas a lege ciuili propter raptum impoſitas*

6. *Stuprum dicitur, quando Virgo ſiue ea Volente, ſiue per Vim capitur, & carnaliter cognoſcitur & non rapitur.*

7. *Raptus dicitur, quando mulier per Vim capitur libidinis cauſa, & tranſducitur de loco ad locum.*

8. *Raptor mulieris de iure canonico punitur non obſtante matrimonio cum muliere rapta per eũ contracto Et etiam de iure ciuili pœna eiuſdem criminis raptus.*

9. *Matrimonium contractum inter raptum & raptorem de conſenſu parentum mulieris raptæ mitigat pœnam propter raptũ à lege impoſitã.*

FORÇAN quis, fruſtra nos hanc proponere quæſtionem iudicabit: cũ & Ciuili lege & Canonica cautum ſit, raptorem cũ muliere rapta matrimonium contrahere non poſſe. Si quidem extãt.l.vnica. C. de raptu virgi. & alia Iuſtiniani conſtitutio. in auth.de raptis mulieribus.colla.9. quæ vetant mulieri vel virgini raptæ, ne raptoris matrimonium eligant. Iure vero canonico extant iura in.c. placuit. & in.c.de puellis.36.q.2. quibus iuribus cauetur, quòd qui rapiunt fæminas, vel furantur, aut ſeducunt nullatenus, debent eas in vxores ducere: quãuis eis poſt modum conueniant, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum ſuorum acceperint. Si igitur matrimonium inter iſtas perſonas fieri vetatur, non eſt cur curemus, an matrimonium raptoris cum muliere rapta pœnas criminis rap-

2. tus a lege ſtatutas euitet. Attamen, quia contrarium vidẽtur decidere tex.in cap. penul.& fi. de raptorib. incendiar. & violatorib. eccleſiar. quibus habetur, raptam puellam legitimè poſſe contrahere cum raptore, fatendum ſanè eſt, iura ſupra in contrarium ad ducta nunc eſſe correcta. prout etiam atteſtatur glo.in dicto cap. fi. in verbo. cum raptore. & ſentit hanc eandem correctionẽ. Couarru. cap.3. ſecundæ partis.§.9.num.1&.2.

Et quamuis ſuper his lex ciuilis diſpoſuerit, non tamen ei legi ſtãdum eſt: cum ſuper matrimonio tanquam re ſpirituali, vel de impedienda contrahentium voluntate quicquam diſponere non poſsit. Facultas enim contrahentium matrimonium non eſt per poteſtatem ſecularem reſtringenda. ita Felin. in cap.1.de ſponſalib. neque ſtatutũ per quod differtur ad tempus valet. Abb.cõſil.2.num.4. Atque ideo, licet jure ciuili bona raptoris, que raptæ mulieri applicãtur, ſi ipſa rapta nubat raptori, ea omnino amittat, vt in dicta auth.de raptis mulierib. tamen ne liber conſenſus impediatur, illa pœna omnino ceſſat canonica ſanctione. glo.in.c.de puellis. in verbo. nullatenus.36.q.2. quam dicit ſingularem Ioan.Lupi. in cap. per veſtras.3.notab.§.20 num.8. vbi eam probat. & eam ſequuntur. Abb. Areti. Felin. & Deci.num.34.in cap. eccleſia .de conſti. Abb.in cap.1.de ſponſalib. Federi. de ſen.conſil.36. Archidia .in.c. cum ſecundũ leges. de hæreti. in.6. Alex.in.l. Seius Augerius.ff.ad leg.Fal. Deci. in.l. nuptias num.11.ff. de reg. iur. quorum ratio eſt, ne timore amiſsionis bonorum liber cõſenſus ad coniugium impediatur.

Hęc tamen quæ de contrahendo matrimonio inter raptorem & raptam dicimus, ſic perpendenda ſunt, niſi mulier, rapta in poteſtate ſit ipſius raptoris: quia

quan

quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poteſt conſiſtere matrimonium. Et ideo, intellige prædicta, quando rapta a raptore ſeparata eſt, & in loco tuto, & libero conſtituta: quia tunc ſi raptorem in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habere poteſt. ita ſtatuit Sacro Sanctum Tridentini Cōciliū in decreto de Reformatione Matrimonij cap.6.ceſsio.24. Quare cum ex prędictis conſtet, matrimonium inter raptam & raptorem conſiſtere poſſe poſtquam mulier rapta in libertate conſtituta, & a raptore ſeparata liberè ſuam explicauerit voluntatem conſenſumq; præſtiterit, offert ſe nunc quæſtionis noſtræ dubitatio, an Matrimonium ita & inter iſtas perſonas contractum purget raptoris vicium. cui, tetq; pœnas a lege propter raptum in poſitas.

3. Et raptorem debere euitare raptus pœnas patet, nam ſcimus, quòd de iure ciuili ſtupri pœna cum virgine ſine vi regulariter eſt in honeſtis publicatio partis dimidię eorum bonorum, in humilibus vero corporis coertio cum relegatione. vt in. §. item lex Iulia de adul. inſti. de publi. iudi. Quod quidem ā iure canonico correctum inuenimus per tex. in cap.1. &.2. de adulter. quibus iuribus cauetur, quod qui virginem corruperit, tenetur eam ducere in vxorem, & ſimiliter eam dotare ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ: ſi vero ipſa vel pater eius noluerint cum eo contrahere, tunc competenter dotabit eam. Quibus concordat tex. etiam quod ſtuprum vi committatur, in vſatico. Barcinonæ. incipien. ſi quis virginem. in quo hæc habentur verba. *Si quis virginem violenter corruperit, aut ducat eam in vxorem ſi illa & parentes eius voluerint, & dederint ei ſuam axoaar: aut donet illi maritum de ſuo va*

4. *lore*. Ex quibus infero, quod cum matrimonium in materia ſtupri de iure canonico & patriæ Cathalonię euitet pœnas a dicta lege ciuili impoſitas, idem quoq; eſſe dicendum, illorum argumento in materia raptus. Nam ſi poſt contractum matrimonium inter raptam & raptorem deberet raptor mori virtute. l. vnicæ. C. de rap. virgi. ſequeretur, quod ſtatim illud matrimoniū diſſolueretur: & ſic fruſtra fuiſſent prouiſiones iuris canonici contra ius ciuile in materia iſta matrimoniali. Si ergo ius canonicum corrigit ius ciuile in matrimonijs, ergo & in acceſſorijs quo ad pœnam: alias friuolum fuiſſet permittere matrimonium ſi ſtatim per mortem violētā diſſolueretur. Quo fit, vt per matrimonium videatur in conſequentiam in pœna diſpenſatum. Hanc ſententiam, & concluſionem ſequitur Ioannes Calderin. in dicto cap. fi. extra. de raptorib. Auguſtin. de Arimi. in additionib. ad Angel. de maleficijs. inſi. in parte cheme ai adulterato. 17. col. verſi. An autem per ſubſequens matrimoniū. qui dicit, ſe habuiſſe in quæſtione de facto, & ita obtinuiſſe, quod certè eſt ſumme notandum in practica, & ante eum tenet etiam Paul. de Caſ. in. l. raptores. C. de epiſcop. & cleri. in.2. colum. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & quòd per eius conſilium fuit quidam raptor à pœna mortis in ciuitate Mantuę liberatus. Pręterea pro hac opinione videtur facere tex. in cap. pen. de raptorib. vbi habetur, quód quando mulier de eius conſenſu abducitur inuitis parentibus cauſa contrahendi matrimonium cum ea, ſi matrimonium inter iſtas perſonas contrahitur, ille contrahens non poteſt dici raptor: licet parentes reclamarent a quibus dicitur rapuiſſe. Ergo patet, matrimonium cauſam eſſe quod raptus crimen extingatur.

5 Sed his non obſtantibus, exiſtimo contrariam ſententiam in puncto iuris veriorem eſſe. Licet enim matrimonium de iure canonico inter eos valeat per tex. in dic. cap. penul. & fin. de raptorib. cui iuri in his quæ ad matrimonium pertinent ſtandum eſt. vt dicit glo. in dicto ca. fi. in verbo. cum raptore. & Docto. in ca. 1. de noui oper. nuntiatio. non ideo illa iura excuſant raptorem à pœna ordinaria: cum non ſit aliud ius canonicū quod diſpoſuerit nec diſponere potuerit interris Regis ſeu domini temporalis circa pœnā ipſius delicti de iure ciuili impoſitam: vnde merito raptor non obſtante matrimonio tenebitur. Et ſic non obſtant tex. cum materia in cap. 1. & .2. de adulterijs, nam iura illa quo ad pœnam habent locum interris Papæ; non vero interris Imperij, vel alterius Regis ſeu domini temporalis: quia in eis ſeruabitur ius cōmune ciuile, vel proprium ſeu patriæ, vt in expreſſo tenet Antoni. Gomez. ſuper legibus Tauri in. l. 80. num. 7. quem ſequitur Iul. Clar. in. §. ſtuprum. verſi. Sed quæro. & ante eos idem retulit Paul, de Caſtr. in. l. raptores. num. 5. C. de epiſco. & cleri. dicens glo. & Doctores ibi intelligere illa iura in foro eccleſiaſtico vel interris in quibus Eccleſia habet temporalitatem. Idem firmat Abb. Sicul. in dicto cap. 2. de adulter. vbi dicit, quòd licet Papa moderetur pœnam poſitam in. l. 1. C. de rap. virgi. in dicto cap. 2. tamen illud procedit interris Eccleſiæ, & quòd in foro ciuili ſeruabitur. l. 1. C. de rap. virgi, ex quo nullum ex eius obſeruantia inſurgit peccatum.

Et dato quòd illorum iurium diſpoſitio ſeruetur etiam interris domini temporalis, tamē loquuntur & procedunt in ſtupro & delicto comiſſo ſine vi, in quo videtur decens pœna impoſita per illa iura canonica. Secus tamē eſt in delicto atrociſsimo raptus: in eo enim illa iura nō loquuntur, nec eſſet condigna pœna. Hāc ſententiam & opinionem in expreſſo videtur tenere Çæpola in conſil. 52. nu. 17.

Neq; etiam obſtat tex. in cap. penul. de raptorib. quia ibi tex. loquitur, quando mulier antequam ab duceretur, cum ea actum fuiſſet de matrimonio contrahendo. & in his, & poſtea in matrimonij cōſumatione ſuum præſtiterit conſenſum, idq; actum ſit antequā carnaliter cognoſceretur: quia cum raptus admitti dicatur vbi nihil ante de nuptijs agitur per dictū tex. merito dicendum eſt, quòd quando ante de nuptijs eſt actum, & illę cum conſenſu eiuſdem mulieris celebratæ fuerint antequā ipſa carnaliter cognoſceretur, virum non debere dici raptorem. vt ibi in eō. tex. & proinde in hoc caſu nos nō eſſe in crimine raptus. At ſecus eſt, quando mulier libidinis cauſa tantum ab duceretur, & ſinè aliquo pręcedenti tractatu matrimonij: nam licet poſtea matrimonium contrahant, debet puniri raptor pœna criminis raptus. ita tenet Math. de Aflic. in conſtitu. Neapo. lib. 1. rubri. 19. num. 13. inſi. & Abb. Sicul. in dicto cap. penul. de raptorib. vt ipſe quoq; infra dicā.

Deniq; non obſtat tex. in vſatico Barcinonæ allegato, ſi quis virginem: quia loquitur in ſtupro violenter cum virgine commiſſo ſine qualitate criminis raptus, hoc eſt, quando virgo non fuiſſet ab ducta de loco ad locum: quia ſi ab duceretur de loco ad locum, ratione illius qualitatis, crimen dicitur crimen raptus. Aliud enim eſt ſtuprum, & aliud crimen rap-

6. tus. Nam ſtuprum eſt quando virgo ſiue ea volente ſiue per vim capitur, & carnaliter cognoſcitur: & non rapitur: vt colligi poteſt inſti. de publi. iudi. §. item lex. Iulia de adulterijs. & in. §. Item lex Iulia de vi. verſi. Sin autem per vim. ita ſingulariter dicit Alberi. de Roſa. in. 3. parte ſtatutorum in. q. 30. incipienti. Item pone quęſtionem quam narrat Gandin. tenet idē expreſſè Paul. de Caſ. in. l. raptores. num. 4. C. de epiſcop. & cleri. Et in hoc caſu loquitur dictus Vſaticus. Raptus vero eſt,

7. quando mulier per vim capitur libidinis cauſa, & tranſducitur de loco ad locum ad effectum abducendi eam. vt habetur in. l. vnica. C. de rap. virg. & in. l. qui cætu. §. vacantem. ff. ad leg. Iul de vi publi. Et dico ad effectū abducendi ad differentiam eorum qui puellam ex vna camera ad aliā conducunt & eam ſuper lecto proijciunt cauſa commodioris coitus: illi enim nō ſunt tanquam raptores puniendi. vt de his latè atteſtatur Iul. Clar. in. §. raptus. in prin. vbi multos allegat concordantes.

Quam obrem cum prędicta non obſ-

8. tēt, videtur concluſum circa punitionem raptus, ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris cōmunis

munis: hoc eſt, quód puniatur raptor nõ obſtante matrimonio poſtea cum muliere rapta contracto. Quod et iure canonico ꝓcedit, vt in decreto de Reformatio: matri. cap. 6: in concil. Tridti. ceſſio .24. vbi ſancta Synodus decernit, inter raptorem & raptam quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe cõſiſtere matrimonium. Quòd ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe ac omnes illi conſiliũ, auxilium, et fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumq; dignitatum incapaces: & ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidãt Ex quibus patet, iure canonico raptorem non obſtante matrimonio (& ſi illud firmũ ſit) pœnis iam dictis puniri. Neq; prohibetur, quin & ſecularis iudex legibus ciuilibus pœnam indictam non proferat: cum vt dictum eſt, matrimonium approbatum ab eccleſia non impediat, quominus vltio ſumatur raptus: quia non punitur matrimonium, ſed modus quo quis matrimonium aucupatus eſt illicite. Et ſic refert Math. de Afflic. in cõſtitutionib. Neapol. parte 1. rubri. 19. nu. 15. ſe audiuiſſe Regem Hiſpanorum poſt contractum matrimonium inter raptorem et raptam feciſſe q̃ capitari ipſum raptorem. & poſt eum refert idem Iul. Clar. in. §. raptus. verſi. Quero modo. Et ipſe exiſtimo hãc opinionem in puncto iuris veriorem eſſe, eamq; in caſibus occurrentibus debere practicari: hoc eſt raptorem non obſtante matrimonio pœna à lege ciuili contra raptores impoſita poſſe puniri. Quod etiam infertur, ex quadã declaratione facta per admodum Reuerendũ Hieronimũ Managat Regium Cancellariũ huius Principatus die 27. Iulij. 1584. inter curiam Eccleſiaſticam ex vna, & curiam ſecularem Regij Concilij criminalis partibus ex altera, ratione firmæ iuris indicta curia Eccleſiaſtica factę per Bartholomeum Arenes agriçolam parrochię Sancti Andreæ de Pàlomario in regijs carçeribus detentum ratione quorundam procedimentorũ contra eum in dicta curia ſeculari factorum inſtante Michaelle Mõſerrato Grau ob prætenſum crimen raptus, & ſtupri. per dictum Arenes vt aſſerebatur commiſſi in perſonam Alduncię Grau filię eiuſdem Monſerrati Grau: quia fuit per dictum Regium Cancellarium declaratũ cognitionem conceſsionis vel denegationis licentiæ ſeu diſpenſationis poſtulatæ per dictos Bartholomeum Arenes & Alduncíam Grau ad contrahendum inter ſe matrimonium in forma Eccleſię factis, vel non factis monitionibus, iuxta decreta ſacri Concilij Tridentini et ſuo caſu executionem & effectum dicti Matrimonij ad dictam curiam Eccleſiaſticam pertinere & ſpectare pertinuiſſe & ſpectaſſe. Prouiſo tamen, quód propterea curia ſecularis in cognitione dicti ſtupri & raptus per dictum Bartholomeũ Arenes vt prętendebatur commiſsi nõ impediatur. Ex qua declaratione claré & aperté in fertur, quód licet matrimonium inter raptorẽ & raptam conttahatur, ad huc crimẽ raptus remanere debet ſub iudicio iudicis ſecularis. In quo quidem iudicio exiſtimarẽ pœnam raptus à lege ciuili impoſitã eſſe temperandã, quando matrimonium cõtraheretur non ſolum de voluntate mulieris raptę, verum etiam & parentum ipſius, juxta doctrinam Pauli Caſtren. in. l. raptores. num. 5. C. de epiſ. & cleri. immo & matrimonium poſtea ſecutum cum conſenſu parentum tollit pœnã vide Çœpol. in conſil. 57. per totum. maximè in fi.

# Cap. 43. ân et quando raptores mulierum puniantur pœna mortis naturalis.

1. R*Aptores mulierum regulariter puniuntur pœna mortis naturalis.*
2. *Raptor mulieris non punitur pœna mortis naturalis, quando non habuit copulam carnalem cum muliere rapta, ideò quòd penitentia ductus illam habere noluit, ſecus vero ſi illam non habuit ideo, quòd non potuit.*
3. *Raptor virginis a principio volentis, & ex poſt facto, punitur pœna mortis naturalis ſi ipſa abducatur à domo parentum.*
4. *Violentia in crimine raptus virginis dicitur fieri parentibus, quando quis animum ipſius pertrahit ad ſuum votum, donis, & ſolicitationibus.*
5. *Perſuaſoria verba in crimine raptus virginis quare vim inferant.*
6. *Raptus committitur in mulierem volentem, inuitis parentibus ductam.*
7. *Raptus pœna punitur rapiens virginem a principio nolentem, & ex poſt facto volentem.*
8. *Rapiens virginem ſemper volentem, ſi nõ abducitur à domo parentum, non punitur pœna raptus*
9. *Rapiens virginem Deo dedicatam, etiam quòd ſemper fuerit volens, punitur pœna raptus. Et at tentatũ in eam habetur pro delicto conſumato.*
10. *Rapiẽs mulierẽ maritatã punitur pœna raptus*
11. *Rapientes puellam non viri potentem puniuntur pœna raptus.*
12. *Præſtantes auxilium rapienti mulierem & fauorem in illo actu, pœna criminis raptus puniuntur: Quod intellige eſſe verum, quando eſt eadem conditio perſonarum.*
13. *Raptores mulierum puniuntur per quemcũque iudicem capiantur.*
14. *Rapiens meretricem, & eam quæ facit gratiã ſui corporis, licet per vim eam carnaliter cognoſcat, non punitur aliqua pœna.*
15. *Rapiens meretricem punitur pœna raptus, ſi meretrix non conſenſit raptui habendo juſtam contradicendi cauſam; vel quia iam deſiuiſset meretricari.*
16. R*aptor contrahens matrimonium cum muliere rapta, an euitet pœnas à lege ciuili propter raptũ impoſitas. vide ibi remiſsiuè.*

Adde

RAptus fœminarũ quamuis per vim fiat; & obid lege de vi publica coerceatur vt in. l. 3. §. præterea. ff. ad leg. Iul. de vi publi. & in. l. 3. C. eõ. titu. & ĩ. l. mariti lenocini um. §. fi. ff. ad leg. Iul de adulter. tamen punitur etiam peculiari conſtitutione quæ habetur. l. vnica. C. de rap. virgi. Ex qua cõtra illum qui mulierem per vim rapuerit & ſtuprauerit iudicium datur his verbis.

1\. R*aptores virginum honeſtarum, vel ingenuarũ ſiuè iam deſponſatæ fuerint, ſiuè non, vel quarũlibet viduarum fœminarum licet libertinæ vel ſeruæ alienæ ſint peſsima crimina peccantes capitis ſupplicio plectendos decernimus: & maximè ſi Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ: quod non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur, maximè cum virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poſsit, & merito mortis damnantur ſupplicio: cum nec ab homicidij crimine huius modi raptores ſint vacui.* concordat tex. in. §. item lex Iulia de vi. in ſti. de publi. iudi. & tex. in. l. qui cætu. §. qui vacantem. ff. ad ad leg. Iul. de vi publi: & eſt tex. in. l. raptores. C. de epiſco. & cleri. quibus iuribus clare & apertè cauetur, raptores mulierũ pœna mortis naturalis puniendos eſse.

2\. Et quamuis quibuſdam videatur prædictam pœnam non habere locum, quãdo raptor qui rapuit libidinis cauſa non habuit acceſſum ad mulierem raptam, exiſtimantibus, duo copulatiuè requiri. raptus ſcilicet, & carnalis copula. per tex. in dicta. l. vnica. C. de raptu virginum ibi. *Maximè cum virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poteſt.* & ſunt in ea ſententia Ioan. de Anna. in cap. cum cauſa. de raptoribus. col. fi. & q. & Çœpola. in cõſil. 56. num. 9. tamen hanc ſententiam veram eſſe exiſtimarem, quando copula carnalis non fuiſſet ſecuta, ideo quòd raptor illam habere noluiſſet pœnitentia ductus: quia tunc ille raptor non eſſet puniendus pœna ordinaria delicti: ſed alia mitiori. ita in expreſſo tenet Hippolyt. de Marſil. in dicta. l. vnica. num. 154. C. de rap. virgi. & probatur argu. tex. & eorũ quæ ibi tradunt Bar. & Doc. in. l. qui falſam. ff. ad leg. Cornel. de fal. & arg. glo. & eorum quæ ibi traduntur in. l. ſi quis non dicam rapere. in glo. 1. C. de epiſco. & cleri. Secus vero eſſet, quãdo

P copula

copula nõ fuiſſet ſequuta ideo quòd rap
tor non potuit ex aliqua cauſa illam co-
pulam habere: vt puta, quia dum fugiebat
cum muliere rapta, vel eam tranſduceret
de loco ad locum fuit captus, & præuen-
tus aminiſtris iuſtitiæ, vel aliter impedi-
tus ne illam copulam haberet, tunc enim
talis raptor venit pœna ordinaria delicti
hoc eſt mortis naturalis puniendus. ita
procedunt & intelliguntur iura in. l. qui
cœtu. §. qui vacantem. ff. ad leg. Iul. de vi.
ibi. *Qui vacantem mulierem rapuerit vel nup-
tam vltimo ſupplicio punitur.* & in. l. 1. §. fi. ff.
de extra ordinar. crimi. in. c. de raptori-
bus. 36. q. 1. Ex ſolo enim raptu mulieris
in hoc caſu videtur conſumatum deli-
ctum, quam uis copula nõ ſequatur. poſt
quam non ſtetiſſet per eum quominus
dictam carnalem copulam committe-
ret. vide Bal. in. l. ſi quis nõ dicam rapere.
num. 9. C. de epiſco. & cleri. & atteſtatur
idem Anto. Gom. in. l. 80. Thauri. num.
40. Et ita vidi fuiſſe ſequutum in regio cõ
cilio in facto fiſci procuratoris & partis
inſtantis contra Monſerratum font ter-
mini Terratiæ delatum & in culpatum de
raptu Sperantiæ Torroella viduæ hone-
ſtæ, qui fuerat captus dum tranſduceret
illam de loco ad locum antequam habe-
ret acceſſum ad eam. vt ita ex eius proceſ-
ſu conſtabat: ac etiam per depoſitionem
eiuſdem Sperantiæ: quem proceſſum.
me vidiſſe fateor; & tamen ratione dic-
ti raptus fuit indicto Regio conciliopro
maiori parte votantium declaratus reus
mortis & ſic in alta furca laqueo per
collum ſuſpenſus. vt videri poteſt in con
cluſione ſuper his facta die 22. Iunij. 1568.
Quæ pœna quoq; vendicat ſibi locum li
3. cet virgo fuiſſet ſemper volens, hoc eſt
à principio, & ex poſt facto, dũ modo à do
mo parentum abducatur: quia ex Gela-
ſij decreto probatum extat, eum raptum
committere, qui puellam violenter à do-
mo patris abducit, vt corrupta in vxorẽ
habeatur, ſiue puellæ ſolum modo, ſiue
parentibus tantum, ſiue vtriſq; vis illata
[illegible] c. lex illa. §. raptus. 36. q. 1. nam
4. is morte inquit mulctatur. Violentia au-
tem dicitur fieri parentibus, dũ quis per
trahit animum mulieris ad ſuum votum
donis & ſolicitationibus: quibus ſi mulier
exceſſerit à domo patris, & poſtea per rap
torem tranſducatur de loco ad locum, di
citur quoq; raptum committere. l. 1. §.
perſuadere. ff. de ſeruo corrup. ibi. *perſua-
dere autem eſt plus quam compelli atq; cogi ſibi
parere.* Et non videtur dolo carere, qui mu
lierem etiam volentem retinet: dum mo
do illam perſuaſionibus & ſeductionibus
abduxerit à domo parentum, vt illam reti
nere poſſet. ita probatur in l. 3. §. ſiquis vo
lentem. ff. de libero homi. ex hiben. Et ſic
Solon magis puniuit eum qui verbis pel-
lexiſſet mulierem, quàm qui vi: teſte Plu-
5. tarcho. in. Solone, Cumq; excogitarem ra
tionem quare perſuaſoria verba quibus
fæmina de eius conſenſu excedit à domo
parentum vim dictis parentibus inferant,
hæc mihi in mentem venit, quòd mulie-
res naturaliter ſunt in conſtantes, & mo-
biles, vt dicit Alberi. in. l. filiam in orbita-
te. C. de in officio. teſtamen. & ſic ſunt fra
giles. §. 1. inſtitu. quib. alie. licet. &. l. aſsi-
duis. C. qui pòtior. in pigno. habean. De
quibus dicit Beatus Thom. in. 4. ſenten-
tiarum. quem etiam refert Antoni. Ar-
chiepis. Floren. in. 3. parte ſuæ ſummæ ti-
tu. 5. cap. 7. quòd virgo fortius inpugna-
tur tentatione carnis, quàm alij per modũ
curioſitatis quaſi appetens experiri quan
titatem & qualitatem delectationis vene-
reæ quam non eſt experta, cuius imagina
tioni diabolus repreſentat quid magnũ
& valde delectabile, quòd eſt valde turpe,
adeo, quòd quilibet de hoc magis erubeſ
cit, quam de alijs actibus. & ſemper eis cõ
ſilium eſt contra propria cõmoda. l. pen.
C. de ſponſalib. vide quæ circa hęc latè di
xi in repertio. itẽ ne ſuper laudemio. ver
ſi. 4. à num. 5. vſq; ad num. 12. Quo fit, vt cũ
iſtæ perſuaſiones & allicia menta habeã
tur loco violentiæ propter vim quam fa-
ciunt in virgine, & illę fiant inuitis parenti
bus, propterea eſt dicẽdũ, illis vim inferri.
7. Quare lex ciuilis quoq; voluit, et in vo
lentem



lentem inuitis parentibus ductã raptũ cõ
mitti. dicta. l. vnica. C. de rap. virg. ibi. *Et
huic pœnæ omnes ſubiaceant ſiue volentibus ſi-
ue nolentibus virginibus* & ibi. *Si enim ipſi rap
tores metu vel atrocitate pœnæ ab huiuſmodi fa
cinore ſe temperauerint, nulli mulieri ſiue volẽti
ſiue nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc
ipſum velle mulierum ab incidijs nequiſsimi ho
minis qui meditatur rapinam inducitur.* Quem
tex. doctores declarant in cap. cum cau-
ſã, de raptorib. & ibi Abbas. dicens, quòd
quantuncunq; puella conſentiat raptui,
ſi violentia infertur parentibus, raptus cõ
mittitur. allegat tex. in. c. de raptorib⁹ 36. q.
1. Et dicit, hoc procedere etiam quòd pa
rentes ignorauerint, vel non fuiſsẽt ſuper
ſtites: quia mulier non poteſt ſe commit
tere raptui, nec membra ſua exponere. l. li
ber homo. ff. ad legẽ. Aquil.
Eadem quoq; pœna iudicandus erit ra
7. piens virginem à principio nolẽtem, & ex
poſt facto volentẽ. ita in. l. raptores. in. fi.
C. de epiſco, & cleri. & in. l. vnica. C. đ rap.
virgi. & tenet expreſſè Guido Papa. in ſing.
569. Ratio eſt, quia in his ſpectatur initium
vt in. l. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.
8. Quod quidẽ ſecus iudicaretur, vbi virgo
eſſet ſemper volens nec abduceretur à do
mo parentũ: quia tunc rapta de eius volũ
tate, ſolum puniretur rapiens pœna ſtatu
ta in. §. item lex Iulia. verſi. Sed eadẽ. inſti.
de publi. iudi. vbi ſtupri flagitium ſine vi
commiſſum punitur in honeſtis & indig-
nitate conſtitutis publicatione dimidiæ
partis bonorũ: in humilibus vero corpo-
ris coertione cũ relegatione. ita hæc om-
nia diſtinxit Mat. đ Afflictis. in cõſtitutio.
Neapol. lib. 1. Rubri. 19. nũ. 2. referens Ioã.
de Cacialup. in eadem eſſe ſententia in. l.
ſiqua illuſtris. C. ad ſena. conſul. Orfician.
9. Et hoc verum, niſi eſſet virgo iam Deo đ
dicata: nam tunc raptor punietur pœna
capitali, vt in auth. de ſãctiſsi. epis. §. ſiquis
autem raptores. Immo in iſtis ſolum attẽ
tatum punitur, ac ſi reuera delictũ eſſet cõ
ſumatum. l. ſiquis non dicam rapere. C. đ
epiſco. & cler. Quod quidem exiſtimarẽ
eſſe ſpeciale in virginibus Deo dedicatis:
nam aliàs generalis cõſuetudo nõ puniri
affectum niſi ſequatur effectus ſaltim quo
ad imponendam pœnam ordinariã eſſet
in contrarium. de qua conſuetudine atte
ſtatur plenè Salycet. in. l. is qui cũ telo. C.
ad leg. Cornel. de ſicar. Hoc enim delictũ
in ſancti monialem commiſſum vt inquit
Bal. in dicta. l. vnica. num. 2. principaliter
lædit Deum, & homines, vnde dato, quod
ex quo libet delicto ex forma ſtatuti poſ-
ſit fieri cõcordia, tamen de raptu monialis
non poſſet: quia principaliter Deus eſt of
fenſus, & talem offenſam quoadmodũ
non poteſt remittere niſi Papa.
Hanc quoq; coertionẽ vltimi ſuppli-
10 cij militare contra rapientem mulierem
maritatam fatendum eſt. per. l. quamuis
in ſecundo. C. ad leg. Iul. de adulter. dum
dicit, ſacrilegos nuptiarum gladio puniẽ-
dos eſſe. & probatur per tex. in dicta. l. rap
tores. & in dicta. l. vnica. vbi Bal. num. 6. di
cit, tales raptores duplici crimine teneri
tam adulterij, quàm rapinæ: & quod plus
punitur delictum duplicatum, quã delic-
tum ſimplex.
11. Habet quoq; locum pœna prædicta cõ
tra rapientes puellã non viri potentem. vt
probatur in. l. raptores. C. de epiſco. & cle
ri. in verbo. tutoribus: quia nõ poſſet dari
tutor niſi impuberi. vt in. l. Seiæ egreſſe. ff.
de tutorib. & cura. datis. tenet ita Fulgoſ.
in dicta. l. raptores. num. 8. Ex quo Bal. cõ
fundit ſententiã Guliel. de Cug. quam po
ſuit in. l. ſiquis non dicã rapere. C. de epiſ.
& cleri. ubi dixit, ſe excuſaſſe quendã qui
voluerat corrũpere vnã quæ erat minor.
12. annis, ideo quòd non erat viri potens:
nã per dictã. l. raptores. in dicto verbo tu-
torib⁹. ita punitur rapiens nõ viri potentẽ
ſicut rapiens viri potentẽ. Ad idem eſt tex.
in dicta. l. vnica. C. de rap. virgi. ibi. *aut tu-
toribus vel curatorib⁹. &c.* vbi diſponitur, ꝙ
raptor mulieris repert⁹ in fragãti crimine
poſsit occidi à parentib⁹, vel cõſanguineis,
vel etiã à tutoribus, vel curatoribus talis
mulieris. Ergo aperte dat intelligere,
quòd diſpoſitio illius tex. & eius pœna
habet locum in eo qui rapit vel per vim
P 2 carna-

carnaliter cognouit virginem immatu-
ram minorem, & nondum viri potētem.
12. In cadē cauſa quoq; ſunt præſtantes ra
pienti auxilium & fauorem in ipſo actu,
qui etiam eadem pœna puniuntur. l. ra-
ptores. C. de epiſco. & cleri. & .l. vnica. C.
de rap. virgi. Quod intellige eſſe verum,
quando eſt eadem cōditio perſonarum.
Vnde ſi raptor eſt libera perſona, ipſe de
capitatur: ſeruus autē qui præſtitit ſibi fa-
uorem comburitur. vt in dicta .l. vnica.
Quo fit, vt qualitas inherēs principali nō
porrigatur ad ſucceſſorem: quia non eſt
qualitas criminis, ſed eſt qualitas perſona
lis. vt probatur in dicta. l. vnica.
13. Et quamuis regulariter verum ſit, male
factores ad iudices loci delicti cōmiſsi re
mittendos eſſe, vt in. l. 1. C. vbi decrimi.
agi opor. & in auth. vt nulli iudicū. in. §.
ſi vero quis comprehēſorum. tamē hoc
in crimine raptus nō procedit, inquo de
linquētes poſſunt puniri per quem cum
q; iudicem capiantur: etiam quòd non ſit
iudex ſuus, nec in ſuo territorio deliq̄rit,
ſed alibi: ſine aliqua fori præſcriptione.
vt in. l. raptores, & ibi Paul. de Caſt. num.
7. & ibidem Fulgos. num. 5. C. de epiſcop.
& clerici.
14. Ab hac tamen pœna excuſantur rapiē
tes publicam meretricē, & eam quæ facit
gratiam ſui corporis: quia ſiquis eam
rapiat, vel per vim carnaliter eam cogno
ſcat, non punitur aliqua pœna tex. eſt ſin
gularis in iure in. l. verum ff. de fur. cuius
tex. verba hęc ſunt. *Verum eſt ſi meretricem
alienā uē ancillā rapuerit quis vel celauerit fur
tum non eſſe, nec enim factū queritur, ſed cauſa
faciendi. Cauſa autem faciendi libido fuit, non
fatū furtum. Et ideo etiam eum qui fores mere
tricis effregerit libidinis cauſa, & fures nō abeo
inducti, ſed aliàs ingreſsi meretricis res eijecerūt
furti nō teneri.* Antamē. l. *Fauia, vel vi teneatur
qui ſuppreſsit ſcortum libidinis cauſa? & nō pu
to teneri, & ita etiā ex facto cum incidiſſet dixi.*
Et ad hoc illum tex. notat & cōmēdat ibi
Bar. Alber. Angel. & communes Doctor.
Probat hoc ipſum tex. in. l. quæ adulteriū
in verſi. fi. C. ad leg. Iul. de adulter. vbi ha
betur, quòd acceſſus carnalis cum famula
vili & turpi exiſtente in aliqua caupona
non eſt punibilis: quia Princeps propter
earū vilitatem nō vult eas legum laqueis
innodari. Idem etiam probatur per. l. vni.
C. đ rap. virgi. cum ſimilibus, vbi expreſſe
requiritur, quòd ad hoc vt raptus ſit puni
bilis, oportet quòd ſit cōmiſſus in mulie-
re virgine vel honeſta. ita Paul. de Caſ. in.
l. raptores. in prin. C. de epiſco. & cleri. Et
in expreſſo per iſta jura, iſtam ſententiam
& concluſionē tenet glo. 1. in dicta. l. vni.
& ibi. Azo. in ſūma. Cyn. Alberi. Bal. An-
gel. Salicet. & cōmuniter Doctores. & ibi.
Hippolyt. num. 19. glo. fi. in. §. item lex Iu
lia de adulterijs. inſti. de publi. iudi.
15. Sententiā tamen hanc te limitare opor
tet duobus modis. Primo, quādo mulier
in honeſta non conceſsiſſet raptui haben
do iuſtam contradicendi cauſam, vt puta
quia volebat redire ad honeſtam vitam,
vel quia cōtradicebat ratione affinitatis,
vel conſanguinitatis, quam habuiſſet cū
ipſo raptore: tunc enim rapiens tenere-
tur pœna. l. raptores. C. de epiſcop. & cle-
ri. ſecundū Paul. de Caſ. ibi, num. 2. & Ful
goſ. num. 8. Secundo, niſi iam mulier de
ſiuiſſet meretricari, & honeſtè viueret.
quia tunc idem eſſet quod in alia mulie-
re. vt in. l. imperialis. C. de nup. & etiā ſecū
dum prædictos Doctores. vbi ſupra.
16 An autē ſi poſtea raptor cōtrahit matri
moniū cum muliere rapta euitet pœnas
à. l. ciuili propter raptū impoſitas. vide
quæ ſupra late dixi in. cap. proximo. 42.

## Cap. 44. an ganeæ & popinę ſint à Republica expellendę & an puniendi & qua pęna ſint ciues, & oppidani, dictas ganeas & popinas frequentantes?

1. *Caupones qui dicantur.*
2. *Diuerſorium propriè quid ſit.*
3. *Diuerſores qui dicātur.*
4. *Caupona non ſolum dicitur mulier quæ vendit vinum, verum etiam ipſa taberna vinaria.*





5. *Ganea propriè dicitur meretricum taberna.*
6. *Popina dicitur locus vbi publicè obſonia caroq; cocta ac delicatè confecta venditatur, comediturq;.*
7. *Popino dicitur ille, qui in popinis verſatur et helluatur.*
8. *Hoſpitum duo ſunt genera voluntariorum, & viatorum. & qui iſti dicantur vide ibi.*
9. *Ganeæ & popinæ vetari & prohiberi debent, propter rationes hic adductas.*
10. *Platonis ſex leges circa cauponarias artes.*
11. *In Cauponis ſeu ganeis modus preſcriptus a Lacedæmonibus.*
12. *In Popinis nihil cocti vendi poterat præter legumina & olera iuxta Neronis Claudij Cæſaris inſtitutionem.*
13. *Clericis non licet ganeas & popinas intrare.*
14. *Dymas Loris epiſcopus Barcinonenſis inter ſuos ſubditos vigilantiſsimus.*
15. *Pœna contra clericos popinas frequentantes.*
16. *Pœna contra laicos ganeas & popinas frequentantes, & contra cauponas hoſpitantes præter viatores ciues, & oppidanos, ac illius loci incolas.*

IN republicis nūquā
deficiunt domus, in
quibus popinam &
ganeas exercētes ha-
bitatoribus Reipubli
cæ ſiuè vxoratis, ſiuè
ciuibus, & oppidanis
viciū parāt, miniſtrā-
do illis apparata, quibus, & gulæ, & luxu-
riæ, ludorū, aliorumq; malorū vitiū exer-
1. cetur. Dicuntur enim iſti qui tales do-
mos & occaſiones prębēt caupones: ideo
quòd caupona generale nomen eſt ad po
pinam, & ganeas, quæ quidem ſpecies
ſunt cauponationis: & ideo popinam &
ganeas exercentes, caupones quoq; di-
cuntur.
Et quamuis hæc vocabula, diuerſoriū,
caupona, ganea, & popina, uideantur Sy
nonima quaſi idem importantia, tamen
vnūquodque illorum ſuam propriam ha
bet ſignificationem: Vt quidem diuerſo-
2. rium propriè ſit hoſpitium, in quo viato-
res paſcendi vel quieſcendi cauſa acci-
piuntur & caupo mercedem accipit, vt
viatores in diuerſorio eſſe patiatur. l. nau
3. ta. ff. nautæ caupo. ſtabula. & ideo diuer-
ſores dicuntur, qui in hoſpitium diuer-
tunt hoſpitandi gratia. de quibus Cicero.
2. de inuentione. 129. ſic loquitur. *Caupo
cum quibuſdam diuerſoribus illum qui antea
exierat conſequitur.* Et alibi de ſenect. 76.
in quit, *Cōmorandi enim natura diuerſorium
nobis non habitandi dedit.* Idem. *Quieſcam
in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno di
4. uerſorio.* Caupona dicitur tam mulier quæ
vendit vinum, quam ipſa taberna vinaria
de qua Cicero in Piſo. 41. *Nō ne tibi nox erat
prodie? non ſolitudo pro frequentia? caupona pro
opido?* Et ideo tabernarij caupones dicun-
tur. l. 1. §. caupones. ff. nautæ caupo. ſtabu
5. lar. Ganea vero, vt latini in varijs referunt
locis propriè vocatur meretricum taber
na. vt Nonius inquit, ganeas eſſe loca vi-
nolentiæ ac libidini apta. de quarum nido
re Cicero in Piſonē loquutus eſt his ver
bis. *Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarū
nidore atq; fumo: vnde tu nos cum inprobiſsime
reſpondendo, tum turpiſsimè eructando eiecisti.*
6. Popina deniq; dicitur locus vbi publicè
obſonia caroq; cocta ac delicatè confec-
ta venditatur, comediturq; : vel priuatim
vbi guloſa familia extraordinariè ligu-
rire & helluari conſueuit. authore Valla
7. in Raudenſem. Ex qua venit popino, &
dicitur ille, qui in popinis verſatur &
helluatur.
Horum autem inſtitutio neceſsitatis
8. cauſa fuit: non tamen voluptatis. In qui
bus duo genera ſunt hoſpitum, volunta-
riorum qui habitandi cauſa ibi ſunt, &
viatorum quos repellere caupones ex
itinere venientes non poſſunt, ſed cogun
guntur ſuſcipere. l. 1. §. namque viatorem
ff. furtim aduer. nau. caupo. ſtabula. Sed
inter voluntarios hoſpites & illi ſunt,
qui loci illius incolæ ſunt, qui ve helluo-
nes apud cauponem cibi voluptuoſio-
ris gratia conueniunt, quibuſquæ vina
is ſub miniſtrat & luxuriæ fomenta. l.
quæ adulterium. C. ad leg. Iul. de adulter.

Et hoc modo non immerito caupona pro proſtibulo habita eſt.l.fi. C.ſi manci pi.ita vene.ne proſtitu.quę caupona tũc ganea proprie appellatur.

9. Et hęc, atq; popina ſunt, quę maximé à Rei publicę gubernatoribus vetari ac prohiberi debent, & a Republica expellenda perinde ac ægrotantium purgamenta. In quibus vt Valler.Maxi.atteſtatur lib.1.ca. 7. gulæ irritamenta ſubminiſtrãtur, quibus, & pecuniæ exhauriuntur, & ad libidinem ſternitur via.

Inter enim vitia quibus Res publica venit purgãda eſt ganearum popinarumq; frequentatio. Sectari enim ganeas pernitioſum vitium eſt, quo inficitur plebis ferè omnis multitudo, quo & facultatibus, dulci quodam veneno infecti et ſopiti, ſpoliantur & infinitæ lites, & furandi male ue agendi oriuntur ſemina.

Contingit quoque ſępè, quòd earum nidore, illi qui immoderate bona ſua cõſumunt, qui helluones vocantur, naribus attracti, & gutture ineſcati, domeſticam familiam obliuiſcuntur, & ſoli in momento cõſumunt, quod omnibus domeſticis famæ laborantibus in hebdomadam ſuffeciſſet: ibiq; interim iſti helluones terunt tempus, quod ad vitam conquirendã neceſſarium valde eſt. Atque inde ebrij exeuntes audaciores ad ſcelera prodeũt. Proinde Caius iure conſul.in l.ſiquis ſeruum meum. ff.de iniurijs.ait, iniuriam fieri patri, aut domino, ſi quis filium aut ſeruum in popinam duxerit, nẽpe, quòd ibi colluuies hominum, et aleatorum, & erronum confluat turba.

10. Quare cum intellexiſſet Plato, quòd caupones re quã neceſsitatis cauſa & nõ voluptatis exercere debent abutebantur, receptando lucri cauſa helluones, & otioſos, eiſdem edulia, luſoria inſtrumenta, luxuriæ preparamenta, & alia quæ voluptatis ſunt miniſtrando, ſex de hac materia leges in.11.de legib. conſcrip ſit. Quœ his verbis loquuntur

1. *Nemo optimatum ciuitatis caupo fiat.*

2. *Qui illiberali cauponationi cuipiam operam dedit, a quolibet poßit apud optimates ac cuſari, is q; cauſam in vinculis dicat: quòd ſi domum indigno ſtudio maculaſſe depræhendantur vinculis annuis ab hoc opere arceatur. Si iterum lapſus biennium vinciatur, ac de inceps quoties peccaſſe de prehendetur, duplo tempore ſemper detineatur.*

3. *Peregrini dum taxat & aduenæ cauponarias artes ſequantur, ijq; ſint optimi, aut quàm minime mali.*

4. *Impendio & emolumento examinato, quod mediocre cauponi lucrum ſit, videãt legũ cuſtodes, & tam impendium, quàm emolumentum conſcribant: obſeruentur autem alia ab ædilibus alia ab agri magiſtratibus, alia à rerum venaliũ magiſtratibus.*

5. Aliam de inceps legem ſtatuit Plato.8. de legib. *Neceſſe eſt* in quit, *peregrinos omnia a poſſidentibus emere, Nec cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cetera alimenta vlla fiat.*

6. *Nec ciuibus, nec ſeruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum tamen foro liceat opificibus, eorumq; ſeruis, vinum cibumq; commutare, ac vendere, carnesq; coctas ſimiliter: quæ res a pluribus cauponatio nuncupatur.*

Quibus legibus clarè patet, tam caupo
nas uoluptuoſioris gratia ſuſtentas, & ad
eas frequẽtantes ab ipſo Platone deteſtari
11. Cauerunt & Lacædemones, ne coqui eſ-
ſent alij, quã carnis dumtaxat: qui vero
pręter hanc artem nouiſſent, eijciebantur
ciuitate, perinde ac ęgrotantium purga-
12. menta. Nero Claudius Cæſar vt Sueto.in
Nero.cap.16.quoq; interdixit, ne quid in
popinis cocti pręter legumina aut olera
veniret: cum antea nullum non obſonij
genus proponeretur. Huc etiam pertinẽt
antiquę leges ſũptuarię quæ prodagui li-
tatẽ & luxuriẽ victus adimebãt, et modũ
præſcribebãt: veluti Orchia, Fania, & ſimi
les. De quibus vide Gellium, lib.2.cap.28.
Crinitum lib.4.cap.16.Macrobium lib.3.
Deniq; Iſocrates in areopagi.oratio.ſic
ſcribit, In caupona vel bibere vel edere
exãtiquis nullus audebat, vel domeſticus
familiaris: nam dabant operam ut graues
eſſe viderẽtur, non autem ſcurrę.

Si igitur



13. Si igitur in laicis perſonis hoc turpiſſimum eſt, quanto maiori ratione in clericis & ſacerdotibus idem vitium reprehentione dignum cenſebitur? oportet enim ſacerdotẽ eſſe ornatũ in exterioribus, habitu videlicet, & in ceſſu. Habitu, vt nec fulgidis nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus, nec affectatę ſordes nec exquiſitæ delitię laudes pariunt: quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelligendum eſt. vt in.c.1.diſtinc. 41. Abſtinere enim ſe ab inhoneſtis domibus, vitijs, & ebrietatibus, eſſe de vita & honeſtate clericorum docet Roman. Pon.in ca; à crapula.de vita & honeſta. cleri. vbi inquit, à crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant. Vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino. Nec ad bibendum quis piam incitetur; cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuũ. Vnde illum abuſum penitus decernit abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus ęquales ſe obligant potatores, & ille iudicio taliũ plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores ex haurit. Siquis autem ſuper his ſe culpabilem ex hibuerit, niſi à ſuperiore cõmonit⁹ ſatisfecerit ab officio vel beneficio ſuſpendatur. Et ideo nulli clericorum ſeu continentium licet tabernas intrare niſi neceſsitatis cauſa. vt atteſtatur expreſſus tex.in.c. nõ oportet clericos.diſtinc.44. &.c.nullus. de conſecratio. diſ. 5. In qua quidem re valde Epiſcopi vigilantes eſſe debent, hoc eſt, ne in ſuis dioceſibus patiãtur clericos eſſe helluones: neuè cauponariam artem exercere.

14. Quorum omniũ exemplar rectiſsimum eſt Ioanes Dymas Loris nunc Epiſcopus Barcinonenſis: Qui non ſolum horum vigillantiſsimam curam habet, verũ etiam clericos ſibi ſubditos doctrina prędito, ac bonis moribus eruditos habere vigilat. Etenim quòd clerici ſe veſtibus fulgidis & ſordidis ornent non ſinit, malos & in corrigibiles comprimit, bonos ſub leuat, & quod tacendum non eſt videmus cum hac tempeſtate vltra lectionem ſacrę paginę quę in dies hora matutina in templo maximo legi & interpretari ſolet, aliã veſperè inſtituiſſe lectionẽ qua parochij, confeſſarij, & ſacerdotes omnes ſibi ſubditi de pænitencia, alijſq; ſacramentis, ac demum de ſacra ſcriptura doceantur: vt poſtea ipſi alios docere poſſint. Ad quam quidem lectionem audiendam ipſe vt bon⁹ & humilis paſtor quotidie accedit, & eius exemplo, ferè omnes eccleſiaſticę perſonę ad eundem locum ſe cõferũt, Hic Ioanes Dymas Loris propter ſuam eruditionem eximiamq; virtutẽ fuit antea à Philippo noſtro Hyſpaniarũ Rege potentiſsimo & inuictiſsimo in ſuũ conſiliariũ in ſacro ſupremo Regio Aragonię concilio electus, in quo pro ſua Mageſtate permultos annos Regentis cancellariam officium in Flandria, Anglia, atq; Hiſpania rexit. & deniq; poſtea eundem pro ſuo Regio Cancellario (vt contentiones iuriſdictionũ inter curiã eccleſiaſticã & ſecularẽ in hoc Principatu decideret) de putauit, Vir ſanè ſũmè laudãdus atq; colẽdus, à cujus caritate, & ſanctitate quæ maxima eſt, pro Dei miſericordia ſecundum ſperamus Dymam.

15. Pœna autem contra iſtos helluones atq; ganeas & popinas frequẽtantes hęc eſt, vt ſi clerici ſint & a ſuperiore commoniti non abſtineant ab officio vel beneficio ſuſpendãtur. vt ſupra jam dictum eſt, per tex.in.cap.à crapula. de vita & honeſ. cleri. Si vero laici, tunc, non ſolum dictas ganeas & popinas præbentes & ſuſtentantes, verum etiam ad eas frequentantes puniuntur pœnis impoſitis per præſides prouinciarum, qui tam ratione naturali inuitati, propter Rei publicæ politiam, quàm etiam ob Dei præceptum, qui monuit ne grauentur corpora crapula & ebrietate, vt Lucæ.12. ſolẽt ſemper in ſuis prouincijs prohibere & vetare huius modi vitia, prout ita ſeruari legimus in Gallia, vbi ganeæ & diuerſoria viatorum cauſa inſtituta in gallicis ciuitatibus & oppidis, ſingulis annis, repetitis conſtitutionibus, vxoratis, & ciuibus, & oppidanis, voce preco-

ni

nis ꝓhibẽtur. Pariter etiã in hac Cathaloniæ prouincia dicti præſides cum cõcluſione in Regio concilio facta, edicto pręcipiunt, ac ſemper pręcipere ſolent, ne in cauponis aliqui præter viatores & illos qui in loco propria carent habitatione hoſpitentur, pœnam contra caupones qui ciues & oppidanos voluptatis cauſa venientes ſuſcipiunt ſtatuentes, vt in cuſtellum in eorum opprobrium ponantur & poſtea exilio mulctẽtur, ac demum, ꝙ ante pagmenti cauponæ biſores tollãtur & demoliantur; & etiam quòd ad dictas cauponas voluptatis cauſa accedentes, propriam obliuiſcendo familiam fuſtigẽtur. Quodquidem edictũ hodie reperitur inter edicta Comitis d Mirãda nunc locũ tenẽtis generalis in prouincia, in cap. 89.

## Cap. 45. an caupones teneantur pro rebus in cauponis hoſpitibus ſeu viatoribus furto ablatis.

1. *CAupo actione infactũ tenetur, ſi res in caupona recepta nõ reſtituatur: vel furto ſit ablata.*
2. *Caupo non tenetur viatorũ factum præſtare.*
3. *Caupo ſi res ſibi ſpecialiter ſit adſignata, et data cuſtodienda, a quo cunque res illa furto ſubſtrahatur, tenetur illorum factum præſtare.*
4. *Caupo ſi in eius caupona vis maior contingit, perquam res pereat, poteſt de dicta vi contra dãnum paſſum exceptionem proponere.*
5. *Caupo tenetur pro illis qui in caupona habitãdi cauſa ſũt: ſi ibi furtũ fecerint dãnũ ue dederint.*
6. *Caupo actione ex quaſi maleficio tenetur pro illis, quos ipſe cauponæ exercendæ cauſa habet, ſi in ea furtum fecerint, aut damnum viatoribus dederint: quia vtitur opera malorum hominum.*

HÆC quæſtio ſolet plurieſcontingere propter furta quæ in cauponis ſeu diuerſorijs contra hoſpites uel viatores paſsim committuntur. Quã quæſtionem non nobis difficile erit decidere ſi regulam a Caio juris conſulto in. l. 5. ff. nautæ caupo. ſtabular. propoſitam adducamus.
1 Regula autem hæc eſt, quod ſi res in caupona recepta non reſtituatur, vel furto ſit ab lata, aut damnum in ea datum, aduerſus exercitorẽ cauponæ actio datur. Quæ actio generali nomine infactũ dicitur. vt probatur. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nautæ caupo. ſtabul. ibi. *Ex hoc edicto infactum actio proficiſcitur.* & cõcordat tex. in. l. licet. cõ. titu: vbi habetur, quòd licet quis in caupona gratis diuerterit, non tamen ei actiones infactum denegabuntur, ſi dãnum iniuria paſſus es: vbi Bar. dicit, dictã infactum actionem dari ex quaſi contractu de recepto, de qua iuris conſultus loquutus fuit vſque ad dictam. l. licet. & etiam ex quaſi maleficio, de qua loquitur dicta. l. licet. & titu. ff. furti aduerſ. nau. cau. ſtabular. de qua hic noſtra præcipua eſt diſputatio: ad quam rem paulatim accedere intẽdo, ſi regulam ſuis proprijs intellectibus interpretemur.

2. Ab hac regula excipitur, quando aliquis ex viatoribus vel alius quiſpiam rem abſtulit, vel damnum dedit. tex. eſt in. l. vnica §. pen. & vlti. ff. furti aduer. nau. caupo. ſtabula. vbi habetur, cauponem viatorum factum præſtare non teneri. Ratio eſt in eadem. l. quia cum caupo iter agentes repellere non poſsit, ſed tenetur ſuſcipere, fit ideo; quòd ſibi viatorem eligere non teneatur. & concordat. l. licet. §. infactum cõ. ti. nautæ caupo. ſtabul. vbi dicitur, ꝙ licet caupo in factũ actione teneatur pro his qui habitandi cauſa in caupona ſunt, hoc tamẽ nõ pertinet ad eum qui hoſpitio repentino recipitur veluti viator.

3. Scias tamẽ hanc exceptionẽ primo intelligẽdã eſſe, niſi cauponi res ſpecialiter ſit adſignata & data cuſtodiẽda: hoc enim caſu, aliorum factum præſtare tenetur: ita eſt tex. in. l. 1. §. fi. cum duabus. ll. ſequentibus. ff. nau. caupo. ſtabula. Quod credo verum, niſi in caupona vis maior cõtigiſſet perquam res periret: nam tunc caupo contra damnum paſſum de dicta vi exceptionẽ proponere poſſet. tex. eſt in. l. 3. §. inde Labeo. ff. eod. titu. ibi. *Labeo ſcribit, ſi quid naufragio, aut ꝑ vim piratarũ perijt, aut dãnũ datum eſt, non eſſe iniquum exceptionem ei dari Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo aut in caupona vis maior contigerit.*



5. Secundo dicta exceptio habet replicationem, quando aliquis ex his qui in caupona habitant, furtum fecerit, vel dãnum dederit: quia tunc caupo eorum factum præſtat. vt expreſſe cauetur, per tex. in. l. licet. §. in factum. cõ. titu. ibi *in factum actione caupo tenetur pro his qui habitandi cauſa ibi ſunt.*

6. Tertia illius exceptionis replicatio eſſe poteſt, niſi aliquis ex his quos caupo cauponæ exercendæ cauſa ibi habet furtum fecerit vel damnum dederit: tunc enim caupo pro illis tenetur, ita probatur in. l. 1. in prin. ff. furti aduer. nau. caupo. ſtabula. ibi. *In eos qui naues, cauponas, ſtabula exercebunt, ſi quid a quoquo eorum quos quas ve ibi habebunt furtum factum eſſe dicetur iudicium datur*, & probatur, in eadẽ. l. in verſi. Caupo. ibi. *Caupo autem præſtat factũ eorum qui in ea caupona eius cauponæ exercendæ cauſa ibi ſunt.* facit tex. in. l. debet. ff. nautæ caupo. ſtabula. vbi exercitor omnium nautarum ſuorum ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, factum præſtat: quod non immerito ſancitũ eſt, cũ ipſe eos ſuo periculo adhibuerit.

Iam igitur pro reſolutione quæſtionis decidendum eſt, cauponem de damno aut furto quod in caupona factum eſt teneri actione quaſi ex maleficio, ſi modo ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum quorum opera cauponã exercet: cum enim neque ex contractu aduerſus eum conſtituta eſt actio, ali qua tenus culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum vteretur. ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. probant hęc elegantiſsima jura in. l. 4. verſi. Itẽ exercitor nauis. in fine legis. ff. de actionib, et obligationib. & tex. in. §, item exercitor. inſti. de obligatio. quæ quaſi ex delic, naſcun. & ita practicando ſeruarem.

## Cap. 46. in quo de adulterantibus monetã, ſeu illam falſò fabricantibus quæſtio proponitur.

1. *MOnetam cudere eſt regalia Principis.*
2. *Princeps ſolus eſt qui poteſt facere cudere monetam & nemo poteſt hoc facere abſq; eius authoritate & priuilegio.*
3. *Princeps ea quæ ſibi competunt, poteſt alteri committere & in priuilegium dare.*
4. *Monetam cudendi priuilegium conceſſum multis locis Cathaloniæ.*
5. *Moneta vſualis in Regno non debet refutari & contra refutantes non leuiter eſt vindicandum.*
6. *Monetæ falſæ vindicta & cognitio ad dominum Regem pertinet, qui procedit in hoc Cathaloniæ regno contra delinquentes per proceſſũ regaliæ.*
7. *Monetam cudens ſine Principis authoritate ſeu illam falſa effuſione efformans, flammarũ exuſtionibus mancipatur: eiuſq; bona fiſco Regio addicuntur.*
   *Et quid quando moneta eſſet recta & proba dic idem vt ibi.*
8. *Monetã falſam fabricantes in Gallia ſuffocantur in aqua feruente & bulliente.*
9. *Monetam falſam fabricantes ſeu adulterantes in Cathalonia, laqueo per collum furca ſuſpẽduntur.*
10. *Monetam auream vel argenteam radentes ſi liberi ſunt de iure. ff. beſtijs ſubijciuntur, ſi vero ſerui vltimo puniuntur ſupplitio, & de iure C. capitali ſupplicio plectuntur.*
11. *Monetam mutandi, minuendi, vel augendi ius, ad Principem ſpectat.*
12. *Socij & participes eorum qui falſam cudunt monetam eadem pœna puniuntur qua principales cudentes: & torqueri poſſunt vt prodeant cõſocios.*
13. *Domus in qua falſa ſeu adulterina cuditur moneta fiſco Regio adiudicãda eſt. Et quomodo hoc intelligatur, & an domus viduarum & pupillorum excipiantur. vide ibi.*
14. *Monetam falſam expendens qua pœna puniatur.*
15. *Monetam extranei Principis falſificantes quomodo*

*modo puniẽdi ſint ſi in illa regione nullus eſſet*
*illius vſus.*
16. *Monetam ciuitatis falſificãs pœna capitis plec*
*tendus eſt. Et de tribus huius criminis ſpeciali-*
*bus ibi.*

1. IVRE communi & hu
ius patriæ Cathaloniæ
reperitur cautum, cude
re monetã eſſe vnam de
Principis regalijs cap. 1.
q̃ ſint regaliæ in vſib. feu
dor. Quę regalia in hoc
Principatu eſt de pręcipuis ac de illis quę
ſunt oſsibus Regis affixæ. ita probat tex.
in vſati. moneta. in vſaticis Barcinonæ.
quo cauetur, monetam frangentes, vio-
lantes, ſeu falſificantes debere venire in
manu & poſſe Regis in perſonis & cum
omnibus bonis ad ſuam voluntatem fa-
2. ciendam. Solus ergo Princeps poteſt hoc
iure cudendi monetam vti: & alteri hoc
non licet abſque eius authoritate & pri-
uilegio. per ea quæ decidit Guido Papa.
in. q. 498. vbi etiam diſputat, an hoc ius
cudendi monetam poſsit conſuetudine
acquiri, vbi per eum videas. & per Iodo.
in practica. cap. 65. in prin. circa medium.
Priuilegio vero & Principis authoritate
3. bene poteſt quis monetam cudere, & ea
eſt ratio, quia ea quæ competunt Princi
pi bene poſſunt per eum committi, & in
priuilegium alicui dari. l. fi. C. noua vecti
gal. inſti. non poſ. & facit quod not. in
glo. cap. quòd translationem. ex. de offi.
4. cio delega. Sicque in hoc Principatu vi-
demus, in pluribus locis hoc priuilegium
fuiſſe conceſſum, in quibus, minuta mo-
neta propria & peculiaris cuditur: vt in
ciuitatibus Gerundæ, & Vici, & in villis.
Granullariorum, Podii Çeritanij, Acrimõ
tis, & in alijs pluribus locis & partibus Ca
thaloniæ. In qua ſicut mẽſuræ & pondera
variãt, ita & monetæ, adeò, q̃ fere q̃libet
ciuitas oppidumq;, pondus, menſuram,
atque pecuniam maximè minutam di-
uerſum diuerſamuè habent: quę iudicio
meo potius videntur negotiationem cõ
fundere, quàm ſingularium Principatus
vtilitati proſpicere. Sanctius enim eſſet,
ſi vno pondere, vna menſura, & vna pec-
cunia, omnes in hoc Principatu vtere-
mur: ne vllus ſic in commercijs jactura at
que fraudibus afficeretur. Et aliud etiam
vtile reſultaret, quòd cum pecunia om-
nibus generalis eſſet, ac Regia tantum, in
qualibet parte dicti Principatus expende
5. retur. Et tunc non eſſet relinquenda im-
punita temeritas eorum, qui pecuniam
regni vſualem dummodo legitimæ ſit
materiæ & iuſti ponderis reſpuũt, Atque
ideo ſtatuit iuſsitq; Auguſtus Imperator
in. l. 1. de veter. numiſma. poteſt. C. lib. 11.
ſolidos veterum Principum veneratio-
ne formatos ita tradi ac ſuſcipi ab emen
tibus, vt nihil omnino refragationis oria
tur, modo vt debiti ponderis ſint, & ſpe-
ciei probæ: ſcituris vniuerſis qui aliter fe
cerint, non leuiter in ſe vindicandum: &
intellige extraordinarie arbitrio iudicis
vt dicit Math. de Afflic. in conſti. Neapol
rubri. 39. cap. ſi quis campſor num. 3.
6. Proinde quia moneta iuris eſt Princi-
pis, falſæ monetæ excuſæ vindicta & cog
nitio pręcipuè ad dominum Regem ſpe
ctat, qui maxime in hoc Principatu con
tra vſurpantes authoritatem cudẽdi mo-
netam, vel faſam fabricantes, ſeu auream
vel argẽteam radentes, aut quo cunque
modo adulterantes, procedit per proceſ
ſum regalię inuim dicti vſatici. moneta.
quo & ad ſe cauſam euocat, & alios quoſ
cunque à ſe inferiores iudices cognitio-
ne dictæ cauſæ regaliæ priuat: & ſic fit,:
quòd ipſe huius criminis delinquentes
vbicunque deliquerint punit.
7. Quiſquis igitur hanc Principis autho-
ritatem vſurpauerit, falſâq; effuſione nũ-
mos formauerit, flammarum exuſtioni-
bus mancipandum, eiuſq; bona fiſco Re
gio ſeu Çeſareo addicenda tradit Conſ-
tantinus in. l. 1. & 2. C. de falſa mone. Et
hanc fatemur veram concluſionem, etiã
quòd moneta eſſet recta & proba: hoc eſt
æqui ponderis & præcij. ita ſentit glo. in
l. 2. C. de fal. mone. in verbo, ob noxij. Se-
quitur



quitur Bar. in. l. qui falſam. ff. ad legem
Cornel. de fal. vbi dicit, quòd licet mone
ta ipſa fiat bona, ſi tamen non fit ab habẽ
te authoritatem dicitur falſa & adulteri
8. na. In Gallia vero teſte Igneo in repetitio.
§. non aliàs num. 597. ff. ad Sillania. falſifi
cantes monetam Regis in aqua feruente
ſiue bulliente ſuffocantur. Apud quoque
Athenienſes, monetam adulterantes ca
pite punitos monet Demoſtenes circa
fi. oratio. in Leptinẽ *Miror* inquit, *eos qui*
*monetam adulterant apud vos capite mulctari*
9. *Athenienſes &c.* In hoc vero Principatu
Cathaloniæ huiusmodi delinquẽtes ſum
mo afficiuntur ſupplicio: quorum execu
tio eſt, quòd in alta furca laqueo per col
lum ſuſpẽdũtur. prout in Regio cõcilio
vidi fuiſſe cõcluſũ die 29. Octobris. 1584.
cõtra Ioannẽ Leonart villæ Terratiæ, &
Ioannem Torro Sancti Stephani de Bas
delatos & inculpatos de fabricatione fal
ſæ monetæ: qui fuerunt in alta furca la-
queo per collum ſuſpenſi.
10 Et hanc concluſionem non tantum ve
ram exiſtimamus in fabricantibus falſam
monetam, ſeu rectam, ſine tamen Princi-
pis authoritate & licentia, ſed etiam con-
tra eos qui auream ſeu argenteam mone
tam radunt, vt eam iuſti precij & põderis
minuant: ij enim de iure. ff. ſi liberi ſũnt be
ſtijs ſubijciuntur, ſi vero ſerui vltimo
ſupplicio puniuntur. ita probat tex. in. l.
quicũque. ff. ad leg. Cornel. de fal. vbi ita
ab Vlpiano preconizatur. *Quicunque num*
*mos aureos partim raſerint, partim tinxerint, vel*
*finxerint, ſi quidem liberi ſunt ad beſtias dari: ſi*
*ſerui ſupremo ſupplicio affici debẽt.* Sic etiam
de iure. C. ſtatutum eſt, quòd ſi quis duca-
tos aureos raſerit, & ſic fecerit viliores in
precio, capitali ſupplicio puniendus eſt.
vt in. l. vniuerſos: C. de veter. numiſ. po-
teſta. li. 11. Denique in hoc Principatu Ca
thaloniæ ſemper vidi per Regias præco-
nitzationes per totum Principatum publi
catas, eſſe impoſitam pœnam mortis na
turalis contra monetam auri & argenti ra
dentes, vel quocunque modo minuen-
tes, prout hodie extat capitulum. 60. in
præconijs Comitis de Miranda nunc Lo
cumtenentis generalis pro ſua Mageſtate
11. indicto Principatu. Ad ſolum enim Prin
cipem ſpectat ius mutandi, minuendi, vel
augendi valorem monetæ. ita Ioan, Fab.
in. §. 1. quib. mod. tolli. obliga: inſti. Cor-
neus in conſil. 135, Boer. in deciſio. 327. nũ
6. & 7. Salicet. in. l. 2. C. de fal. monet.
Imol. in. cap. quanto. de iure iuran. & ſic
hoc in priuatis eſſet capitale crimen per
ea quæ ſupra iam diximus.
12. Afficit præterea prædicta concluſio &
ſententia eos, qui conſentiunt ei qui fal
ſam aut adulterinam cudit monetam; vt
ſunt participes & ſocij criminis vt eadem
pœna puniantur. ita Bar. in. l. vtrũ. num.
2. & 3. ff. ad leg. Pompe. de parricid. Et eſt
huius criminis enormitas tam exoſa Prin
cipi, & indigna legibus, quòd lex, vt tales
conſcij & participes inueniantur, voluit
ſocios in caput ſociorũ torquendos eſſe:
vt illos prodeant & manifeſtent. tex eſt in
l. 1. in prin. C. de fal. monet. quod fit ratio-
ne boni publici: quia per monetam adul
terinam principaliter Reſpubica lædi-
tur, ita tenet Bar. in. l. lege Cornelia. num.
2. ff. ad legem Cornel. de fal. & dixi latè ſu
pra in cap. 5. & ſignanter circa monetam
13. num. 18. Et adeo exoſam habent leges mo
netæ adulterationem, vt fundum aut do-
mum in qua dicta adulteratio peracta
probatur arreſtandam & fiſco ad iudican
dam eſſe volunt, ſi præſens dominus fue
rit quàmuis ignorans; quod reſtringe, niſi
forte dictæ domus dominus ante igno-
rans vt primum repererit, ſcelus prodide
derit perpetratũ: tũc enim poſſeſsio vel do
mus ipſius, proſcriptionis iniuriæ minime
ſubiacebit; vel niſi dominus longiſsime
ab ea domo vel poſſeſsione abfuerit: quia
tunc nullum debet ſuſtinere detrimentũ.
ita in. l. 1. C. de fal. mone. Ab eadem etiam
releuãtur confiſcatione viduæ & pupilli;
quos in dicta. l. 1. ſpeciali dignos in dulgẽ-
tia Imperator credidit. ibi. in verſi. Viduas
autem ac pupillos.
14. Scias tamen à prædicta regula & con-
cluſione aliquos excipiendos eſſe caſus
quibus

quibus in hoc crimine inuoluti à pœna mortis naturalis excuſantur. Et Primo hoc dicimus eſſe verum in expendente falſam monetam, qui ſi nummi ſunt plūbei vel ſtannei incidit in pœnam .l. Cornel. de fal. qua lege cauetur, ne quis nummos ſtanneos, plumbeos emere vendere dolo malo vellet, ita probat tex. in l. lege Carnelia. ff. ad leg. Cornel. de fal. At vbi non appareat quòd eſſent plumbei, vel ſtannei, punitur tantum modo pœna extra ordinaria arbitrio iudicis, ita Bar. in dicta. l. lege Conelia. in prin. ſubdens, ſe propter hoc plures euaſiſſe à pœna legis Corneliæ, & Alex. refert ita Doctores tenere in conſil. 121. num. 3. lib. 7. vbi in facti contingentia ita conſuluit. Sed Salice. in. l. 2. num. 6. C. de fal. monet. indiſtinctè tenet imponedam eſſe pœnam falſi ordinariam. & hanc opinionem ſeruari in practica refert Marſil. in .l. qui falſam. num. 64. ff. ad leg. Cornel. de fal. Sed Iulio Claro in. §. falſum. verſi. Expendens. magis placet opinio Bartoli, cui adhæreo, hac ratione, quia poſt quam expendentibus plumbeos vel ſtanneos nummos Scienter & doloſè lex certam ſtatuit pœnam vt pœna falſi ordinaria teneantur, viſa fuit velle amittere alios caſus quibus moneta adulteratur falſo ære, & ſuccedit regula, quòd in caſibus in quibus lex certam & ſpecialem non imponit pœnam, tunc dicta pœna eſt iudici arbitraria. l. 1. §. expilatores. ff. de effrac. & expila. cum concordan. & ſic in praxi hanc opinionem vt æquiorem ſeruarem.

15. Secundo excuſantur à dicta pœna mortis naturalis illi, qui adulterant monetam exteri cuiuſdam Principis, ſi tamen illius monetæ in ſui Principis regione nullus eſſet vſus: hoc enim crimen leuiùs ac mitiùs puniendum eſt, ita glo. 1. in cap. quanto. ex. de iure iuran.

16. Tertio ab eadem pœna mortis naturalis excuſantur falſificantes monetam ciuitatis: ij enim pœna capitis tenentur. l. 1. C. de fal. mone. quam pœnam non intelligunt Doctores de pœna mortis naturalis ſed deportationis. vt atteſtatur Alex. in cō ſil. 121. num. 3. lib. 7. & Iul. Clar. in. §. falſum in verſi. Dixi. vbi alios refert eſſe in eadem ſententia & opinione.

Denique pro complemēto velim notes in hoc crimine illa tria ſpecialia quæ annotauit illa allegata optima glo. in dicto cap. quanto. in verbo. de fraudata. de iure iuran. Primum ſpeciale eſt, quód quilibet tenetur ad accuſationem huius criminis. Secundum quòd condemnatus non appellat. & Tertium quòd punitur ille in cuius domo falſa moneta cuditur: licet illud ignoret. de quibus vide tex. in dicta. l. 1. C. de fal. mone.

# Cap. 47. an fideiuſſor promittens præſentare reum iudici toties quoties fuerit requiſitus ſub certa pœna, ſi dictus reus denúo per eundem iudicem ſeu eandem curiam capiatur, & aufugit, vel quocūque alio modo relaxetur à carceribus, ſit liberatus à dicta fide iuſsione, ita vt non teneatur vlterius ad illum preſentādum.

1. *Fide iuſſor de repræſentando reum toties quoties fuerit requiſitus, ſi poſtea reus per dictū iudicem de nuo capitur, & aufugit, an ſit liberatus? circa hoc variè doctores loquuntur, tādem concluditur, fide iuſſorem liberari: ſiue pro eadē cauſa ſiue pro alia reus per eandem met curiam captus fuerit.*

2. *Conclusio Regij concilij.*

DOctores hāc queſtionem examinantes, variè circa eam loquūtur in variaq; remanſerunt ſentētia & opinione Nā Ioānes de Imol. in. l. ſi finita. ff. đ dam. in fec. exiſtimat, fideiuſſorem nō liberari: cum illa verba totiens quotiens, ex quo ſunt apta ad infinitatem importandum intelligantur in infinitum. pe allegata ibi per eum. Et ſequitur Decius. in. l. vnica. num. 2. in ſi. C. de ſentē. quæ pro eo quod inter eſt profer. qui allegat tex. in. l. ſi ita ſtipulatus à Seyo. ff. de fideiuſſorib. vbi Bar. & tradit Alexan. in conſil. 145. num. 3. & . 4 volu. 2. Quod etiam videtur firmare Bar. in. l. ſi quis reum. ff. de cuſto. reo. vbi voluit, quòd ſi fideiuſſor promiſſerit repræſentare aliquem ad omnem iudicis volūtatem, videtur etiam obligare ſe, & promittere eum præſentare poſt ſententiam ſi opus fuerit, quem ſequitur Petr. de Raue. in ſingul. 207.

Angelus vero in dicta. l. ſi finita. tenet, fideiuſſorem obligatum cum illa clauſula toties, quoties, liberari per binam præſētationem, & hoc vt infinitas euitetur: iuxta. l. fideicommiſſa. § ſiquis decem. ff. de leg. 3 Tenuit idem ipſe Angel. in. l. 2. §. qui exhibendi. ff. de cuſto. reor. & in. l. oratione ff. de ferijs. & Hippoly. de Marſil. in. rubri. de fideiuſſorib. num. 138. & Soci. in l. vnica. num. 23. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. proferun. Quam opinionem videtur confirmare quod notat Specul. in titulo de arbitr. §. ſequitur. verſi. Quid ſi in cōpromiſſo pænali. & Bal. poſt Cyn. in. l. ſi duo. §. fi. ff. đ recep. arbi. vbi dicunt, quòd ſi dicatur in contractu, quód pœna committatur totiens quotiens contra factum fuerit, quòd nō poterit committi niſi bis per dictam. l. fideicomiſſa. §. ſiquis decē. ff. de leg. 3.

Sed Ludouicus Roma. in dicta. l. ſi finita. ff. de dam. in fec. affirmat dictum fideiuſſorem vſque ad ſententiam teneri ad iterum reum repræſentandum. per. l. grecè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſ. ſequuntur & tenet hanc oppinionem Franciſ. Cremē. in ſingula. 11. vbi expreſſè ait, quòd ſi quis promiſſerit repræſentare Titium toties quoties &c. intelligitur vſq; ad ſententiā tantum; adeò quod lata ſententia erit liberatus. per tex. in dicta. l. grecè. §. & poſt litē ff. de fideiuſ.

Ioā. Andr. quoq; in additio. ad Specula. in titu. đ accuſationib. in. 3. parte. § ſequitur. Verſi. Itē quæritur. profert fideiuſſorem liberari, quando reus capitur pro eadem cauſa, ſed ſecus eſſe, ſi ob aliam cauſā caperetur. Qui ad huc in hoc caſu, quādo pro alia cauſa caperetur exiſtimat fide iuſſorē liberari ſi dum reus eſſet in manibus poteſtatis ſeu iudicis compareret fideiuſſor, & proteſtaretur ipſi iudici, quòd ipſum haberet pro præſētato: eo enim caſu, proteſtatio illū iuuaret. l. Neſēnius. ff de nego. geſt. & auth. ſi. captiui. C. de epiſ. & cleri.

Lucas de Penna. in. l. ſiquis decurio. C. đ decurionib. lib. 10. diſputat eandē queſtionem ad partes, & tandem concludit, quòd ſi accuſatus iuſtè fuit poſitus in carceribus fideiuſſores per dictā capturā nō liberantur. per iura per eum ibi allegata.

Denique Bartholomeus de Capua eādem quæſtionē ſcripſit in. l. 2. ff. de cuſto. reor. & concludit, fideiuſſores non liberari. Vbi primo allegat, quòd fideiuſſores per capturam illius principalis non ſunt liberati, immo quòd non repræſentando reum tenentur ad pænam; ideo quòd per prædictam capturam non eſt in ducta nouatio prioris obligationis: niſi expræſſe dicatur. l. fi. C. de nouationibus. Cuius dictum ipſe confirmo ex nouationis definitione, quam Vlpia. proponit. in. l. 1. ff. de nouationib. dum dicit, nouationem eſſe prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem, transfuſionē atque translationem, hoc eſt, cum ex præcedenti cauſa ita noua conſtituitur, vt prior perimatur. concordat tex. in. l. 2. ff. de nouationib. vbi probatur, omnes res in nouationem tranſire poſſe dum modo ſciamus nouationem ita demum fieri, ſi hoc agatur, vt nouetur obligatio. Ex quibus concluditur, quòd ſi inter curiam & fideiuſſores primæ obligationis nō ſit actum, quòd per capturam accuſati fieret nouatio eiuſdem obligationis, ideo fideiuſſores non liberari: quia ipſo iure remanet obligatio.

Sed quid quid prædicti Doctores dixerint, opinionem eorum qui per dictam capturam aſſerunt fideiuſſores prio-

ris obligationis liberari,ita vt ſi reus captus poſtea aufugiat, vel alio quocunque modo relaxatur àcarceribus,non teneantur vlterius ad illum repræſentandum,veriorem eſſe, & in praxi magis obſeruatam affirmo. Quorum ſententia ſic fundari poteſt.Nam recipiendo curia à reo accuſato fideiuſſores, nihil aliud facit, quàm ipſum eorum cuſtodiæ committere. vt expreſsè habetur in. l. 2. ff. de cuſto. reo. Ergo ſi poſtea curia accipit ipſum vt eum in ſua cuſtodia habeat, videtur renuntiare cuſtodiæ fideiuſſorum; ideo quòd capiendo etiam reum,non videtur contenta fideiuſſoria cautione. Et ſic nimirum, ſi fideiuſſores perdictam capturam ab eadem curia factam liberentur: qui (quamuis vere nō poſsit dici ſequutam fuiſſe nouationem contractus manuleutæ ſeu fideiuſsionis,cum hoc inter curiam & fideiuſſores non fuiſſet actum) poſſunt fiſcum curiæ ope exceptionis repellere. per tex.in.l.Vallerianus. ff. de prætor. ſtipulationibus. vbi Vallerianus reſpondit, ſi præſes qui ante intriennium caueri iuſſerat, poſtea in longum tempus caueri præceperit,quia à prima ſtipulatione prorſus diſcedi voluerit, exceptionem primæ ſtipulationis obligatis peperciſſe videtur. Pariter quoque dicendum eſt, quòd licet antea ſtipulatum fuiſſet de repræſentando reum totiens quotiens,&c. ſi poſtea curia accipit illum, videtur à prima ſtipulatione prorſus diſcedere, quæ ſtipulatio quamuis ipſo iure ſublata non videatur ex quo pars non nouauit, tamen ſublata erit ope exceptionis: & ſic fideiuſſores prioris obligationis poterunt repellere fiſcum per exceptionem. Quam ſententiam expreſsè videtur approbare Imperator argumento ducto in.l. ſi cum Hermes. C.de loca.& cōduc. Vbi cum Hermes vectigal octauarum in quinquennium continuum pro certa mercede in ſingulis annis ſoluenda conduxiſſet,& pro his dediſſet fideiuſſorem, poſteaq; ſpatio eiuſdem temporis expleto,cum idem Hermes in conductione vt idoneus detineretur, fideiuſſor poſtulauit cautionem ſibi reddi, ex quo vlterius expleto dicto tempore non conſenſerat,& determinat ibi Imperator dictum fideiuſſorem non eſſe de periculo poſterioris temporis aſtringendum. Ex quibus in ſumma patet, quod fideiubens in prima conductione non tenetur in ſecunda:ſiue ſit prorogata,ſiue innouata, etiam ex cōſequētia primæ. Pariter quoq; in noſtro caſu, cum fideiuſſor obligatus repræſentare aliquem toties, quoties, nō teneatur niſi ſemel obtollendam infinitatem per tex.expreſſum in l. quibus. ff. de verbor. obligationibus.vbi qui bis idem promittit,ipſo iure amplius quàm ſemel non tenetur,& cum promiſsio de repræſentādo reum iam expleta et ſoluta videatur per capturam de perſona rei per eandem met curiam factam, & ſic ſublata ſit illa obligatio: quia ſolutione eius quod d̄ betur tollitur obligatio, vt inſti.in prin. quib. mod. tolli. obliga. ideo fideiuſſorem eſſe liberatum,& vlterius non teneri ex conſequentia primæ obligationis ad iterum reum repræſentandū fatendū eſt. Quæ ad huc corroborantur ex diſpoſitione tex.in.l.2.§.ſimili modo. ff. ſi quis cautionib. vbi probatur,quòd impedimentū ſuperueniens facto magiſtratus dat exceptionem reo, ſic in propoſito, cum curia ceperit reum non contenta fideiuſſoria cautione, ſi poſtea reus captus aufugit, liberatus erit fideiuſſor opè exceptionis propter impedimentum ſuperueniens & à iudice cauſatum. Non enim debet ipſe fideiuſſor grauari ex culpa alterius. l.ſancimus.C.de pænis:ipſe enim preſētato reo ad carceres eſt liberatus vt ſupra dictum eſt.Ergo clarè et apertè videtur deciſum, quòd quando fideiuſſor promiſsit preſentare reum iudici toties quoties.&c.eſt immunis & liberatus cenſendus, quādo per eundem iudicem vel eandem met curiā quibus facta erat promiſsio reus iterum capitur, licet poſtea aufugiat. Et ſecundum hanc opinionem refert Math. de Afflic.fuiſſe deciſum in cōcilio Neapol.in d̄ ciſione. 130. & vidi ſemper ita practicari in Regio concilio Cathaloniæ & in eodē fuiſſe idem concluſum die. 21. Nouembris. 1584. in facto ſupplicationis oblatæ pro parte Margariti Riphos curitorris auris de quibus videas in concluſione dicta die. 21. Nouembris facta ad quam fit relatio.



# Cap. 48. in quo magna diſputatur quæſtio, an fiſcus agens hypothecaria contra donatarium, transferat in dictum donatarium onus probandi rem ſibi fuiſſe prius donatam, quàm ipſa res fiſco obligaretur, nō obſtante lege dicente, creditorē debere probare rem in bonis debitoris fuiſſe tēpore contractæ obligationis:& non reum conuentum.

Et caſu quo donatario conuento hoc onus incumbat, an teneatur probare donationem prius factam cum rei traditione, vel an ſufficiat ei ad excludendam fiſci intentionē probare ſimpliciter donationem abſq; rei traditione.

Item caſu quo teneatur probare donationem prius factā cum rei traditione, an ei neceſſarium ſit probare de reali traditione, vel ſufficiat probare dictam traditionem per cōſtitutum?

Et caſu quo ſufficiat probare per conſtitutum an teneatur probare, quòd tempore conſtituti ipſe erat præſens, vel ſi erat abſens, quòd ratificauit conſtitutum antequam donator contraxiſſet cum fiſco? Et an ei ſufficeret, quòd notarius ſtipulatus fuiſſet pro ipſo abſente, pro quo ſit conſtitutum.

Et quid, quando donatarius a fiſco hypothecaria conuentus probaret ante contractum habitum cum fiſco rem ſibi fuiſſe donatam,& traditam per conſtitutum, & conſtiterit dictum conſtitutum fuiſſe factum ſub conditione, qua pendente, donator eandem rem fiſco obligauit, an ſi poſtea dicta conditio conſtituti purificata ſit, trahatur retro in præiudicium obligationis cum fiſco contractæ?

1. *FIſcus agens hypothecaria, transfert onus probandi in aduerſarium, rem iam non fuiſſe penes debitorem tempore contractæ obligationis cum fiſco. quod fit ſpeciali fiſci fauore. & num. 2.*
2. *Priuatus agens hypothecaria contra donatarium, debet probare rem prius obligatam quàm donatam.*
3. *Prioritas temporis, quibus modis probetur.*
4. *Prioritas temporis in dubio iudicatur fauore fiſci dotis, & eccleſiæ.*
5. *Donatio alicuius rei, traditione perfecta, ante quàm bona donantis fiſco obligentur, non poteſt retractari: nec res donata per fiſcum auocari.*
6. *Donatio non dicitur perfecta, niſi res donata tradatur. Et quomodo intelligatur vide ibi.*
7. *Res donata probatur tradita, non ſolum quando traditio fit per realem traditionem, verum etiam quando fit per conſtitutum. Et vide ibi intellectum ad. l. quotiēs. ff. de reiuendi.*
8. *Clauſula conſtituti verè eſt tranſlatiua dominij & poſſeſſionis.*
9. *Poſſeſſio rei transfertur per conſtitutum, ſi illud factum eſt præſenti. Secus vero ſi abſenti. Quod intellige procedere, ante quàm dictus abſens ratificet.*
10. *Abſens pro quo fuit factum conſtitutum expulſus de poſſeſſione, antequàm ratum habeat, non habet remedium recuperandæ poſſeſſionis.*
11. *Conſtitutum factum abſenti transfert poſſeſſionem notario pro eo ſtipulante.*
12. *Conſtitutum ſub conditione, ea pendente, non transfert poſſeſſionem: Et licet purificata conditione, conditio retrotrahatur, tamen ſi ante euentum conditionis, res pro qua fuit factum conſtitutum alteri vendita ſit, ſeu donata & tradita, illi ius quæſitum eſt, quod tolli non poteſt, licet prima cōditio cōſtituti primi emptoris, vel donatarij purificata ſit, quia nō trahitur retro in præiudicium ſecundi emptoris vel donatarij.*

TITIVS ex aliqua cauſa confeſſus fu
it ſe debere fiſco regio
certam pecu
niæ quanti-
tatem quã ei
ſoluere cer-
ta die pro--
miſsit. Pro
cuius ſecuri
tate & tuitione ſpecialiter, & expreſſè,
quædam obligauit prædia, & aduenien-
te die in qua fiſcus pecuniam petere po-
tuit, dictus Titius aut deffunctus eſt, vel ef
fectus non ſoluendo, vnde agens fiſcus
ad prædia ſibi ſpecialiter, & expreſſe obli-
gata, inuenit, quòd illa per Sempronium,
vt Titij donatarium poſsidébantur, &
agens fiſcus contra dictum Sempronium
donatarium hypothecaria actione, ex-
cipienſq; Sempronius, rem ſibi prius fuiſ-
ſe donatam, quám fiſco obligaretur, fuit.
ideo dubitatum, an fiſcus probare debe-
at rem prius fuiſſe ſibi hypothecatam,
quàm Sempronio donatam, vel an tranſ
ferat hoc onus probãdi in Sempronium
donatarium?

Imperatores in. l. 1. C. de iure fiſci. lib.
10. ita ſtatuerunt, quòd ſi prius quàm fiſ-
ci rationibus obligaretur, donatarius per
fectam prædiorum donationem fuerit
probatus, quod citra fraudem credito -
rum geſtum eſt non reſcinditur. Per-
quem tex. ſecundum primum intellec-
1. tum eliciunt glo. & Doctores, quòd fiſcus
agens hypothecaria transfert onus pro
bandi in donatarium, rem iam non fuiſſe
penes debitorem tempore contractæ ob-
ligationis cum fiſco. & gloſſæ hunc in-
tellectum approbantes ſunt in dicta. l. 1.
in verbo. obligaretur. & in verbo. pro-
batus. vbi Bartol. & Ioan. de Platea.
Sed contra hanc theoricam opponitur
tex. in. l. & quæ nondum ſunt. §. quòd di-
citur. ff. de pignorib. in. quo loco patet,
creditorem debere probare rem in bonis
debitoris fuiſſe tempore contractæ obli-
gationis, & non reũ conuentum. Ergo ſe
quitur, quòd fiſcus agens hypothecaria,
vt creditor, contra donatarium debet
probare: & non transferre onus proban-
di in ipſum donatarium. Pro tamen hu-
ius contrarij ſolutione dicendum eſt, ve-
rum eſſe contrarium, ſed quòd eſt ſpecia-
le fauore fiſci; quòd dictum onus tranſ-
ferat in dictum donatarium. vt probatur
in dicta. l. 1. & ibi per glo. & Doctores. C.
de jure fiſci. libro. 10. quo tex. expreſſe
probatur, in dubio donatarium a fiſco
conuentum hypothecaria debere pro-
2. bare donationem præceſsiſſe. Qua in re
videmus fiſcum à priuato differre, cum
agens priuatus hypothecaria contra do-
natarium, debeat probare rem prius ob-
ligatam, quàm donatam: quia fundans
intentionem ſuam in tempore, debet il-
lud tempus probare. l. de rebus. C. de do
nationibus. ante nup. ibi. *Creditores mari
ti facti ſi non prius obligatas ſibi probent, eam
conuenire minime poſſunt: inter priuatos enim
fertur in dubio ſententia contra actorem.* Et ta
men ſecus eſt in fiſco, qui agens hypothe-
caria, transfert onus probandi priorita-
tem temporis de qua dubitatur in ad uer-
ſarium: quod vt diximus ſingulare eſt in
fiſco. per doctrinam Barto. in dicta. l. 1.
num. 2. C. de iure fiſci. lib. 10. & ibi Ioan.
de Pla. num. 4. vbi. Bar. ſic figurat ca-
ſum, Ecce, quòd donatarius fuit cõuentus
a fiſco actione hypothecaria, & fiſcus pro
bat ſe de menſe Maij contraxiſſe cum do-
natóre, donatarius vero probat donatio-
tionem fuiſſe factam eodem menſe Maij
& ſic non conſtat de prioritate, vel po-
ſterioritate temporis, quærit ideo, quis de
bet obtinere? & reſpondit, onus probandi
incumbere donatario: qui ſi hoc proba-
uerit, donatio tunc non reſcinditur per
hypothecariam.

3. Hoc tamen in loco, opportunè quæ
rendum eſt, quæ ſufficiant ad proban-
dam hanc prioritatem? Reſpondeo ſuf-
ficere, ſi dicta prioritas probetur per
diem ante, vel per horam, vel momẽtum





arg. l. inter eos de donationib. inter virũ
& vxor. & l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de pigno
rib. et not. glo. in. l. operis. ff. loca. nota idẽ
per glo. in. l. ſi. ex pluribus. §. fi. verſi. Dic. ff.
de ſolutionib. Et quòd prioritas horæ at
tendatur, vide Bal. in. l. creditor. in prin.
qui potior. in pig. habean. Socin. in. con-
ſil. 67. lib. 3. Corcet. in reportorio. in ver-
bo. inſtrumentũ. Iaſ. in. l. 1. §. 2. ff. de eden.
Hippoly. de Marſil. ſingul. 319. Deci. con
ſil. 689. Et idem eſt, quando vterq; pariter
probat de tempore per inſtrumenta ea-
dem carta conſcripta: quia præualet il-
lud quod præcedit. Nam prioritas ſcrip-
turæ donat prioritatem temporis. arg. l. ſi
ſeruus communis. de ſtipulatio. ſeruor. &
l. ſi ex pluribus. §. fi. de ſolutionib. ſecun-
dum Bal. in dicta. l. de rebus. Probatur
etiam prioritas, quando vnus probat ali-
quid de tempore, licet non neceſſario
concludenter: quia obtinet, alio nihil pro
bante. ſecundum Cyn. in dict. l. de rebus.
4. Et ideo ſi fiſcus nihil probaret de tem-
pore, ſuccumberet. Ex quibus ergo deci-
ditur, quòd ſi conuentus a fiſco hypothe
caria, aliquo modo ex predictis, priorita-
tem temporis non probauerit, & ſic ſi-
mus in dubio, iudicandum eſt pro fiſco
de ipſa prioritate. Quam quidem deci-
ſionem ſcribentes in dicta. l. 1. C. de ju-
re fiſci. lib. 10. extendendam eſſe in dote
volunt, per tex. in. l. 1. & ibi quoq; Bar.
ff. ſolu. matri. quia cum dotis cauſa ſem-
per & vbique præcipua ſit, & inter ſit rei
publicæ dotes mulieribus conſeruari ad
ſobolem procreandam, in dubio de prio
ritate temporis pro dote iudicamus. te-
net Baldus in. l. ad exactionem. C. de dot.
promiſ. Fiſcus enim, & cauſa dotis, appari
procedunt. l. 2. vbi glo. C. de jure fiſ. &
per glo. in. l. dotis. C. de iure dot. & eſt
tex. expreſſus in. l. in ambiguis. ff. de reg.
iur. vbi habetur, quòd in ambiguis me-
lius eſt pro dote reſpondere. vide con-
cordantias ibi per Decium. Et etiam mi-
litat prædicta deciſio fauore eccleſiæ,
ideo quòd ſi duo inſtrumenta reperiun-
tur facta eodem die, præſumitur prius fac
tum illud quod reſpicit fauorem eccle-
5. ſiæ. Vbi autem non ſimus in dubio, ſed
priuſquâm fiſci rationibus quis obliga-
retur, perfectam prædiorum donationẽ
fuiſſe factam fuerit probatum, quod ci-
tra fraudem creditorum geſtum eſt non
reſcinditur. Ratio eſt, quia quod legiti-
mè factum eſt, ex ſuperuenienti caſu non
retractatur. tex. eſt in. cap. factum legiti-
mè. de reg. jur. in. 6. l. patre furioſo. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi habetur,
quòd ſi homo ſanæ mentis contrahat ma
trimonium, licet poſtea fiat furioſus,
non propter hoc diſſoluitur matrimo-
nium iam contractum, facit tex. in. l. is
cui. ff. de teſta. vbi ſi homo ſanæ mentis
fecerit teſtamentum licet fiat poſtea fu-
rioſus, non viciatur teſtamentum. & eſt
tex. in. l. 1. §. ſufficit. ff. de bono. poſſeſsio-
ni. ſecundum tabu. Sed reſtringè hanc
rationem, quando factum eſt perfectum,
& legitimè confirmatum: nam aliàs, ſi eſ-
ſet tantum in coatum, & non perfectum,
illud quod impedit ab initio faciendum,
tolleret iam factum. vt in. l. pro parte ff de
ſeruit. &. l. ſi ſub vna. §. ſi quis via. ff. de
verb. obligatio. cum alijs concordan alle-
gatis per Din. in dicta reg. factum legiti-
mè. de regul iuris. in. 6. ſed ſi factum ſit
perfectum, & legitimè confirmatum, vt
quia via promiſſa erat iam conſtituta, vel
teſtamentum incoatum erat iam per-
fectum, & matrimonium per conſenſum
contractum, & ſimilia, tunc caſus ſuper
veniens, qui impediret ab initio incoari
non tollit iam factum. ita loquitur tex.
in. l. in ambiguis. §. 1. ff. de reg. iur. non
enim eſt nouum vt quæ ſemel conſtituta
ſunt durent, licet ille caſus extiterit, à quo
initium capere non potuerunt. & in hoc
propoſito loquitur tex. in. l. 1. C. de jure
fiſci. in verbo. perfectam. & ibi glo. vbi ha
betur, quòd ſi donatarius conuentus hy-
pothecaria à fiſco, probauerit rem fuiſſe
donatã, & donationẽ perfectã traditione,
ante quàm contractum fuiſſet cum fiſco,
non poteſt donatio retractari: quia cũ illa
donatio ſit perfecta traditione, cõſequẽs

eſt, ne reuocetur ex ſuperuenienti caſu.
ſcilicet ex contractu habito cum fiſco.
6. Ex quo infero, quòd donatio non dici
tur perfecta, niſi res donata tradatur. ſed
contra facit tex.in.§.aliæ.inſt.de donatio.
nib. ubi dicitur, donationes perfici, cum
donator ſuam voluntatem ſcriptis, aut
ſine ſcriptis, manifeſtauerit: & ad exem-
plum venditionis, Iuſtinianus eas etiam
in ſe habere neceſsitatem traditionis vo-
luit, vt etiam ſi non tradantur habeāt ple
niſsimum & perfectum robur: & traditio
nis neceſsitas incumbat donatori. Ergo
patet, quòd donatio ex ſola volūtate per
ficitur. Huic tamen obiectioni, iuxta Bar.
Ioan.de Pla,& alios reſpondetur, quòd li
cet donatio ſolo conſenſu & voluntate
donantis perficiatur, ante tamen traditio
nem, res donata poteſt alteri obligari: cū
ad huc donans ſit dominus. caſus eſt nota
bilis in.l.fi.§.Lucius.ff.đ donationibus.&
facit tex.in.l.quotiēs.ff.de reiuendicatio.
Et ſic patet, quòd per donationem perfici
tur donatio, quo ad obligationem, vt do-
nator obligetur donatario ad tradendū:
& per traditionē perficitur, ꝙ ad dominij
tranſlationē. vt hic in glo.in verbo.perfec
tā: Et ideo in quęſtione noſtra donata-
rius debet probare rem ante fuiſſe donatā
& traditā: aliàs res caderet in obligationē
poſtea cum fiſco contractā. vt in dicta.l.fi
§.Lucius.ff.đ donationib.& in dicta.l.quo
tiens.de reiuēdi.& hic in glo.in verbo.per
7. fectam. Quæ non ſolum habent locum,
quando donatarius probat rem donatam
fuiſſe traditam per realem traditionem,
verum etiam, quando probat dictam tra-
ditionem fuiſſe factam per conſtitutum:
quia conſtitutum verus eſt modus tradē
di dominium, & poſſeſsionem. l. quod
meo nomine.ff.de acqui.poſſeſsio. & eſt
glo.approbata per Bar.& doctores in l.ab
emptione,ff.de pac. adeo, quòd donata-
rius cui factum eſt cōſtitutum, præfertur
ſecundo cui poſtea realis traditio facta ſit.
vt tenet Guilel, de Cug.in dicta.l.quotiēs.
quem refert & ſequitur Ioan.Andr.in ad
ditio.ad Speculatorem in titu.de emptio.
& venditio.in.§.ſciendum.verſi.Quod ſi
res tradita non eſt in preſentia.in addi.in-
cipien.dubit.& idē ſequitur Bal. in rubri.
de contrahē.emptio.in.16.q.Et hoc mo-
do declaratur tex.in dicta.l. quotiens. ff.
de reiuendi, vt non ſolum intelligatur đ
traditione quæ fit per realē immiſsionem
in poſſeſsionem, verum etiam de illa quę
8. fit per clauſulā conſtituti: quia dicta clau-
ſula verè eſt tranſlatiua dominij, & poſſe-
ſsionis, & eoſdem producit effectus quo
ad acquiſitionem dominij: ſicut vera &
realis traditio, vt in dicta.l.quod meo no
mine.ff.de acquir.poſ.&.l.certę.§. Iulia-
nus ait.ff.đ precar.& in dicta,l.ab emptio
ne.ff.de pac.& in.l.quædā mulier.ff.de rei
uēdi.& in cap.cū veniſſent.de reſti. ſpolia.
9. Verum hoc quod dicimus de proban
da traditione rei donatæ per conſtitutum
reſtringitur, quando conſtitutum fuit fac
tum præſenti, ſecus vero ſi abſenti factū
ſit: quia tunc poſſeſsio non transfertur an
tequā ille ratificet. ut notabiliter cōcludit
Alex.in dicta.l.quod meo nomine.nū. 4.
ff.de acquir.poſſeſsio. vbi limitādo illum
tex.dicit, quòd intelligitur, quādo erat prę
ſens ille cuius nomine fit conſtitutum: nā
tunc in illum per conſtitutum poſſeſsio
transfertur. Quod eſt ſecus, quando quis
conſtituit ſe poſsidere pro abſente: quia
illi non acquiritur poſſeſsio antequam ra
tum habeat.l.ſi cōmunis ſeruus.§.1.ff. de
acqui.poſſeſsio, facit tex.in.l.ſi.ergo.ff.de
10. negot.geſ. Et ideo dicit Antoni.de But.in
cap.cum veniſſent.de reſti.ſpolia. quod ſi
ille abſens, pro quo fuit factū conſtitutū,
expellatur de poſſeſsione antequam ratū
habeat, nō cōpetit ſibi remediū recuperā
dæ poſſeſsionis: quia ante ratificationem,
poſſeſsio acquiſita nō fuit. & ſi nunc ratifi
caret poſt ſpoliationē, non admitteretur
ratificatio: quia non eſſet facta cōgruo tē-
pore, videlicet, tempore quo conſtituens
poſsideret: quia iam erat perdita poſſeſ-
ſio arg.l.bonorum. ff.rem ratam haberi.
Ad quod Antoni. de Butri.in.cap.cum
veniſſent. allegat deciſionem domino-
rum de rota in deciſio.146. incipi. Item li
cet ami



cet amicus. et reperitur in nouis in deciſ-
ſio.150. Quod ſe quitur Alex. in dicta.l.
quod meo nomine. quia ratificatio đbet
fieri re integra, vt not.Bar.in.l.ſi vxor.§.ſi
quis planè vxore. ff. ad leg.Iul. de adul.
vbi inquit, quod ab aliquo fuit facta pax
proſe, & ad hærentibus ſuis ſub pæna, &
vnus ex ad hærentibus offenſus fuit ante
quam ratum haberet, quòd licet poſtea
ratificet, pæna nō committitur. arg. dictæ
l.bonorum. Quare dicendum eſt, ꝙ ſi do
natarius cōuētus à fiſco probauerit dona
tionē & eius rei traditionē per conſtitutū
debet probare, quod ipſe erat pręſēs, vel ſi
erat abſens, quòd ratificauit conſtitutum
antequam contractum eſſet cum fiſco. nā
aliàs, res donata non videretur tradita, &
caderet in obligationem cū fiſco contrac
tam, per rationem ſupra dictam: quia an-
tequam res tradatur, donans remanet
dominus: & ſic poteſt eam obligare. vt te
net Bar.in.l.1.C.de iure fiſ.num.4. & Io-
an.de Pla.num.3.& glo.ibi in verbo.per
fectam.& eſt tex.in.l.fi.§.Lucius.ff.de do
nationibus. Nec ſufficeret, quòd poſtea
quàm contractum eſſet per donatorem
cum fiſco, donatarius ratificaret conſtitu
tum: quia dicta ratificatio cum re integra
non fuerit facta, non poteſt preiudicare
obligationi cum fiſco contractæ. per ea
que latè dicit Deci.in.l. contractus.ff. de
reg.iur.num.20.21.&.22. Nec hoc in lo-
11. co pretermittendum eſſe cenſeo, quid
quando notarius ſtipulatus ſit pro illo ab
ſente, pro quo factum fuit conſtitutum,
an res donata ante ratificationem eius cu
ius nomine notarius ſtipulatus fuit, con-
ſtituto appoſito, poſsit interim alteri do
nari, vēdi, ſeu obligari, & reſpondet, quod
non: quia in donatione facta abſenti, me-
diante notario, qui ſtipulatur, dominiū
acquiritur. vide Guido. Pa. in deciſio.49
& Deci.in.l. quo tutela.§.fi.num.3.ff. de
reg.iu. Qui ſeipſum corrigit dicens, ſe te
nuiſſe contrarium in.l. contractus. num.
22. dicto ti.de reg.iur. vide quoq; Alex.in
conſil.185. num.7. vbi patet, quod quādo
notarius ſtipulatur tanquam publica per
ſona pro donatario, ex dicta ſtipulatione
quæritur actio vtilis: etiam ſine ceſsione.
& vide ibi allegata per eum. Idem Bar. in
l.tam is.in.§.filius.ff.đ donatio.cau.mor.
in.2.q. quę incipit. Quero an iſta donatio.
& in.l.ſi pupillꝰ.ff.rem pupil.ſal. fore. ſed
videtur dubitandum, quod Bar. in dictis
locis.& Alex.in citato conſilio, quicquā
nō loquuntur de acquiſitione dominij
ſed tantum vtilis actionis ſine ceſsione.
Tamen ſcias, quòd ſicut prædicti docto-
res volunt, notario ſtipulante, acquiri ac-
tionem vtilem ſine ceſsione in cōuentio
nalibus, ita quoq; arg. à ſimili ſiue exiden
titate rationis videntur ſentire, dominiū
per ſtipulationem notarij abſenti acquiri
poſſe. Sed hoc intelligas, concurrente tra
ditione, ſiuè vera, ſiue ficta: vt eſt illa quæ
fit per clauſulam conſtituti, de qua nos
loquimur: quia ſine dicta traditione ſiuè
vera, ſiuè ficta, non transfertur dominiū
.l.traditionibus.C. de pac.& ſic ſufficeret
ſtipulatio notarij. vide hæc per quandam
additionē appoſitā in deciſio. Guido Pa.
deciſ.49. ſuper verbo. ſed Bartolꝰ. Et ita di
cerem eſſe obſeruandum in hoc princi-
patu Cathaloniæ, inſequendo generalē
conſuetudinem dicti principatus, per quā
ex ſtipulatione notarij, quęritur jus abſen
ti; & ignoranti. Quare ſi donatarius con-
uentus à fiſco hypothecaria, probat dona
tionem fuiſſe factam antequam cum fiſ-
co contractum eſſet, & rem fuiſſe traditā
per cōſtitutum, & fiſcus replicaret, quòd
conſtitutum fuit factum abſenti, & quòd
non fuit tranſlata poſſeſsio, ex eo quod
donatarius abſens non ratificauit conſti
tutum, quod eſt opus in conſtituto, per
ea quæ ſupra diximus ad hoc vt transfera
tur dominium, & ſic quòd medio tempo
re hoc eſt antequam donatarius ratum
haberet, donator contraxit cum ipſo fiſ-
co, & ideo res donatas eſſe ſibi obligatas,
ac proinde ipſum eſſe præferendum, at
tamen ſi donatarius ſe defendit, & probat,
quòd notarius ante contractam obliga-
tionem cum fiſco ſtipulatus fuit pro eo
abſente, & quòd in inſtrumento donatio
nis ſit

nis ſit clauſula conſtituti, optimè ſedeſen dit: & fiſcum excludit, per theoricam ſupra ſcriptam. Ex quibus eleganter colli ge limitationem ad regulam propoſitam qua dicimus, quòd conſtitutum transfert dominium, & poſſeſsionem, vt non procedat, quando conſtitutum fuit factum abſenti ante quam ille ratum habuiſſet, niſi ſtipulatio notarij pro dicto abſente in-
12. teruenirer. Item & ſecundo limitatur, vt non habeat locum in eo cui factum ſit cōſtitutum ſub conditione: quia licet purificata conditione, conditio retrotrahatur vt not. Oldra. in conſil. 139. num. 5. tamē ſi ante euentum conditionis, res pro qua fuit factum conſtitutum alteri vēdita ſit, ſeu donata, & tradita, illi ius quæſitum videtur, quod tolli non poteſt: licet prima cōditio conſtituti primi emptoris, vel donatarij purificata ſit: quia illa conditio nō trahitur retro in præiudicium ſecūdi emptoris, vel donatarij; quia extremū àquo, non eſt habile iuxta not per Bar. in. l. ſi is qui pro emptore. in verſ. Idem ſi æſtimabile extremum àquo. ff. de vſu capionib. alleg. l. bonorum. ff. rem rat. hab. vbi ſi ille actus qui ratificatur, non poteſt ſecundum veritatem fieri tempore ratificationis, illa ratificatio non trahitur retro: quia extremū àquo nō eſt habile: vide Corn. in conſil. 173. col. pen. lib. 2. & Deci. in cōſil. 460. in fi. Et idem probatur in. l. neceſſario. §. quòd ſi pendente. ff. de pericu. & commo, rei uendi. vbi ſi conditio venditionis extitit re perempta, conditio non retro trahitur: quia extremum àquo non eſt habile, & ita in propoſito videtur, nam tēpore purificatæ conditionis, illa clauſula conſtituti non potuiſſet poſſeſsionē tranſferre: quia non erat apud venditorem vel donatorem. & idem not. Bar. in. l. quoties in fi. ff. de nouatio. & Alex. in conſil. 25. lib. 3. Hęc autem huic quæſtioni ſic applicantur, quòd ſi donatarius conuentus à fiſco hypotecaria, ad excludēdum fiſcum probauerit ante contractum habitum cum fiſco rem fuiſſe donatam, & traditam per conſtitutum, & conſtiterit dictum conſtitutum fuiſſe factum ſub conditione, qua pendente, donator eandem rem fiſco obligauit, licet poſtea dicta conditio conſtituti purificata ſit, non trahitur retro in præiudicium obligationis cum fiſco contractæ: quia tempore purificatę conditionis, illa clauſula conſtituti non potuiſſet poſſeſsionē transferre, ideo, quia nō erat res integra Nam ad hoc vt cōditio trahatur retro, requiritur, quòd res ſit in eodē ſtatu. vt notabi. tradit Bar. in. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. verſi. Vel aliter. ff. ad leg. Iul. de adul. & Alex. in. l. quod meo nomine. in prin. & in conſil. 78. lib. 5. & Corce. in conſil. 110. lib. 2. Ad idem facit quod not. Bar. in. l. rēs aliena. in prin. ff. de pig. actio vbi concludit, quòd ratificatio domini facta de obligatione rei ſuæ per alium facta eius nomine, non prēiudicat illi, cui dominus ante ratificationem rem vendidit vel obligauit. Et facit quod not. Abb. poſt Anto. de Butr. in cap. cum veniſſent. de reſtitu. ſpoliato.

## Cap. 49. an fiſco vt futuro creditori cōpetat ius reuocandi alienata in eius fraudem per crimi noſum ante crimen commiſſum.

1. *FVTVRIS creditoribus non competit ius reuocandi prius alienata ſine fraude.*
2. *Futuri creditores poſſunt reuocare alienata in eorum fraudem Et ibi contraria ſoluta.*
3. *Futuri creditores regulariter ius non habent reuocandi prius alienata.*
4. *Futuris creditoribus competit ius reuocādi prius alienata, quādo ſuccedunt in locum priorum creditorum.*
5. *Alienatio rei, ſi eſt facta fictè, imaginariè, vel ſimulatè, dicitur nulla & non præiudicat creditoribus, neq; præſentibus, neq; futuris.*
6. *Alienatio rei, quantumuis vera, ſi tamen eſt facta in fraudem futurorum creditorum, poteſt reuocari per dictos creditores actionibus reuocatorijs.*
7. *Actiones reuocatoriæ non ſolum competunt creditoribus ex contractu, verum etiam ex maleficio. ſi in eorum fraudem alenatum, geſtumq; ſit.*
8. *Fiſcus ſecuta condemnatione delinquentis, habet ius reuocandi alienationem factam per delinquentem antequam delictum committeret: cum illud in animo habuiſſet, & per quod bona veniebant fiſco applicanda.*
9. *Alienata poſt crimen commiſſum, & ante ſententiam condemnatoriam, poſſunt reuocari per fiſcum: quando criminoſi bona ipſo iure publicantur. Immo nec opus eſt reuocatione: cum talis alienatio nulla ſit.*
10. *Bona in quibus caſibus ipſo iure publicentur. vide ibi remiſsiue.*

Titius habens in animo committere delictum, per quod bona, lege, vel ſtatuto, veniunt fiſco applicāda, alienat dicta bona antequam delictum committat, quæſtionis nunc eſt, an fiſcus ſecuta condemnatione poſsit illam alienationem reuocare tanquam in eius fraudem factam. Vel aliter pono exemplum, vt tā in ciuilibus quàm in criminalibus quæſtio hæc accomodari poſsit. Aliquis cum in animo ſuo cōcipiat accipere mutuo magnam pecuniæ quantitatem, vel facere alium contractū, alienauit omnia bona ſua, & poſt alienationem, accepit magnam illam pecuniæ quantitatem mutuo, quæritur modo, an mutuāti futuro creditori competant actiones reuocatoriæ, ad reuocanda ea quæ prius ille debitor qui pecuniam mutuo accepit alienauit.

1. Iure communi tam in fiſco, quam in priuato cautum eſt, quód ſi cōſtiterit, debitorem fiſci prius quàm fiſco aliquid debeat, bona diſtraxiſſe, poſſeſſorem dictorum bonorum non eſſe inquietandum: nam & ſi poſtea debitor extiterit, nō ideo tamen, ea quæ de dominio eius exceſſerūt pignoris iure potuerunt fiſco obligari. tex. eſt in. l. ſi debitor. C. de priuileg. fiſci. & ad literā quoq; tex. in. l. ſi quis poſt hanc



C. de bonis proſcrip. Non enim in hoc aliquod fiſci priuilegium conſideramus, niſi cum de prioritate, vel poſterioritate obligationum dubitatur: vt tunc eius fauore incumbat probatio eius aduerſario. vt nota. per Bar. in. l. 1. num. 5. C. de iure fiſci lib. 10. & ibidem Ioan. de Platea etiam nu. 5. notat Salycet. in. l. aſsiduis. C. qui potior. in pig. habean. & dixi latè ſupra in proxima quæſtione. Et ſic patet, futuris creditoribus non competere ius reuocandi prius alienata.

2. Quam rem ita intelligas procedere, niſi ea quę alienantur, cum fraude futuri creditoris alienentur: nam tunc, ea omnia à dicto futuro creditore reuocabuntur: probatur per tex. in. l. 1. aſſumendo illum à contrario ſenſu. C. de iure fiſci. Ex quo tex. recte colligitur, quòd cum alienatio eſt facta in fraudem futurorum creditorum, ipſi poſſunt per actiones reuocatorias dicta alienata reuocare. Et quod dictis creditoribus in caſu fraudis competant reuocatoriæ, eſt glo. valde notabilis in auth. ſed iam neceſſe. in verbo ſuſpicio. & in verbo. aduerſus creditores. C. de donationib. ante nupti. quam glo. ibi Bar. reputat ſingularem: nihilominus tamen habet cōſociam in. l. in fraudem creditorum teſtamento datæ. in verbo. reſiduos. in ſecunda ſolutione. ff. qui & à quibus. & tenet hanc opinionem Iaſ. in. §. itē ſi quis in fraudem. inſti. de actio, num. 63. 64. & 65. idem tenet ibi Ioan. Fab. dicens hanc opinionem quæ dicit futuris creditoribus reuocatorias competere ſi de fraude conſtet, eſſe multum ęquam & rationabilem. Tamen contra hanc opinionem facit glo. dictæ. l. 1. ibi in verbo creditorum. quæ exponit præſentium tantum. & non futurorum. facit etiam tex. in l. pen. quæ incipit Titius. ff. quæ res pig. oblig. poſ. & tex. in. l. 1. ff. qui potior. in pig. habean. Reſpondet tamen Ioan. Faber. in dicto. §. item ſi quis in fraudem. nū 4. quem ibi. ſequitur Iaſon. num. 63. quòd in dictis locis nihil agitur de fraude: nec ibi iura allegata loquuntur in caſu in quo fraus

fraus eſſet adhibita. Vnde conſtat, quòd
cum fraus eſſet adhibita contra futuros
creditores,ipſis competeret actio reuoca
toria ad reuocāda alienata in eorum frau
dem. At contra hanc ſolutionem nimis
aſtringit tex.in.l.ait prætor. §.1. ff. quæ in
fraudem credito. vbi expreſſè habetur,
creditores præteritos reuocatoriam ha-
bere & non futuros, & quòd ita demum
dictis futuris creditoribus reuocatoriæ
competunt,ſi in locum priorum ſucceſſe
runt: quod fit,quando prioribus credito-
ribus eſt ex eorum pecunijs ſatiſfactum.
Pro tamen ſolutione prædictorum &
reſolutione, conſtituo hanc concluſio-
3. nem,Quod regulariter futuri creditores
non habent ius reuocandi prius alienata
vt in dicta.l.ſi debitor.C.de priuileg. fiſci
& in.l.ſi quis poſt hanc.§.1 de bonis proſ.
criptor &in.l.ait prætor.§.1.ff.quæ in frau
credi.& in.l. ſi quis cum haberet.eō.titu.
4. Interpræatur primo dicta concluſio,
niſi futuri creditores ſuccederent in lo-
cum priorum,vt quia ex eorum pecunijs
prioribus creditoribus ſatiſfactum eſt:
nam tunc locus fit futuris creditoribus
ad reuocandum.& ita loquitur tex.in dic-
ta.l.ait prætor. in .§. 1. in verſi. Si autem
ff.quæ in frau.cre.Si vero dimiſsis prio-
ribus quos quis fraudare voluit alios poſ
tea ſortitus eſt,ceſſat reuocatio.vt in dic
to.§.1.Quæ vt tibi magis clara videan-
tur,propono exemplum .Pone quòd de
bitor in fraudem creditorum certas res
vendidit,poſtea dictis creditoribus ſol-
uit quod eis debet,& incipit alios credi-
tores de nouo habere, nunquid iſti alij
poſsint reuocare prædicta alienata:& diſ
tinguitur,an iſtis primis creditoribus fue
rit ſolutum de pecunia ſecūdorum,quia
tunc eis ſecundis competit hęc actio ad
reuocanda alienata. Aut eis fuit ſolutum
de alia pecunia,& tunc non poſſent reuo
care.tex. eſt expreſſus in.l.ſi quis cum ha
beret.ff.quæ in frau.credi.
5. Secundo interpretatur dicta cōcluſio
niſi alienatio eſſet facta ficte imaginariè
vel ſimulatè:nam cum talis alienatio ſit
nulla non transfert dominium & per cō-
ſequens non præiudicat creditoribus ne
q; præſentibus neq; futuris,immo poſsūt
illa bona reuocare: quia non intelligitur
eſſe eius rei alienatio.l.nuda.ff.de contra
hen.emptio.&.l. emptor. & ibi per Bart.
ff.de aqua pluuia arçen.&.l. imaginaria.
ff.de reg.iur.videte Bal.in rubri.C.de re
uocand.his quæ in frau.credi.num.5. vbi
notabilem in hoc propoſito quæſtionē
proponit ſic dicens,Pone,cum concepiſ
ſem in animo meo exercere artem cam-
bij mittendo pecuniam vltra mare & ti-
mendo de periculis maris emancipaui fi
lium meum & ſecretè donaui ſibi om-
nia bona mea, de hinc incepi exercere ar
tem cambij,& in mari omnes pecunias
& vniuerſa bona mobilia perdidi, nun-
quid illi mercatores qui ſunt effecti credi
tores propter artem cambij poſsint age-
re reuocatoria contra filium emancipa-
tum cui omnia bona prius donaueram?
& concludit,quòd prædicta præſumūtur
non ſolum facta in fraudem: ſed etiam ſi
mulatè: quæ ſimulatio nullis creditori-
bus nocet per ea quæ ſupra dixi. Et pro-
bat ibi Bal. quia dolus dedit cauſam con
tractui & quod malo more geſtum eſt de
bet reſcindi: nec eſt æquum in lucro mo
rari filium,& creditores damnum ſenti-
re.v in.l.ait prætor.§.hæc actio.ff. quę in
frau.credi.
6. Ex quibus & tertio inferimus, prædic-
tam concluſionem habere locum, licet
alienatio vera eſſet,dum tamen in fraudē
futurorum creditorum facta fuiſſet: quia
tunc ſi conſtare poteſt de fraude aduer-
ſus prędictos futuros creditores, quod
apparere poteſt ex coniecturis de quibus
infra dicam,competunt illis reuocatorię
actiones,Sed ſi per nullas præſumptiones
poteſt apparere, quod debitor alienans
habuerit animum fraudandi futuros cre-
ditores tunc dictis futuris creditoribus
reuocatoriæ non competent. vt de vtro
que mēbro eſt tex. in. l. ſed ſi maritus. in
fi.ff.qui & aquib.
7. Quarto & deniq; interpretatur conclu
ſio.



ſio vt non ſolum locum habeat in aliena
tis & geſtis in fraudem creditorum ex
contractu vel quaſi vt ex tota præceden-
ti narratione apparet, verum etiam in
alienatis in fraudem creditorum ex male
ficio vel quaſi. Nam quemadmodum ac
tiones reuocatoriæ competunt credito-
ribus ex contractu, ita etiam competunt
creditoribus ex maleficio ſi in eorū frau
dem alienatum, vel aliquid geſtum eſt.
probat glo.in.§. item ſiquis in fraudem.
in verbo creditorum.inſti. de actionib.
vbi verbum illud.creditorum.exponitur
pro omni eo cui aliquid debetur.faciunt
tex.in.l.creditorū.& in.l.creditores. & in
l.ſicui.ff.de verb.ſignificatio.& in.§.pen.
in auth. de fideiuſſorib. in quibus iuribus
patet,creditorum appellatione, non eos
tātum qui pecuniam crediderint ſed om
nes quibus ex aliqua cauſa debetur acci-
piendos eſſe.
Sunt tamen qui dicunt, creditoribus
ex delicto actiones reuocatorias non cō-
petere: quos refert Iaſ. in §.item ſiquis in
fraudem. num.55.ideo quia ad hoc vt dic
tæ actiones cōpetāt duo exiguntur, fraus,
& damnum,taliter, quòd ex alienatione dē
bitoris, creditores patiantur damnum:&
ſic quod fiat diminutio patrimonij. l. qui
autem. in prin. ff. quæ in frau. credi. ſed
propter alienationem debitoris nulla di-
minutio patrimonij contingit creditori
ex delicto; ergo ſibi non competunt iſtæ
actiones reuocatoriæ. Reſpondeo tamen
ſecundam huius argumenti propoſitio-
nem non obſtare. Falſum enim eſt aſſere-
re, nullam per alienationem debitoris cō
tingere diminutionem patrimonij credi-
tori ex delicto: cum actio ex delicto eſſet
iam ſibi acquiſita.vt eſt tex in.l. qui autē.
in prin.ff.quæ.in frau.credi.&.in.l.1.§.pro
inde.verſi.Et puto.ff.ſi quid in frau.patro.
ibi. *Actionem enim de bonis diminuit.* Et ſic,
actiones reuocatoriæ etiam creditoribus
ex delicto competunt.
Ex quibus quidem claram & apertam
8. habes deciſionem, quòd quando aliquis
habet in animo committere delictū per
quod bona lege vel ſtatuto veniunt fiſ-
co applicanda,ſi ideo illa alienat ante quā
delictum cōmittat,poterit fiſcus ſequuta
condemnatione illam alienationem reuo
care tāquam in eius fraudem factā. Hanc
quæſtionem latiſsimè explicat Ioan.Fab.
in.§.item ſiquis in fraudem.num. 5. & in
ſequentib.inſti.de actio.& eandē habetis
examinatam per Bar.in.l.poſt contractū.
num. 1. ff. de donatio. & Bal.in auth. ſed
iam neceſſe. C. de donationib. ante nup.
Ratio eſt, quoniam in fraudem fiſci & ſuſ-
picione pœnæ illud videtur factum: & ſic
reuocatur,vt in.l.ſi aliquis.in.2.reſpon.ff.
de donatio.cau.mort.ibi. Quamuis cete-
ræ donationes ſi ſine ſuſpitione pœnæ fa
ctæ ſint valeāt,& in.l.in fraudem.ff.de iu-
re fiſci.in prin.ibi.In fraudem fiſci non ſo
lum per donationē ſed quocunq; modo
res alienatæ reuocantur. probatur etiam
per.l.quæſitū prima huius nominis.ff.qui
& aquib.vbi eleganter quæritur, an is qui
Mageſtatis crimine reus factus eſt manu-
mittere poſsit? Et Imperator Antoni. Cal
phurnio Chritoni reſcripſit,ex eo tempo-
re quo quis propter facinorum ſuorum
cogitationem iam de pœna ſua certus eſ-
ſe poterat, multo plus cogitatione & con
ſcientia delictorum, quam damnatione
ius dādæ libertatis eum amiſsiſſe. Et ideo
ſi ā fraude apparet verè, vel præſumptiuè,
valet quidem alienatio: ſed ā fiſco poſtea
per actiones reuocatorias reuocatur. Et
hæc eſt vera & communis opinio quam
refert Iul.Clar.in.ſua prac.§.fi.q.78.verſi.
Soler. vbi tenet, quòd eo caſu fiſcus emp
tori preciū reſtituere tenetur. Fraus enim
in delinquente probatur & præſumitur
ex cauſis & coniecturis de quibus infra in
cap.ſequenti mentionem faciemus.& vi
de Bar.in dicta. l. poſt contractum. ff. de
donationib.Et hoc verum eſt in donatio-
ne inter viuos: quia in donatione cauſa
mortis non eſt opus probare nec præſu-
mere fraudem: quæ etiam facta ante cri-
men commiſſum,& non cogitatione cri
minis,ſecuto crimine, & etiam condem-
natione reſcinditur.vt eſt expreſſus.tex.in
l.ſi ali-

.l.ſi aliquis.ff.de dona.cau.mor.ibi.Remo
uetur donatio vt imperfecta, & ponit ibi
rationem glo. quia extrema cõfirmatio
9. deficit. Quare ſi prædicta ſunt vera ante
crimen commiſſum, multo maiori ratio-
ne procedere debent, quando bona quæ
ipſo iure publicata ſunt, per criminoſum
poſt crimen commiſſum & ante ſenten-
tiam condemnatoriam alienata fuerunt.
Ratio eſt, quia bona iam non dicuntur
eſſe criminoſi poſt crimen commiſſum
cuius ratione ipſo iure publicantur. vt
probatur in .l. commiſſa. ff. de publica. &
vectigalib. ibi. Nam quod cõmiſſum eſt
ſtatim deſinit eſſe eius qui crimen com-
miſsit: & ſic ad alium illa transferre non
potuit. vulgata.l nemo plus iuris. ff ď reg.
iur. videte ſcribentes in.l.Imperatores ff.
de iure fiſci. & in cap. cum ſecundum.
de hæreti. lib.6. Et ſic vbi bona delinquen
tis ex eo crimine ipſo iure & facto publi-
cantur, tunc alienatio ab eo facta poſt cri
men commiſſum eſt ipſo iure nulla: nec
in hoc erit opus aliqua reuocatione: quia
cum nulla ſit, non tranſfert dominium &
per conſequens non preiudicat neq; eius
rei alienatio eſſe intelligitur .l. nulla. ff. de
contrahen. emp. Et in quibus caſibus bo-
10. na ipſo iure publicentur vide Petrũ Due-
nyas. in reg.150. vbi in fi. refert.250. caſus
in quibus bona ipſo iure confiſcantur. &
ſecundum ſupra ſcriptam opinionem &
ſententiam in conſulendo & iudicando
tranſirem.

## Cap.50. in quo agitur

de caſibus & cõiecturis quibus in ma-
teria reuocandæ alienationis in frau-
dem creditorum factæ fraus præſuma
tur: vt declaratio ſit præcedentis capi-
tuli, & fiſcus ſciat modos quibus reuo
cationem alienationis in eius fraudem
per criminoſũ factæ prætẽdere poſsit.

1. *Fraus præſumitur in alienatione, quando cont
tractus in cõtinenti poſt alienationẽ fiunt etiã
alio non probato.*
2. *Fraus præſumitur in alienatione quando eſt fa
cta alienatio omnium bonorum.*
3. *Fraus præſumitur in alienatione, quando debi-
tor alienat in coniunctam perſonam.*
4. *Fraus præſumitur in alienatione, quando debi-
tor qui alienauit reperitur poſt alienationem ipſa
bona poſſidere.*
5. *Fraus præſumitur in alienatione, quando alie-
natio fit clam, & clam dicitur fieri multis mo-
dis vt ibi remiſsiue.*
6. *Fraus præſumitur in alienatione, quando quis vo
catus ad iudicium vendidit bona, vel ſi eſſet ſpes,
quòd de proximo citaretur.*
7. *Fraus præſumitur eo ipſo quòd emitur per inter
poſitam perſonam.*
8. *Fraus præſumitur contra illos, qui patrimoniũ
ſuum intricant.*
9. *Fraus præſumitur in alienatione, quando fit alie
natio rerum magis precioſarum.*
10. *Fraus præſumitur in alienatione, quãdo debitor
ſcit ſe habere creditorem, & bona ſua non ſuf-
ficere: quia tunc alienando fraudem facere vi-
detur.*

CVM in præcedẽ
ti capite ď reuo
canda alienatio
ne in fraudẽ fu-
turorum credi-
torum facta di-
xerim⁹, mihi op
portunum viſũ
fuit hoc in capi
te explicandos
eſſe modos quibus in hac materia con-
tra creditores fraus præſumatur. Et inco-
1. hãdo materiã dico, Primo reperiri cautũ,
fraudem committi, quando contractus
in continẽti poſt alienationem fiunt etiã
alio non probato. tex. eſt in.l.ſi ventri. §. fi
ff. de priuileg. credi. & in.l.lecta. verſi. Di-
cebam. ff. de reb. cred. ſi cert. pe. & ď certi.
condic. & tenet ita Iaſ. in. §. item ſi quis in
fraudem. num.63. inſti. de actionib.
2. Secundo præſumitur fraus, quando eſ
ſet facta alienatio omnium bonorũ pro
batur per tex. in.l.omnes. §. Lucius. ff. quę
in frau. cred. vbi qui libertis ſuis ſeu filijs
naturalibus vniuerſas res ſuas tradidit,
quamuis conſilium fraudandi habuiſſe
non proponatur, tamen, quia creditores
habere ſe ſcit, & vniuerſa bona ſua aliena-
uit, intelligendum eſt, fraudandorum cre
ditorum conſilium habuiſſe. Et quamuis
ille tex. loquatur & procedat in alienatio
ne facta titulo lucratiuo ſcilicet donatio
nis, prout ita intelligit ibi glo.j. tamen ha
bet etiam locum & procedit in aliena-
tione facta titulo emptionis: & ſic titu
lo oneroſo. vt eſt glo. in. l. qui teſta-
mentum in verbo. modum. & ibi Bar.
ff. de probatio. idem tenet Bar. in. l.
poſt contractum capitale crimen. num.
2. ff. de donationib. Inteligit tamen iſta
Iaſ. quando venditio eſſet facta pro valde
minori precio quàm valerent ipſa bona:
aliàs ſecus. vide Addi. ad Bar. in dicta.l.
poſt contractum. ſuper verbo. idem in vẽ
ditione. & in eã.l. Imola. num.1. Ad quod
etiam accedat quod voluit Bar. in dicta.l.
poſt contractum. num.17. vbi tenet, quòd
datio in ſolutum facta à debitore ita de-
mum reuocatur à fiſco tanquam in eius
fraudem facta pro valde pluri quàm eſſet
debitum, aliàs ſecus: & ratio eſt ſecundũ
eum ibi, quia paucitas precij facit præſu-
mi fraudem. allegat.l. per diuerſas. C. mã-
da. De quo not. per canoniſ. in cap. ad
noſtram. ex. ď emptio. & vendi. & in cap.
illo vos. ex. de pignorib. Et an quãdo alie
natio eſt facta titulo oneroſo. creditor te
neatur precium reficere emptori, vide
Additio. ad Bar. in.l.poſt contractum. ff.
de donationib. in verbo. item in venditio
ne. & Bar. in.l. ſi debitor. ff. de his quæ in
frau. credi Ioan. Imo. in dicta.l. poſt con-
tractum. num.1. & glo. in. §. item ſi quis in
fraudẽ. in verbo. in fraudem. inſt. ď actio.
3. Tertio præſumitur fraus aliter non pro
bata, quando debitor alienaret in coniun
ctam perſonam.l. data. C. de donatio. &
eſt tex notab. in.l.penul. in prin. ff. de bon.
liber. Dicit tamen notabiliter Bar. in .l.
poſt contractum. num.3. quòd ſola proxi
mitas non ſufficeret ad faciendum præ-
ſumi fraudem, niſi etiam alia cauſa præce
deret. Quod etiam ibidem extendit in vẽ
ditione, licet ad reuocandam venditio-
nem requiratur quòd emptor ſit parti-
ceps fraudis. vt in.l.ait prętor. §. ſi quis par
ticeps. ff. de his quæ in frau. credi. ſed pro
pter coniunctionem perſonarum præſu-
mitur contra emptorem, qui debet ſcire,
arg.l. Octaui. ff. vnde cogna. & l. de tute
la. ff. de in integr. reſti.
4. Quarto præſumitur fraus, quando de-
bitor qui alienauit reperitur poſt aliena-
tionem ipſa bona poſsidere tex. eſt not.
in.l.ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod.
pig. vel hpyothe. ſol. & .l.ſi is qui. ff. de ac-
quir. hæredi. & .l.ſi quis. in fi. C. de natura-
lib. liber. Verum dicit Bar. in dicta.l.poſt
contractum capitale crimẽ. num.4. quòd
quando alienans reperitur poſt alienatio
nem ipſa bona poſsidere, lex magis vide-
tur velle quòd ſit alienatio ſimulata & ima
ginaria, quàm quòd ſit vera & facta in frau
dem. Et eſt differentia, nam ſi eſt ſimulata
& imaginaria, ipſa quidem nulla eſt. l. em
ptor. ff. de aqua plu. arcen.l.nuda. ff. de cõ
trahen. empti.l.imaginaria. ff. de reg. iur.
& .l.qui ſub imagine. C. de diſtrac. pignor.
& tunc nõ requiruntur actiones reuocato
riæ: quia de bonis non exiuit. Sed ſi eſt ve
ra & facta in fraudem, tunc ſunt neceſſa-
riæ actiones reuocatoriæ. Iſtud tamen li-
mitat Bal. in.l.illud. C. de ſacro ſanct. ec-
cle. quando cum ipſa poſſeſsione concur
rerent aliquæ coniecturæ ſiue aliquæ cau
ſæ, vt ibi not. per eum. Nam ſola continua
tio poſſeſsionis non ſufficit ad probandã
ſimulationem; & maximè, quando ſimu-
latio allegatur per contrahentem, ſecun-
dum Bal. & Salyce. in.l.emptione. C. plus
valere quod agit, quàm quod ſimul. con-
cipi. & ſecundum Areti. conſil.65. num.3.
5. Quinto, præſumitur fraus, quãdo alie
natio fieret clam.l.ſi. ff. de ritu nup.l. non
exiſtimo cum ſimilib. ff. de adminiſtra.
tuto. Dicit tamen Bar. in dicta.l.poſt con-
tractum. num.7. quòd hoc procedit, quã-
do alienatio eſt facta clam titulo lucrati-
uo, vt puta, donationis: & credit, quòd in
venditione opus eſt probare emptorem

fuiſſe participem fraudis, per. l. ait prætor
§. ſi quis particeps. ff. de hisquæ infrau. cre
di. Verum Ioan. de Imo. in dicta. l. poſt cō
tractum. num. 3. dicit forte hoc caſu indu
bio præſumendum eſſe contra emptorē,
exquo clandeſtinè emit. per dictam. l. fi.
ff. deritu nuptia. Idem ſequitur Iaſon per
jura allegata in. §. item ſi quis infraudem.
nu. 44. inſti. d actionib. vbi etiam. nu. 45.
aduertit eſſe notandum, quòd ſemper
vbi requiritur judicis decretum, vel ſupe
rioris auctoritas, tali decreto vel authori-
tate non interuenientibus dicitur fieri
clam. allegat tex. notabi. in. l. 1. C. de præ-
dijs de curio. lib. 10. & ibi. Bar. & glo. in l.
2. in verbo occulte, & ibi Bar. C. de his qui
ex pub, ratio. mut. pecu. acceper, cō. lib.
10. & glo. valde nota. in cap. cū in hibitio.
in verbo clādeſtina. ex. d clādeſ. deſponſa.
Ad hocetiā Iaſ. reputat eſſe ſingularē. glo.
in. l. 1. in. verbo malafide. C. de fide inſtru.
& jure haſtæ fiſ. lib. 10. quæ dicit, quòd
vbi non contrahitur cum ſolemnitatibus
aut ordinibus requiſitis a jure ciuili velmu
nicipali, dicuntur contrahentes eſſe inma
la fide. Notate etiam hic, quod clam dici-
tur fieri multis modis. videte Feli. in
cap. conſuluit num. 22. ex. de ofi. & poteſ
ta. judi. delega.

6. Sexto præſumitur fraus, quando voca-
tus ad judicium vendidit bona: vel ſi eſſet
ſpes, quod de proximo citaretur. Nam iſ
ta eſt conjectura quód in fraudem vendi-
derit. ita tenet Felin. in. cap. conſultationi
bus, num. 1. per illum tex. ibi. *ante quam lit
teris ipſius notitiam habuerit* & Bal. in. l. quo
ties. num. 7. C. de reiuen. vbi dicit, quòd
talis emptio eſſet doloſa, & mala fide fac-
ta, & ideo non patrocinatur emptori, qui
dicit, hoc dictum eſſe Odofredi, & eſſe no
tandum: quia preparatur contra multas
fraudes & baratarias. Vide quoq, apoſtil-
lam ad Bal. in dicta. l. quotiens. ſuper ver-
bo. dicit hic Odofredus. vbi multa ad pro
poſitum allegantur.

7. Septimo præſumitur fraus, eo ipſo ꝙ
emitur per interpoſitam perſonam ſecū-
dum Bar. in. l. ſi pupillus. §. fi. ff. de auctori.
tutor. & probatur ibi in dicto §. fi. vbi tu-
tor qui emit rem pupilli per interpoſitam
perſonam in ea cauſa eſt, vt emptio nul
lius momenti ſit: quia non bona fide vide
tur geſsiſſe rem.

8. Octauo præſumitur fraus contra illos
qui patrimonium ſuum intricant: quia
intelliguntur in fraudem creditorum in
tricare ſecundum Angel. de Peru. in. l. fi.
ff. de ſtipula. ſeruor. vbi dicit, hoc eſſe no-
tandum contrá illos qui poſt multos cre
ditores quæſitos de eorum bonis diuerſi
mode & per diuerſos diſponunt, vel per
libros rationum intricant ita calculum,
quòd ratio videri non poteſt: nam intel-
liguntur in fraudem feciſſe. vide ad lite-
rā tex. in. l. ſumma cū ratione. ff. de pecul.

9. Nono præſumitur fraus, quando fit
alienatio rerum magis præcioſarum. vt te
net idem Angel. in dicta. l. fi. ff. de ſtipula-
tio. ſeruor. vbi dicit, quod quando quis
melius & vtilius patrimonium alienat &
ſibi reſeruat ſolum inutilia, intelligitur
illud in fraudem creditorum feciſſe. facit
tex. in auth. de trien. & ſemiſ. in prin. in
verſ. Si vero vltra quatuor.

10. Decimo et vltimo ad præſumendam
fraudem debitoris in proprijs terminis
materiæ noſtræ habemus notabilem prac
ticam juris conſulti in. l. ſiquis cum habe-
ret. ff. quæ infrau. credi. quam ibi not. Bar.
Nam eo ipſo, quòd debitor ſcit ſe habere
creditorem, & ſcit bona ſua non ſufficere
tunc alienando videtur fraudem facere.
Quod autem ſciat ſe habere creditores,
probatur de facili, ſi illos habet ex facto
ſuo. l. quamquam. ff. ad Velleia. vbi pro-
prij facti ignorantia quis prætendere non
poteſt: nec licet alicui in proprio facto er
rare. vt eſt ibi glo. in verbo non poteſt. &
in. l. item quæritur. §. ſi Fullo. & ibi glo. in
verbo ignarus. & l. ſed addes. §. 1. ff. loca. &
l. cum falſum. ff. de acquir. hæredi. Quod
autem ſciat bona ſua non ſufficere, dicit
Bar. in eadē. l. ſiquis cum haberet. hoc poſ
ſe probari ex doctrina quam ipſe dat in.
l. Iulianus. ff. qui & a quib. ſed. Iaſ. in. §. itē
ſiquis in fraudem. inſti. de actio. num. 46.





credit Bartolum eſſe corruptum quia il-
lam legem non legit, & intelligo Iaſonem
dicere verum, cum Bar. dictam. l. Iulianus
non interprætetur. & ideo Bar. debuit alle
gare doctrinam quam dat in. l. infraudē.
cō. ti. qui & a quib. quam doctrinam habe
tis longè latius & melius explicatam per
ipſum met Bar. in auth. ſed cum teſtator.
num. 5. C. ad leg. fal. vbi diſtinguit & facit
differentiam inter actus morientium &
viuentiū. videte ibi per eum. Et not. quod
dicit Angel. in. §. item ſiquis infraudem.
num. 5. in fi. quòd ſuper iſta fraudatione
interrogabuntur familiares vxor & do-
meſtici. vt not. in. l. 2. C. quando & á quib.
quarta pars debetur lib. 10. & quòd iſto
modo probabitur debitorem feciſſe in
fraudem, videlicet, quia eo ipſo, quòd de
bitor ſcit ſe habere creditores, & ſcit ſua
bona non ſufficere, tunc alienando vi-
detur facere infraudem. vt ſupra dixi-
mus. Alios nonnullos caſus perquos
præſumitur fraus ponit & enumerat Bar.
in. l. poſt contractum. ff. de donationib.
Nonnullos etiam ponit Bar. in. l. 2. & ibi
latius Bal. C. de repudian. hæredi. & idem
Bar. in. l. pupillus. § fi. ff. de auctori. tuto.
& in. l. 1. §. is quoq,. ad fi. de colla. bono.
& in. l. multum. C. ſiquis alteri vel ſibi. &
Bal. in. l. 1. C. qui bon. cedere poſſu. &
Cyn. Bal. & Angel. in. l. ſiquis poſthac. C.
de bon. proſ. & Bal. in. l. 2. C. ad ſenat. con
ſul. velleia. & Ioan. Faber. in. §. item ſi-
quis in fraudē. inſti. de actionib. Deniq;
vide Lucam de Pen. in. l. quemadmo-
dum. de agricol. & cenſi. lib. 11. C. ponen-
tem. 223. caſus in quibus dolus & fraus
præſumitur.

FINIS.

## AD LAVDEM ET GLORIAM OMNIPOTENTIS DEI, EIVSQVÆ MATRIS VIRGINIS MARIÆ, IN VSVM ET GRATIAM STVDIOSO

rum ſortiuntur finem quæſtiones huius voluminis don Ludouici à Pe
guera Sacri Regij Concilij Cathaloniæ Conciliarij: Impræſſę
Barcinonę in ædib⁹ Huberti Gotart. anno Chriſti
Milleſsimo. Quingenteſsimo. Octua
geſsimo Quinto.

## LITTERAE QVATERNIONVM huius libri, indice excepto.

A. 1. 2. 3 B. 1. 2. 3. C. 1. 2. 3. D. 1. 2. 3. E. 1. 2. 3. F. 1. 2. 3. G. 1. 2. 3. H. 1. 2. 3. I. 1. 2. 3. K. 1. 2. 3. L. 1. 2. 3. M. 1. 2. 3. N. 1. 2. 3. O. 1. 2. 3. P. 1. 2. 3. Q. 1. 2. 3. R. 1. 2.

# INDEX EORVM QVAE IN HOC OPERE DON LVDOVICI A PEGVERA CONTINENTVR LOCVPLETISSIMVS.

## A


ABigei qui dicantur. fol. 49.num.1.
Abigeatus crimẽ quãdo cõmittatur.fo.49.nu.2.
Abigeatus crimẽ nõ cõmittur, quãdo quis ouẽ errãtem, vel equum in ſolitudine exiſtẽtem abducit, non arte abigendi, ſed retinendi.fol.49. num.3.
Abigeus non dicitur qui pecora de quorũ proprietate controuerſiã faciebat abegit.dolo tamen omnino ceſſante. fol. 49.num.6.
Abigeorum pœna quæ ſit.fol.49. num.7
Abigeorum receptatores ad deſennium relegantur.fol.49.num.8.
Abſens pro quo fuit factum conſtitutum expulſus de poſſeſsione antequam ratum habeat, non habet remedium recuperandæ poſſeſsionis. fol. 93.nu.10.
Actione injuriarum & ciuiliter & criminaliter agi poteſt.fol.25.num.1.
Actiones reuocatoriæ nõ ſolum competunt creditoribus ex contractu, verum etiam ex maleficio.
Affectꝰ cũ attẽtato in atrociſsimis d̃lictis punitur nõ ſecuto effectu eadẽ pœna ſicut in delicto conſumato. fol.17.nu.8.
Affectus de generali conſuetudine non punitur nõ ſecuto effectu.fol.18. nu.13
Affectus vbi à lege punitur nõ ſecuto effectu, poteſt iudex ex poteſtate ſibi à lege cõceſſa mitigare pænã. fol.19.num.23.
Alius pro alio jure diuino & humano capi non poteſt neque pro alienis debitis moleſtari.fol.23.num.1.
Alimenta non ſunt vxori prœſtanda per maritum extra eius domũ.fol.40.nu.1
Alimentà in domo mariti vxori debẽtur rationibus hic inſertis.fol.40.num.2.
Alimenta vxori non debentur à marito, quãdo ipſa à domo mariti ſine illius voluntate ſe abſentat.fol.40.num.3.
Alimenta ſunt præſtanda à marito vxori extra domum, quando ipſa receſsit culpa mariti.fol.40.num.4.
Alimenta legata alicui quoad cum aliquo morabitur, ſi legatarius nõ poteſt morari in illa domo propter aliquã iuſtã rationẽ, nihilominus debebuntur legatario extra illã domũ.fol. 40. nu. 6.
Alimenta debẽtur vxori de redditibus dotis in domo mariti: etiam ſi nõ aſcẽdãt ad quantitatẽ alimentorũ.fol.40.nu.7.
Alienatio rei ſi eſt facta fictè imaginariè vel ſimulatè dicitur nulla & nõ præiudicat creditoribꝰ neq; præſentibꝰ neq; futuris fol.95:num.5.
Alienatio rei quantumuis vera, ſi tamen eſt facta in fraudem futurorum creditorũ poteſt reuocari per dictos creditores actionibꝰ reuocatorijs. fo. 95 nu. 6.
Alienata poſt crimẽ cõmiſſũ & ante ſententiam condemnatoriã poſſunt reuocari per fiſcum, quando criminoſi bona ipſo jure publicãtur. Immo nec opꝰ eſt reuocatione: cum talis alienatio nulla ſit fol.96.num.9.
Amoris furore nihil vehementius.fol.19. num.20.
Animꝰ nõ poteſt ꝑteſtes ꝓbari.fo.17.nu.3
Animus & volũtas interior iudicatur per actus externòs.fol.17.num.4.
Animus talis præſumitur qualia ſunt verba vel facta.fol.26.num.8.
Animꝰ occidẽdi prę̃ſumit̃ in homine malę famę, & cõditionis: & maximè, quãdo eſt malꝰ in eodẽ genere mali.fo.29. nu. 9.
Animus occidendi præſumitur ex percuſſione illata in capite.fol.29.nu.10.
Animꝰ occidendi prę̃ſumitur ex armis, & ex impetu, & furore percuſsionum. fol.

29.num.12.
Animus occidendi præſumitur in eo qui percuſsit hominem iam ægrotum ex primis vulneribus licet vulnus vltimo loco illatum in homine ſano nõ eſſet mortale.fol.29.num.13.
Animus tanquam quid in corde iacens à ſolo Deo dinnoſcitur.fol.30. num. 18.
Arbitrio iudicis relinquenda eſt probationum materia.fol.43.num.4.
Arbitrium iudicis non poteſt ſe extendi ad pœnã mortis naturalis,fol.44.nu 17
Arbitrio iudicis relinquitur, num ſequeſtrum decernere expediat.fol.72. nu.13
Aſcendens cum ſcalis de nocte ad domũ alienã cauſæ violãdæ caſtitatis tenetur pœna *vltimi ſupplicij.fol.46*.num.1.
Aſcendere cũ ſcalis qualitas eſt quæ agrauat principale delictum.fol.47. nu.2.
Aſſertio vulnerati neque præiudicat reo, neque contra eum facit indicium ad torturam.fol.34 num.5.
Aſſertio vulnerati ſufficiens indicium eſt ad inquirendum:& etiam ad capturã. fol.34.num.6.
Aſſertio vulnerati morientis excuſat à calumnia & temeritate hæredẽ mortui qui motus eſt ad accuſandũ.fo.34.nu.7
Auxilians amico ſuo rixanti, ſi interfecit aduerſarium,non eſt vt homicida pœna ordinaria damnandus.fol.30.nu.21.

# B

BAnnitus vel relegatus ad certũ tempus minus deſſennio, ſi frangit fines dicti exilij, multiplicatur ei tempus quod ſuper eſt.fo. 82.num.9.
Bannitus ſeu exulatus á prouincia vel ciuitate in perpetuum,ſi frangit fines dicti exilij extra ordinem iudicis arbitrio punitur.fol.82.num.10.
Bellum legitimum indici poteſt, quando Rex requirit alium Regem, quòd à ſuis regnicolis emendari faciat damnũ iniuſtè datum ſuis vaſſallis iniuriasq; reſarciri,&Rex requiſitus illud facere cõtemnit.fol.24.num.9.
Bona mariti vxori ſunt tacite obligata pro alimentis debitis.fol.41.num.11.
Bona inquibus caſibus ipſo iure publicãtur.fol.96.num.10.

# C

CAmbium.pactum appoſitum in contractu mutui facultatis ſumẽdi tantundẽ quantitatis mutuatæ ad cambium eo ipſo quo dicta quãtitas mutuanda iuxta ſtatutũ indicto contractu tempus ex ſoluta eſſet, vt intereſſe ſeu actuarium cedat oneri mutuatarij,idq; ad rationẽ duodecim pro centenario, non inſeruit niſi expectato tempori ad exaugendum fœnus.fol.65.num.2.
Cambium.facultas ſtipulata per mercatorem accipiendi ad cambiũ à ſe ipſo quãtitatẽ mutuatã ad onus mutuatarij iuncta obligationi quã mutuatarius in eodẽ contractu facit reſtituẽdi dictã quãtitatẽ in loco vbi mutuũ celebratur infra certum tempus demonſtrat cãbia hinc inde çelebrata vſuraria eſſe.folio. 65.num.3.
Cambia celebrata cum aliquo Principe quarũ litteræ mittuntur ad eorundẽ cãpſorũ inſtitores vafra& vſuraria appellantur: & ſic ſunt collocanda inter illa quæ propriè ſicca appellantur & ſunt cambia ficta.fol.65.num.4.
in Cambijs intereſſe lucri ceſſantis nõ poteſt à principio certum & determinatũ taxari.fol.66,num.6:
Capitis pœna non dicitur illa quæ mortẽ naturalem infert.fol.2 num.6.
Capitis vulnera magis dicuntur læthalia quàm illata in alia parte corporis. fol. 28.num.3.
Capitis vulnera dicuntur læthalia &arguunt intentionem mortis.fol.29. nu. 11.
Cauponarium artium à Platone ſex leges fol.86.num.10.

in Cau



In Cauponis ſeu ganeis modus præſcriptus a Lacedæmonibus. fol.87.num.11.
Caupo actione in factum tenetur,ſi res in caupona recepta non reſtituatur: vel furto ſit ablata fol.88.num.1.
Caupo nõ tenetur viatorum factum preſtare.fol.88.num.2.
Caupo,ſi res ſit ſibi ſpecialiter adſignata, & data cuſtodienda, à quocunque res illa furto ſubſtrahatur, tenetur illorum factum præſtare fol. 88.num.3.
Caupo ſi in eius caupona vis maior contingit perquam res pereat, poteſt de dicta vi contra damnum paſſum exceptionem proponere.fol.89.num. 4.
Caupo tenetur pro illis qui in caupona habitandi cauſa ſunt, ſi ibi furtum fecerint,damnũ uè dederint.fol.89.nu.5.
Caupo actione ex quaſi maleficio tenetur, pro illis quos ipſe cauponæ excercendæ cauſa habet, ſi in ea furtum fecerint,aut damnum viatoribus dederint: quia vtitur opera malorum hominum fol.89.num.6.
Caupones qui dicantur.fol.87.num.1.
Caupona non ſolum dicitur mulier quę vendit vinum verũ etiam ipſa taberna vinaria.fol.87.num.4.
Cauſa dicitur ciuilis, quando pœna parti applicatur: criminalis vero, quando fiſco.fol.14.nu.2.
Cauſa præiudicialis prius tractanda eſt, ſiuè principaliter moueatur,ſiuè per modum incidentis aut emergentis. folio. 21.num.2.
Cauſa ciuilis ſi criminali intermittitur prius de crimine iudicatur. Quod intellige, quando criminalis cauſa extinguit & abſorbit omnino ciuilem fol. 21.num.3.
Cauſæ neque ciuiles neque criminales à Principatu Cathaloniæ extrahũtur:ſed ibi ſine debito terminãtur.fol.38.nu.1.
Cauſa grauis & capitalis quæ dicatur arbitrio judicis relinquẽdũ eſt.folio.34.nu.9
Celans rem quam ſcit alienam lucri faciẽdi cauſa,furtum cõmittit.fol. 49.nu. 5.
Chriſtianum iudæũ appellare, & ei cui dicitur, & toti eius agnationi, & à ſe deſcentibus iniuria infertur.fol.26.nu.14.
Ciuilis cauſa dicitur, quando pœna parti applicatur, criminalis vero quando fiſco,fol.14.num.2.
Ciuilis cauſa ſi criminali intermittitur prius de crimine iudicatur, quòd intellige, quando criminalis cauſa extinguit & abſorbit omnino ciuilẽ. fol. 21.nu.3
Ciuilis poſſeſsio rei perditæ tandiu durat quãdiu eſt ſpes illã in quirẽdi.fo.49.nu.4
Clauſula coſtituti verè eſt translatiua dominij & poſſeſsionis.fol.93.num.8.
Clericis non licet ganeas & popinas intrare.fol.88.num.13.
Clericorum popinas frequẽtantium pœna.fol.88 num. 15.
Clericus vſurarius juris infamia punitur. fol.57.num.3.
Clerici vſurarij ab obtinẽdo beneficio repellantur, & an ab officio & beneficio ſuſpendantur.ibi.fol.59.num.15.
Cogitatio illa ſcilicet, quæ ſtat in finibus ipſius cogitationis nõ punitur.fo.17.nu.2
Cõmutatio pœnę pecuniariæ in corporalẽ nõ habet locũ in ciuilibus fol.14.nu.3.
Conatus cum attentato punitur, licet delictum non ſit conſumatũ.fol.17.nu.5.
Confitens de ſe delictum ſe ipſum infamẽ declarat.fol.7.num.2.
Confeſſarij admonere reũ debent, quòd in criminibus exceptis ſocios denuntient.fol.11.num.27.
Cõfeſsio extra iudicialis perfectè probata in ſua ſpecie, facit indiciũ ad torturã fol 33.num.3.
Confeſsio extra iudicialis tunc probat, quando fit in ſpecie: ſecus autem quãdo fit in genere quia debet eſſe certa & liquida.fol.34.num.4.
Confiſcatio bonorũ in Cathalonia nõ habet locum niſi in crimine hæreſis, & læſę Mageſtatis in primo capite. ſed habet locum ſequeſtratio in caſibus a jure expreſsis.fol.72.num.11.
Conſecrata vaſa dicuntur illa quæ ſecundum eccleſiaſticum morẽ ſacro oleo inunguntur.fol.44.num.12.

 Conſue

Conſuetudo in crimine lenocinij inducitur exbino actu.fol.32.num.12.

Conſuetudo quamuis praua & iniqua excuſat à pœna tẽporali.fo.68. nu.1.&.3.

Conſuetudo fœnerandi per vſurariã prauitatem non eſt conſuetudo nec meretur nomen conſuetudinis ſed potius corruptelæ.fol.68.num.2.

Conſuetudo contra ius naturale non inducitur.fol.68.num.3.

Conſuetudo non inducitur contra ius diuinum.fol. 69.num.5.

Conſuetudo praua & iniqua non excuſat,quando quis ea vteretur lucri cupiditate & lucrũ eſſet turpe.fol.69. nu.8.

Conſuetudo inducta contra diſpoſitionem juris poſitiui quantumuis praua & iniqua excuſat à pœna temporali. fol.69.num.12.

Conſtitutum factum abſenti transfert poſſeſsionem, notario pro eo ſtipulante.fol.94.num.11.

Conſtitutum ſub conditione ea pendente non transfert poſſeſsionem. Et licet purificata conditione, conditio retrotrahatur, tamen ſi ante euentum conditionis res pro qua fuit factũ conſtitutum alteri vendita ſit ſeu donata & tradita,illi ius quæſitum eſt:quod tolli non poteſt, licet prima conditio conſtituti primi emptoris, vel donatarij purificata ſit: quia non trahitur retro in præiudiciũ ſecundi emptoris vel donatarij.fol.94.num.12.

Contractum cum hoſte inire an liceat. fol.52.num.11.

Contractus illegitimi qui ſint lex ciuilis & humana docet:ad quam pro hujus modi confugiendum eſt.fol.55.num.21.

Contrahentes matrimoniũ cum mulieribus adulterij crimine damnatis ſciẽtes (ſi quocunque modo pœnã capitalẽ euaſerint) vt lenones puniendi ſunt. Quod hodie eſt correctũ, quando illa vxor fuiſſet emendata & correcta. fol. 31.num.9.

Creaturæ omnes ex quo continuo operãtur,docent non eſſe in otio perſiſtendum fol.4.nu.5.

Creditores habentes actionem realem hypothecariam præferuntur creditoribus perſonalem actionem habentibus etiam priuilegiatam.fol.75.num.8.

Creditores ex depoſito tantum actionem perſonalẽ habent ex contractu deſcendentem fol.75.num.10.

Creditores ex depoſito præferendi ſunt quibus cunq̃ alijs creditoribus in re depoſita: quando ipſa extat.fol.75.nu.11.

Creditores habentes realẽ actionẽ hypothecariam in bonis depoſitarij præferũtur in pecunijs depoſitis creditoribus illas deponentibus.ſi illarum pecuniarũ dominium in depoſitarium fuit trãſlatum.fol.76.nu.14.

Creditores campſorũ in Cathalonia de iure principatus,habent bona eorundẽ cãpſorum hypothecata ac ſi ſcriptura publica ſpecialiter & generaliter obligarentur.fol.76.nu.15.

Creditores quando ſunt æquales in obligatione & hypotheca,ille qui prior eſt tẽpore potior eſt iure. Secus eſt, quando in poſteriore concurrit fauor publicus à lege conſideratus. fol.76.nu.16.

Crimen abigeatus quando committitur. fol.49.nu.1.

Crimen abigeatus nõ cõmittitur, quãdo quis ouem errãtem,vel equum in ſolitudine exiſtẽtẽ abducit nõ arte abigẽdi ſed retinendi.fol.49.nu.3.

Crimen vſurarũ ſapit furtum & rapinam fol.55.nu.23.

Culpa quando dicitur eſſe mariti, quòd vxor ab eius domo recedat folio. 41 num.9.


## D


DEpoſitũ ſi caſu fortuito pereat, vel aliàs culpa leui vel leuiſsima depoſitarij dũmodo eius dolus non interueniat perijt deponenti,& ad illarum reſtitutionem depoſitarius non tenetur fol.75.num.3.

Depoſitarius penes quem ad numerum pecunia deponitur non tenetur eandem reſtituere in ſpecie,ſed aliam in eodem genere.fol.75.num.5.

Depoſitarius qui pecunijs apud ſe depoſitis vti poteſt, ſi illas non reſtituit cum à ſe petuntur, tenetur deponenti ad vſuras. fol.75.num.6.

Depoſitarius qui rem depoſitam in genere teſtituere tenetur,ſi pereat caſu fortuito ad eius rei reſtitutionem tenetur. fol. 75. num.7.

Deportati , ciuitatem , teſtamenti factionem,& ea quæ ſunt juris ciuilis amittunt fol.82.num.8.

Deportatus frangens fines deportationis ſummo ſupplicio afficiendus eſt.fol. 82. num.13.

Detrahere quid ſit.fol.8.num.5.

Dictum ſocij criminis in caſibus in quibus poteſt interrogari quam fidem faciat & maximè,quando concurrunt alia indicia.Et in regio concilio qualiter hæc opinio recepta ſit.fol.12.num.30.

Dictum ſocij criminis coadiuuatum alijs indicijs, facit indicium ad torturam. fol. 12.num.32.

Dictum ſocij criminis coadiuuatum alijs indicijs ad hoc vt faciat indiciũ ad torturam requiritur,quòd ſit factum cum juramento,& etiam in tortura fol.12.num.34.

Dictum ſocij criminis facit fidem contra conſocium, quando eſt factum in tortura,vel ſtatim poſt.fol.12. num.36.

Dicto denunciantis tantam quantitatem ac tales & tales res non eſt ſtandum. fol. 42.num.1.

Dymas Lòris epiſcopus Barcinonenſis. inter ſuos ſubditos vigilantiſsimus.fol.88 num.14.

Diſcrimen inter vſurã & fœn9. fol.51. nu. 4.

Diſpoſitio cap. quamquam. de vſuris. in. 6. non ſolum obtinet aduerſus manifeſtos vſurarios ex cauſa mutui,ſed & cõtra eos qui manifeſtè venditionis & emptionis titulo vſuras excercent. Item etiam contra iudæorum manifeſtorum vſurariorum teſtamentum atque codicillos fol. 58, num.11

Diuerſoriũ propriè quid ſit. fol. 87. num.2.

Diuiſionis incommoda maxima ſunt, vt hic exemplis demonſtratur.fol.22.num.3

Domini bonorum de peſte infectorum ſeu ſuſpectorũ poſſunt compelli, quód proprijs expenſis bona impurgabilia cõburant.fol.20.num.10.

Domini & barones qui in ſuis terris & iuriſdictionibus ſuſtentant latrones & facinoroſos homines graue faciunt ſcandalũ Primo contra bonum publicum. Secundo in ſupremæ poteſtatis de decus. Tertio contra publicã vindictã. Quarto deni que contra omnia iuris præcepta fol. 72. num.14.

Dominio rei ſuæ quis priuari non debet. fol.19.num.2.

Dominium pecuniæ depoſitæ in banchis non transfertur in depoſitarium, quando ipſa pecunia deponitur obſignata in ſaculo & ſine numeratione.fol.74. num.2.

Dominium pecuniarum in menſis publicis ſeu banchis ad numerum depoſitarũ tranſit in menſularium ſeu bancharium. fol.75 num.4.

Domus eſt cuique tutiſsimum refugium fol.19.num.1.

Domus in qua falſa ſeu adulterina cuditur moneta fiſco regio adiudicanda eſt, & quomodo hoc intelligatur,& an domus viduarum & pupillorum excipiantur.fo. 90.num.13.

Donatio alicuius rei , traditione perfecta antequam bona donantis fiſco obligentur,non poteſt retractari: nec res donata per fiſcum auocari.fol.93.num.5.

Donatio non dicitur perfecta, niſi res donata tradatur & quomodo intelligatur. fol.93.num.6.


## E


EBrius delinquens in ebrietate mitius punitur,fol. 19. num. 22.

Eccleſia ſecuros facit ad eám fugiẽtes ab omni genere pœnarũ fol.14.num.5.

ab Eccleſia non eſt quis violenter extrahendus.fol.80. num.1.
Eleemoſynam facere non eſt deſpiciendum fol.5.num.2.
Exceptio præiudicialis ad cauſam principalem eſt prius terminanda, & diſcutienda.vt hic per plura exempla demonſtratur.fol.21.num.1.
Exilij certi & determinati temporis minus quàm ſit tempus deſennij fines frangens punitur, quòd duplicatur ſibi tempus quod ſuper eſt. fol. 81. num. 1. & fol. 82.num.9.
Exilium ad deſennium datum frangens punitur pœna perpetui exilij.fol.81.num. 3.&.fol.82. num.11.
Exilij perpetui fines frangens punitur pœna mortis. Et quomodo intelligendum ſit fol.82.num.4.& ſeq.
Exulatus ſeu bannitus à prouincia vel ciuitate inperpetuum ſi frangit fines dicti exilij extra ordinem iudicis arbitrio punitur.fol.82.num.10.

## F

FAcultas ſtipulata per mercatorem accipiendi ad cambium à ſe ipſo quantitatem mutuatam ad onus mutuatarij iuncta obligationi quam mututarius in eodem contractu facit reſtituendi dictam quantitatem in loco vbi mutum celebratur in fra certum tempus demoſtrat, cambia hinc inde celebrata vſuraria eſſe.fol.65.num.3.
Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam.fol 35. num.12.
Fama contra hominem diffamatum, malæ famæ & conditionis in eodem genere mali, facit indicium ad torturam: niſi reus in ſpecie circa materiã de qua agitur bonam famam probauerit: ſecus ſi in genere fol.35.num.13.
Famæ indicium purgatur probando reus quòd per trienniũ benè vixi .fol.35.nu.14.
Fama vehemens facit indicium ad torturam.fol.35. num.16.
Fama vehemens quæ dicatur relinquitur arbitrio iudicis.fol.35.num.17.
Fama ſola habens ortum ab honeſtis perſonis, & fide dignis, facit indicium ad torturam.fol.35.num.18.
Fama ſola concurrens cum ea dictum officialis denuntiãtis cum iuramento facit indicium ad torturam.fol.35.num.18.
Fama ſi cum ea concurrat fuga facit quòd infamatus poſsit torqueri.fol.35.num.20.
Fama facit indicium ad torturam, quando dicta fama eſt probata, & vltra famam fuerunt probatæ qualitates & cauſæ ex quibus fama originem habuerit. fol. 36. num.21.
Fama vt in caſibus in quibus facit indicium ſuum operetur effectum, requirũtur quatuor.fol.36.num.23.24.25.26.&.27.
Fidem Princeps rumpendo non facit iuſtitiam: cum ipſa fides fundamentũ ſit iuſtitiæ. fol.77.num.2.
Fides ſi in Principe non eſt, Reſpublica vix gubernari poteſt: cum magis per fidem Reſpublicæ gubernẽtur, quàm per ſudores corporales.fol.77.num.3.
Fidem ſinceram & prefectam atq; veram locutionẽ omni tempore debet habere Princeps: vt omnes homines cuiuſcunque conditionis ſint poſsint ſe in illo fidare.fol.78 num.4.
Fides non eſt frangenda, quia per eam ciuitates ſeruantur, & èc contra ſi violatur, depopulantur.fol.78.num.5.
Fidem ſeruare eſt de iure naturali. fol. 78. num.6.
Fideiuſſor de repræſentando reum toties quoties fuerit requiſitus ſi poſtea reus per dictum iudicem denùo capitur, & aufugit, an ſit liberatus: circa hoc varie Doctores loquuntur, tãdem cõcluditur, fideiuſſorem liberari: ſiuè pro eadem cauſa, ſiuè pro alia reus per eandem met curiam captus fuerit. fol. 90. quæſtio. 47. per totam quæſtionem.
Fiſcus agens hypothecaria tranſfert onus probandi in aduerſarium rem iam non fuiſſe penes debitorem tempore contractæ obligationis cum fiſco. Quod ſit ſpeciali fiſci

*INDEX.*

li fiſci fauore.fol.92.num.1.&.2.
Fiſcus ſecuta condemnatione delinquentis, habet ius reuocandi alienationem factam per delinquentem antequam delictum cõmitteret: cum illud in animo habuiſſet, & per quod bona veniebant fiſco applicanda.fol.96.num.8.
Fœnerandi conſuetudo per vſurariam prauitatem non eſt conſuetudo: nec meretur nomen conſuetudinis.fol.68.nu.2.
Frangens fines perpetui exilij punitur pœna mortis. Et quomodo hoc intelligendum ſit fol.82.num.4.& ſequen.
Frangens exilium ad deſennium datũ punitur pœna perpetui exilij.fol.81. num. 3. & fol.82.num.11.
Frangens fines perpetuæ relegationis non punitur pœna mortis naturalis. ſed pœna deportationis.fol. 82.num.5.&.12.
Fraus præſumitur in alienatione, quando contractus in continenti poſt alienationẽ fiunt, etiã alio non ꝓbato.fol.96.nu.1.
Fraus præſumitur in alienatione, quando eſt facta alienatio omnium bonorum fol.96.num.2.
Fraus præſumitur in alienatione, quando debitor alienat in coniũctam perſonam. fol.97.num.3.
Fraus præſumitur in alienatione, quando debitor qui alienauit reperitur poſt alienationẽ ipſa bona poſsidere.fol.97.nu.4.
Fraus præſumitur in alienatione, quando alienatio fit clam, & clam dicitur fieri multis modis.fol.97.num.5.
Fraus præſumitur in alienatione, quando quis vocatus ad iudicium vẽdidit bona, vel ſi eſſet ſpes, quòd de proximo citaretur.fol.97.num.6.
Fraus præſumitur eo ipſo, quòd emitur per interpoſitã perſonam.fol.97.num.7.
Fraus præſumitur contra illos, qui patrimonium ſuum intricant.fol.97.num.8.
Fraus præſumitur in alienatione, quando fit alienatio rerum magis precioſarum. fol.97.num.9.
Fraus præſumitur in alienatione, quando debitor ſcit, ſe habere creditorem & bona ſua non ſufficere; quia tunc alienando fraudem facere videtur.fol.97. num.10.
Fuga à carceribus, an faciat fugientem haberi pro confeſſo, vide pro, & contra, & reſoluitur, quod non: contra communẽ opinionem. fol.1.num.1.
Fuga delictum non probat fol.36. nu.28.
Fuga in quibus caſibus probet delictum, vide ibi remiſsiuè.fol.36.num 30.
Fuga regulariter facit indicium contra fugientem. Et quomodo hoc intelligatur vide ibi.fol.36.num.31.
Fuga non facit indicium contra fugientem, qui aufugit poſtquam fuit accuſatus vel inquiſitus. fol.36.num.32.
Fuga non facit indicium ad torturam, quando fit ex ſuſpitione quòd contra eum formatur inquiſitio, vel accuſatio. Quod non eſſet verum, quando alia indicia ſeu ſuſpitiones laborarent contra fugientem. fol.37.num.33.
Fuga in caſibus in quibus facit indicium, purgatur dictum indicium, ſi cauſa fugæ probetur.fol.37. num.35.
Fuga indicium eſt ſufficiens ad torturam, quando cum fuga poſt citationem concurrit bãnũ.x.vel.xx.dierũ fol.37. nu.34.
Fugæ præſumptio tollitur iuramento ipſius fugientis.fol.37.num.36.
Fugiens à carceribus, quomodo puniendus ſit, vide hic diſtinguendo.fol.2. nu.5.
Fugientes ad eccleſias debent ab omni pœnarum genere releuari fol. 14.num.5.
Fuſtigationis pœna non eſt maior relegatione, fol.32 num.4.
Fur pro furto parui valoris non poteſt torqueri.fol.32.num.1.
Fur pro furto parui valoris præcedentibus legitimis indicijs torquendus eſt, ad habendam veritatem ab eius ore juxta aliquorum opinionem.fol. 32.num.6.
Fur & latro ſemper furatur, & eſt in delicto actuali donec rẽ cõtrectat.fo.46.nu.5.
Fur pro furto non debet mori.fol.47.nu.1.
Fur famoſus dicitur qui tria furta commiſsit.fol.47.num.3.
Fur qui pecuniam publicam vel rem ſacram, vel religioſam abſtulerit capitali pœna punitur, fol. 47.num.5.

Fur pro vno tantum furto poteſt furca ſuſpendi,quando illud eſt multũ enorme & egregium fol.47.num.6.
Fur cum re furtiua in alieno territorio repertus non poteſt ibi ſecundum quorumdam opinionẽ criminaliter puniri.fol.48.num.1.
Fur cum refurtiua captus in alieno territorio,poteſt ibi puniri ratione nouæ contrectationis.fol.48.num.2.
Fur qui rem furto ablatam intra eccleſiã contrectat, poteſt ab eccleſia ab duci, nec eius immunitate gaudebit. folio. 48.num.3.
Fur neceſſarium eſt, quòd puniatur interritorio inquo cum refurtiua capitur fol.48.num.4.
Fures profurto caſificato centum aureorum,vel pro tribus furtis de generali conſuetudine laqueo ſuſpenduntur fol.47.num.3.
Fures aſcendentes cum ſcalis ad domum alienam, & ibi furtum commiſſerũt, qua pœna puniantur.fol.47.num.4.
Fures & latrones famoſi furca ſuſpendendi ſunt.fol.47.num.2.&3.
Furtum magnum vel enorme quod dicatur.fol.47.num.7.
Futuris creditoribus non competit ius reuocandi prius alienata ſine fraude fol. 95.num.1.
Futuri creditores poſſunt reuocare alienata ineorum fraudem.fol. 95.num.2.
Futuri creditores regulariter ius non habent reuocãdi prius alienata. fol 95.nu.3.
Futuris creditoribus competit ius reuocandi prius alienata,quando ſuccedũt in locũ priorũ creditorũ. fol.95.nu.4.

G.

GAnea propriè dicitur meretricum taberna fol.87.nu.5.
Ganeæ & popinæ prohiberi & vetari debent propter rationes hic adductas. fol.87.nu.9.
inGaneis ſeu popinis modus præſcriptus à Lacedæmonibus.fol.87.num.11.
Graſſator quis in iure verè & propriè cenſẽd' ſit.Et graſſari quid ſit fol.8[illegible].nu.3.
Graſſator qui ſemel furatus eſt, cum iure latro publicus non dicatur,non cõpræhẽdetur ſub diſpoſitione tex.cap. inter alia. de immunita. eccleſiar. in quantum de publicis latronibus loquitur.fol.81.num.8
Graſſator qui ſemel delictum commiſſit ſi violenter ab eccleſia extrahatur debet tanquam gaudens immunitate ad eandem eccleſiam vnde fuit extractus reſtitui.fol.81.num.9.
Gratiæ delictorum factæ contra legem prohibentem ne fiant,ſi non valent in vim remiſsionis, valere ſaltim debent in vim guidatici.fol.78.num.10.

H

HYpothecam tacitam habent pupilli in bonis tutoris & curatoris rationæ adminiſtationis tutelæ & curæ.fol.75.num.9.
Homicida per legem Corneliam pœna ordinaria homicidij non tenetur: niſi animum occidendi habuerit. fol. 28.num.5.
Homicidij pœna ordinaria de iure eſt pœna mortis,fol.29 num.14.
Homicidium in rixa commiſſum, cum ex improuiſo, & primo hominis motu contingat eſt mitius puniendũ, quã ſit pœna ordinaria. quia primi motus non ſunt inpoteſtate hominis. folio. 29.num 15.
Homines valde debent laborare ad bonam famã conſequẽdam.fol 35.nu.15.
Homo naſcitur adlaborẽ.fol.4.num.2.
Hoſpitum duo ſunt genera voluntariorum,& viatorum,& qui iſti dicatur vide ibidem.fol.87.num.8.

I

Iſtus



ICtus vnius cuiuſque eſt cõtemplandus, vt hinc, occidendi animus inferatur.fol.28.num.4.
Ignorantia iuris ciuilis notorij, & indubitati nõ excuſat fol.69.nu.10.
Immunitate eccleſiaſtica non gaudet latro publicus.fol.80 num.2&.6.
Incommoda diuiſionis maxima ſunt vt hic exẽplis demonſtratur.fol.22. nu.3.
Indicium reſultans exdicto ſolius ſocij criminis ſufficiens ad inquirendum facile dilui poteſt probando bonam famam ipſius nominati. fol.12.num.31.
Indicia quibus dictum ſocij criminis coadiuuatur, qualia eſſe debeant ad faciẽdũ indicium ad torturã. fol.12.nu.33.
Indicia ad torturam inquocunque iudice ſunt arbitraria. fol.34.num.10.
Indicium famæ purgatur probando reus quód per triennnium bene vixit. fol. 35.num.14.
Indicium quòd nõ eſt perfectè inſua ſpecie probatum licet perſe non operetur ad torturam,valet tamen ad præſtãdum alijs indicijs adminiculum. fol. 37.num.37.
In famẽ ſe ipſum declarat qui deſe delictum confitetur.fol.7.num.2.
Infamis non facit fidem.fol.7.num.3.
Infecti ſeu ſuſpecti de peſte expellendi ſunt,ne alij inficiantur.fol.20.num.6.
Inferior non poteſt permittere id quod ſuperior vetuit.fol.4.num.8.
Inimicitia capitalis indicium ſufficiẽs eſt ad torturam, quando cum ea concurrit aliud indicium etiam remotum à maleficio, ſecus autem, quãdo ſola eſt inimicitia.fol 34.num.8.
Iniuriarum actione & ciuiliter & criminaliter agi poteſt.fol.25.num.1.
Iniuriæ effectus eſt alium malo afficere. fol.25.num.2.
Iniuria verbalis non eſt ferenda ſine vindicta propter publicam vtilitatem fol. 26.num.4.
Iniurioſa verba deperſe iniuriam oſtendunt.fol.26.num.7
Iniurioſa verba proferens contra aliquẽ tenetur actione iniuriarum. Et eſt verũ licet iniuria vera eſſet:ſi animus iniuriandi adeſt.fol.26.num.9.
Iniurioſa verba alteri dicere licitum eſt, dummodo illud ſit pro defenſione priuilegiorum.vel Reipublicæ:abſq; animo iniuriandi.fol 26.num.15.
Iniuriam contra alium proferens, licet Reipublicæ cauſa, tenetur iniuriarũ actione ſi animo iniuriandi, & infamandi dixit.fol.27.num.16.
Iniuria verbalis varijs legibus punita fol. 27.num.17.
Iniuriæ verbalis pœna iure ciuili quo vtimur arbitrio iudicis relinquitur.folio 27.num.18.
in Iniurijs puniendis tria conſiderãda fol. 27.num.19.
Inſultus dicitur in aliũ ſaltus.fol.41. nu.3.
Intellectus ad.l.in eos.ff.de custo. & exhibitio.reor.fol.1.num.2.
Intellectus ad §.ſi vero quis comprehenſorũ.in auth.vt nulli iudicũ.fol.3.nu.4.
Intellectus aliquorum ad.l.prius.ff.ad ſillanian.reprobatus. Et ibidem verus intellectus.fol.9.num.10.
Intellectus ad cap.Odoardus. de ſolutionibus.fol.15 num.15.
Intellectus ad cap.finem litibus de dolo & contumatia .fol.15 num.16.
Intellectus ad.l.eos.C.de fur.fol. 46.n.4.
Intellectus ad §.ſi quis quinque ſolidos. de pace tenen. qui in omnem caſum de cõſuetudine nõ ſeruatur.fol.47.nu.4.
Intellectus ad.§. quotiens.l. ſi hominem. ff.de poſi.quod tantum loquatur in actionibus perſonalibus non autem in realibus fol.75.num.12.
Intellectus ad.l.ſi ventri.in.§.ſi tamen nũmi extant.ff.de priuileg. credito.& ad. l. ſi is qui pecuniam. C. depoſiti. quæ loquũtur, quãdo res depoſita extat cuius dominium non fuerat indepoſitãrium tranſlatum:nam tunc deponentes vtuntur reiuendicatione, & præferuntur omnibus alijs creditoribus fol. 76.num.13.
Intellectus ad.l.ſacrilegi capite.ff.ad leg.

Iul.

Iul. pecula, fol.45.num.18.

Interior voluntas & ſic animus iudicatur per actus externos.fol.17.num.14.

Intereſſe recipiens exmutuo ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vſuramnon committit.Et quomodo hæc intelligantur.fol.63.num.22.

Intereſſe lucri ceſſantis non poteſt à principio in cambijs certum & determinatum taxari.fol.66.num.6.

Intereſſe damni emergẽtis vel lucri ceſſantis exmutuo iuſtè recipi poteſt fol.67.num.9.

Intereſſe dãni emergentis ad hoc vt recipi poſsit, quæ requirantur.fol. 67.nu. 10.

Intereſſe lucri ceſſantis non debetur niſi reuera lucrum ceſſet.fol.67.num.11.

Iudæo vel Sarraceno baptizatis nonpoteſt quis eorum legem retrahere .fol. 26.num.10.

Iudæi licet exnobilibus parentibus ortiſint, tamen ſuis exigentibus peccatis meruerunt ore diuino nominari populus duræ ceruicis.fol.26.num.11,

Iudæorum parentela fediſsima & horribilis declaratur,& quare.fol.26.nu.12.

Iudæi quare ceci dicantur.fol. 26 .nu.13.

Iudæa aſſerens ſibi licere, poſſe dare ad vſuram clare mentitur. Et quomodo intelligatur locus de Vteronomium in cap.23.ibi in verbis. ſed alieno. fol. 52. num.10.

Iudex poteſt arbitrari pœnam, quando lex certam & ſpecialem pœnam non imponit.fol.1 num.3.

Iudex in ſua prouincia poteſt capere delinquentem alterius prouinciæ & illũ remittere ad iudicẽ prouinciæ vbi deliquit.fol.3.num.1.

Iudex ſi videt reum neſcire, aut debet reũ docere, aut concedere ei facultatẽ cõſulendi confeſſarium. fol.11. num, 26.

Iudex in arbitrarijs non poteſt punire vſque ad mortem.fol.18.num.12.

Iudex vbi in lege certa & ſpecialis pœna ſtatuta eſt, non poteſt aliam arbitrari: quia inferenda ſententia tenetur pœnas ordinarias & in legibus conſtitutas ſequi.Sed tunc demum poteſt arbitrari, quando per legem certa non eſt ſtatuta pœna.fol 18.num.14.

Iudex cum euidenti cauſa & ratione poteſt pœnas legum augere, minuere, & variare.fol.19.num.17.

Iudex vbi lex punit affectum non ſecuto effectu, poteſt ex poteſtate ſibi à lege cõceſſa mitigare pœnam.fol.19 nu.23.

Iudex cui conceditur, quòd arbitrarè puniat, nõ poteſt extendere arbitriũ ſuum ad pœnã mortis naturalis.fo. 44.nu.17

Iudex pœnã ordinariã ex cauſa poteſt augere, vel minuere, licet inferenda ſententia perpetuo ſequi debeat pœnas ordinarias & in legibus conſtitutas. fol.45.num.20.

Iudex laicus poteſt cognoſcere d̃crimine vſurarum inter laicos.fol.54.nu 20.

Iudex in cauſa vſurarum poteſt procedere exofficio ad priuatã vtilitatẽ, quando ille qui ſoluit vſuras jurauit illas nõ repetere.fol.70.num.1.

Iudex in cauſa vſurarum poteſt procedere ad priuatam vtilitatem ex officio, quãdo notorium eſt ab aliquo vſuras eſſe extortas:& ipſe timet illas repetere. Et quid quando vult inquirere ad correctionem peccati.fol.70.num.2.

Iudex qui procedere poteſt ad pœnitentiam imponendam in conſequentiam cogere poteſt inquiſitum, vt alienum reſtituat.fol.70.num.3.

Iudex quando inquirit ex mero officio, poteſt illud facere nulla præcedente diffamatione, & maximè, quando vertitur periculum animarũ, & agitur ad correctionem peccati, fol. 70.num.4.

Iudices declarantes vſurarios à pœnis impoſitis & incurſis abſoluendos eſſe pretextu cõſuetudinis fœnerandi ſunt excommunicati.fol.68.num.7.

Iudicis arbitrio relinquitur; nũ ſequeſtrũ decernere expediat.fol.72.num.13.

Iuramẽtum quod à iudice defertur ſocio criminis, quod deponat de conſocijs, parte citata præſtandum eſt. Sed ſecus eſt de obſeruãtia Regij cõcilij & aliarũ

curia

curiarũ Cathaloniæ quæ à multis ſcribẽtibus approbata eſt.fol.12.num.35.

Iuramentum de iure nõ eſt legitima probatio.fol.43.num.2.

Iuramento in litem veritatis, res furto ablatæ tam reſpectu quãtitatis quam æſtimationis contra violentem inuaſorẽ plenè probãtur fol.43.num.3.

Iuramentum non eſt legitima probatio niſi in caſibus in quibus de iure vel ex forma ſtatutorum habetur pro plena probatione, fol. 43.num.5.

Iuramentum veritatis in litem defertur contra doloſum vbi aliter veritas ſciri non poteſt.fol.43.num 6.

Iuramentum in litem veritatis pro quantitate ſeu æſtimatione rei tunc procedit, quando concurrunt requiſita hic deſcripta fol.43.num.7.

Iuriſdictio ratione originis, domicilij, vel aliàs, non requiritur ad effectum capiẽdi & remittendi delinquentem ad iudicem loci delicti.contraria tamẽ ſententia verior eſt fol.3.num.2.

Iuriſdictionem habentes pro in diuiſo, nõ poteſt vnus ſine alio per ſe, nec per aliũ iuriſdictionẽ exercere, fol.22.nu.1

Iuriſdictionem duo domini habentes in ſolidum, & pro indiuiſo, concordare compelluntur circa vſum & exercitiũ iuriſdictionis.fol.22.num.2.

Iuriſdictionem pro indiuiſo poſsidentes debent ſe concordare circa vſum & exercitium iuriſdictionis vtendo ea alternis vicibus diuidẽdo vſum per tempora, Quod mihi non placet, ob incõmoda hic inſerta.fol.22. num.4.

Iuriſdictionem in ſolidum & pro indiuiſo poſsidentes debẽt ſe concordare in vſu & exercitio iuriſdictionis, eligẽdo vnum iudicem cõmunem, & ſic vnũ baiulum, atque alios miniſtros, qui nomine illorum vnam tantum curiam faciant.fol.22.num.5.

Iuriſdictiones ſunt apud Principem tanquam apud fontem à quo fluunt & refluunt ſicut flumina ad mare.folio. 71. numero.1.

# L

LAbor ſæpiſsimè à Paulo Apoſtolo commendatus.fol.4. num.7.

Latrones & fures famoſi furca ſuſpendẽdi ſunt fol.47.nu. 2.&.3.

Latro publicus non gaudet immunitate eccleſiaſtica.fol.80.num.2.

Latrones publici propriè dicũtur qui pluries in ſtratis publicis, vel in ſyluis, vel in domibus, vel in mari, per vim cũ armis, vel ſine, graſſantur, cum tamen hominis interemptione.fol.80.num.4.

Latro publicus dicitur ex eo quòd palam & publicè furatur.fol.80.num.5.

Latro qui pluries graſſatur dicitur publicus: qui ideo eſt ſuſpendendus folio. 81, num.6.

Latro qui ſemel in ſtrata publica vel alibi graſſatus fuit nõ dicitur publicus latro nec ideo de iure communi vltimo eſt tradẽdus ſupplicio ſed in metallum dãnatur vel in inſulas relegatur folio. 81 num.7.

Legata ad pias cauſas in teſtamentis manifeſtorum vſurariorum relicta, non præſtita canonica cautione non debẽtur, ſed contraria opinio verior eſt fol. 58. num.9.

Lenocinium quid ſit.fol.31.num.1.

Lenocinij crimen nefandum eſt. folio.31 num.2.

Lenocinium nõ ſolum cõmittit qui eam artem exercet ex profeſſo, ſed etiã qui quæſtuarijs proſtitutis alterius artis occaſione vtitur:& occaſione miniſterij. fol.31.num.5.

Lenocinij crimen lege Iulia de adulterijs præſcriptum eſt: cum ſit in eũdem maritum pœna ſtatuta, qui de adulterio vxoris ſuæ quid acceperit.fol.31.nu .6.

Lenocinium bis commiſſum inducit cõſuetudinẽ contra lenonẽ.fol.32.nu.12.

Lenocinij pœna de conſuetudine eſt, quòd fuſtigentur lenones cum mittra fol, 32.num.13.

Lenones expellendi ſunt à ciuitate vt peſtiferi

ſtiferi

ſtiferi, nefandi crudeles, ſcelerati, otioſi, & peſsimi. Et ratio quare, vide ibidē. fol.31.num 4.
Lenones pœna mortis naturalis plectuntur, vt hic iure & varijs demonſtratur exemplis. fol.31.num.10.
Lenones vt vltimo ſupplicio puniantur quæ requirantur. fol,32.num,11.
Lex Cathaloniæ contra in honeſtas mulieres habitantes in conuicinijs honeſtarum, quòd expellantur. Quam legē iudices practicare ſolēt. fol.25. num,8.
Lex Aquilia magis ad factum, quàm ad animum attēdit. Et ſic ſi plures percuſſerint, & occiderint, & non conſtet de occidente, omnes dicta lege Aquilia tenentur. fol.28.num.7.
Lex Aquilia actionem ciuilem tātum ad intereſſe producit. fol,28.num.8.
Lex ciuilis & humana dòcet, qui ſint contractus illegitimi, ad quā pro huiusmodi confugiendum eſt. fol.55.num.21.
Lex ſimpliciter reprobans cōſuetudinē, non ſolum intelligitur de præteritis, ſed etiam de futuris. fol.69.num.9.
Lex quæ non eſt contra ius naturale & diuinum obſeruari debet. fol.78. num.8.
Lex non poteſt facere quòd poſitus ſub fide Principis puniatur de ſuis delictis contra fidem datam: ne contra ius naturale diſponere vidatur: cum ſeruare fidē ſit de iure naturali. fol.78.num.9.
Leges ſex Platonis circa cauponarias artes. fol.87.num.10.
Libidinis vicium àfundumentis Deus eradicat. fol.17.num.1.
Libido quid ſit. fol.19.num.19.
Linguam tanquam inquietum malum nullus hominum domare poteſt, niſi frenū vt equis imponatur. fol.26.nu.5.
Linguæ occaſione quæ mala proueniant fol.26.num.6.
Lingua eſt omni ferro nocentior. folio 39.num.1.

## M

Magiſtratus & eorum officiales qui pœnas per legē ſtatutas gratia vel diſsimulatione pertranſeunt puniēdi ſunt fol.71.nu.6.
Maritus non dicitur leno qui patitur vxorem delinquere non ob quæſtum, ſed ob nimiam negligentiam, vel quātumcumq; patientiam, vel nimiam crudelitatem. Et ſecus eſſet ſi doloſè ſe gereret: licet quæſtum de ea non faceret fol.31.num.7.
Maritus depræhendens vxorem in adulterio ſi eam non admittit pro lenone habendus eſt. fol.31.num 8.
Matrimonium inter raptorem & mulierem raptam de iure ciuili & iure canonico antiquo conſiſtere non poteſt. fol.83.num.1.
Matrimonium hodie inter raptam & raptorem contrahi poteſt, & ſic corrigitur ius antiquū. Quod intellige, dummodo mulier rapta ſeparata ſit a raptore & libero conſtituta. fol,83.num,2.
Matrimonium in materia ſtupri de iure canonico & patriæ Cathaloniæ euitat pœnas propter ſtuprū à lege ciuili impoſitas. fol.83.num,4.
Matrimonium inter mulierem raptam & raptorem contractum non euitat pœnas a lege ciuili propter raptum impoſitas. fol.83.num.5.
Matrimonium contractum inter raptam & raptorem de conſenſu parētum mulieris raptæ mitigat penā propter raptū à lege impoſitam. fol,84.num.9.
Matrimonium contrahentes cum mulieribus adulterij crimine dānatis ſcientes (ſi quocunque modo pœnam capitalē euaſerīt) vt lenones puniēdi ſunt. Quòd hodie eſt correctum, quando illa vxor fuiſſet emēdata & correcta. fol.31.nu.9
Mēdicitas ab omnipotēti Deo commendata eſt. fol.5.num,1.
Mendicitas quædam eſt licita, & quædam illicita fol.5.num.3.
Mendicitas licita quæ dicatur. fol.5. nu.4.
Mendicitas illicita dicitur illa quæ fit cupiditate habendi diuitias, vel cauſa otioſè viuendi: quæ valida mendicitas appellatur. fol.6,nu.5.
Mendicantes validi propriè qui dicantur fol.6.num,6.
Mendicitas valida legibus humanis & à Principibus ſecularibus ſub pœnis reprobatur: vt hic multis oſtenditur exēplis, fol.6.num.7.
Mendicitas valida in Cathalonia reprouata. fol.6.nu.8.
Mendicantium validum pœna quæ ſit in Cathalonia & qua Regium concilium vtatur. fol.6.nu.9.
Mercator qui mutuādo paſciſcitur, quòd pendēte termino ad ſoluendum cōſequatur aliquod intereſſe ſeu interuſurium medij temporis committit vſurā: & non valet talis couentio. fol.65 nu.5
Meretrices vel aliæ inhoneſtæ mulieres prohibēdæ ſunt, ne habitent in comitiua honeſtarum. fol.25.nu.6.
Meretrices quæ dicantur. fol 25 nu.7.
Metum in ferens dicitur rumpere pacem fol.41.nu.4.
Minæ faciunt indicium ad torturam, quādo minans eſt homo potens, & ſolitus minas exequi, ſecus vero, quando eſt impotens, & homo bonæ vocis, nō ſolitus minas ſuas exequi. fol.34.nu.11.
Modicum quid, quando dicatur. fol. 46. num.24.
Monachus litigans cum Abbate debet ab eodem Abbate habere ſumptus litis. fol.4.num.5.
Monetam cudere eſt regalia Principis. fol.89.nu.1.
Monetā cudendi priuilegium conceſſum multis locis Cathaloniæ. fol.89.nu.4.
Moneta vſualis in regno non debet refutari, & contra refutantes non leuiter eſt vindicandum. fol.89.nu.5
Monetæ falſę vindicta & cognitio ad dominum Regē pertinet, qui procedit in hoc Cathalonię Principatu cōtra dilinquētes per proceſsū regalię fol.89.nu.6
Monetam cudens ſine Principis authoritate, ſeu illā falſa effuſione efformans, flammarum exuſtiònibus mācipatur, eiuſq; bona fiſco regio àddicūntur. Et quid quādo moneta eſſet recta & proba. fol.89.nu.7.
Monetam falſam fabricātes in Gallia ſuffocātur in aqua feruente, & bulliente. fol.90.num.8.
Monetam falſam fabricantes ſeu adulterantes in Cathalonia laqueo per collū furca ſuſpenduntur. fol.90.nu.9.
Monetam auream vel argenteam radens ſi liberi ſunt de iure. ff. beſtijs ſubijciūtur, ſi vero ſerui vltimo puniuntur ſupplicio. & de jure. C. capitali ſupplicio plectuntur. fol.90. nu.10.
Monetam mutandi minuendi vel augendi jus, ad Principē ſpectat. fo.90.nu.11.
Monetam falſam expendens, qua pœna puniatur. fol.90.nu.14.
Monetam extranei Principis falſificantes quomodo puniēdi ſint, ſi in illa regione nullus eſſet illius vſus. fol.90.nu.15.
Monetam ciuitatis falſificans, pœna capitis plectendus eſt. Et de tribus huius criminis ſpecialibus. fol.90.nu.16.
Mors videtur ſecuta ex vulnere illato propter temporis breuitatē. fo.88.nu.2
Motus primi non ſunt in poteſtate hominis. fol.19 nu.21.
Motus primi non ſunt in poteſtate hominis: & ideo homicidiū in rixa cōmiſsū cū ex improuiſo, & primo hominis motu contingat, eſt mitius puniendū, quā ſit pœna ordinaria. fol.29.num.15.
Mulcta licet debitor non ſit ſoluendo nō debet in corporalem pœnam conuerti: per regulā qui non habet in ære luat in corpore. fol.14.num.4.
Mulcta quid ſit, & dā differētia inter mulctam & pœnam. fol.16.nnm.17.
Mulieres in honeſtæ quòd expellātur a cōuicinijs honeſtarum, lege Cathaloniæ cautum. fol,25.num.8.
Municipes ex dolo alicuius ſingularis perſonæ non tenentur, niſi quid ex dolo eius, qui eos adminiſtrat ad eos peruenerit. fol.24.num.10.
Mutuum verum reperitur in ſolis rebus quæ vſu conſumuntur, & in pondere,

 nume-

numero, menſura, cõſiſtũt. fol. 61. nu. 1

Mutuum velatum ſiue palliatum quod dicatur. fol. 61. nu. 2.

Mutui prima regula eſt, quòd conſiſtit in his rebus quæ põdere numero mẽſurauè conſtant. fol. 61. num. 3.

Mutui ſecũda regula eſt, quòd aliud pro alio eiuſdem tamen generis ſoluatur. fol. 61. nu. 4.

Mutui tertia regula eſt, quod rei mutuatæ dominium trãſferatur. fol. 61. nu. 5.

Mutuans rem quæ põdere, numero, menſurauè conſtat, non poteſt vltra ſortẽ mutuatã aliquid exigere. fo. 61. nu. 7.

Mutuo pecuniam ad vſuram recipiens ſine legitima cauſa puta neceſsitatis vel vtilitatis rationabilis tenetur in foro conſcientiæ. fol. 62. nu. 9.

Mutuator committit vſuram, licet à principio mutuaſſet proximo, motus caritate, & ab intentione lucri prorſus alienus: cum poſtea tranſacto aliquo tempore cogitat lucrum ſibi dari abeo cui mutuauit. fol. 62. nu. 10.

Mutuator ſola intentione & ſpe, quòd aliquid ſibi vltra ſortẽ mutuatam perſoluatur, vſurã cõmittit. fol. 62. nu. 11.

Mutuans triticum vetus cum pacto vt alterum tantum recens ſibi reſtituatur ſciens melius & maioris precij quàm ſuum tempore mutui & ſolutionis, vſuram cõmittit. Quod nõ procedit, quãdo illud fit principaliter animo renouandi, ne ſuum corrumpatur: & vt gratiam mutuans recipienti faceret. folio 62. nu. 12.

Mutuans centum ducatos mox in ſuis neceſsitatibus expendendos ſub hoc pacto, quòd lucrentur ſicut ſimiles lucrarentur apud legalem mercatorem vſuram committit. fol. 62. nu. 13.

Mutuans pecuniam alteri, & ſimul vendit aliquid mobile, vel immobile, plus petens ab eo juſto precio vſuram cõmittit. fol. 62. num. 14.

Mutuans alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas, recepturus aliquid vltra ſortem pro eo quòd ipſe ſuſcepit periculum pecuniæ vſuram committit. fol. 62. nu. 15.

Mutuator recipiens aliquid inpignus mobile vel immobile, intendens recipere vtilitatem ex vſu illius pignoris ratione mutui, vſuram committit. fol. 63 num. 16.

Mutuans pecuniam ſub certo pignore vſque ad certum tempus, ſub hoc pacto, quòd ſi non ſoluit intermino ſtatuto cadat debitũ in cõmiſſum, & pignoratio cadat in venditionem: cum res pignorata plus valeat: ſi infradictũ tẽp⁹ receperit fructus illius rei pignoratæ non computando illos in ſortem, ſed pro ipſo mutuo, vſuram committit. fol. 63. nu. 17.

Mutuans pecunias mercatoribus, vel artificibus, vt cum eis negocientur, cum pacto, quòd in omnem euentum, & periculum, capitale ſit ei ſaluum et integraliter reſtituendum, & inde aliquid lucri ſperat habere quia aliàs non deponeret dictas pecunias penes dictos mercatores, licet ſimpliciter illud lucrũ ſperatum dimittatur diſcretioni mercatoris, vſuram committit. folio. 63. numero. 18.

Mutuans ex beneuolentia, & non propter temporale commodum, ſi poſtmodum is qui mutuum recepit, gratis & liberaliter ei aliquid dat, poteſt dictus mutuans illud licitè recipere abſque aliqua vſurarũ labe. fol. 63. nu. 19.

Mutuans debitori ſuo, vt debitum quod iam aliàs debet ſoluat, nõ cõmittit vſuram. fol. 63. nu. 20.

Mutuans ad captandum amorẽ vel beneuolentiam, licet poſtea ex illo amore ſeu beneuolentia cõſequatur à mutuatario beneficium, non cõmittit vſuram fol. 63. nu. 21.

Mutuator qui ratione mutui vltra ſortẽ mutuatam ſtipulatur ſibi aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile, vſurã committit. fol. 66. nu. 8.


## N






NEſarium ſcelus quod dicatur. fol. 31. num. 3.

Nomen bonum habere curare debemus. fol. 25. num. 3.

Notarius conficiens inſtrumentum vſurarium peccat mortaliter, infamis eſt, à teſtimonio repellitur, arte ſua priuatur & ad reſtitutionem in ſubſidium tenetur. fol. 64. num. 1.


## O


OBligatus reſtituere nõ ſolum ſufficit quod reſtituat, ſed oportet etiam quòd pœniteat. folio. 59. numero. 18.

Occidendi animus præſumitur, quando homo eſt male famæ, & cõditionis, & maxime, quando eſt malus in eodem genere mali. fol. 29. num. 9.

Occidendi animus præſumitur ex percuſſione illata in capite. fol. 29. nu. 10.

Occidendi animus præſumitur, ex armis & ex impetu & furore percuſsionum. fol. 29 nu. 12.

Occidendi animus præſumitur in eo qui percuſsit hominem iam ægrotum ex primis vulneribus, licet vulnus vltimo loco illatum, in homine ſano nõ eſſet mortale. fol. 29. num. 13.

Occultans latrones & alios malefactores in ſuis prædijs & poſſeſsionibus intelligitur eſſe ſocius criminis, & dicitur delictum malefactoris facere ſuum: & ſi dominus eſt poſſeſsionis, & id ſcienter fecerit, priuatur eius dominio. folio. 71 num. 5. & fol. 72. num. 10.

in Ocio non eſt perſiſtendũ, ex quo creaturæ omnes continuo operantur. fol. 4. num. 3.

Ocioſi repræhendũtur à Ieſu Chriſto domino noſtro. fol. 4. num. 4.

Ocioſitas multam malitiam docet. folio. 4. num. 5.

Ocium fuit vnũ ex peccatis propter quæ Sodoma deſtructa fuit. folio. 4. numero. 6.

Officiales & eorum magiſtratus qui pœnas per legem ſtatutas gratia vel diſsimulatione pertranſeunt puniẽdi ſunt fol. 71. num. 6.

Opinio Salyceti in. l. fi. nu. 6. C. de accuſationib. reprouatur. ſed ſuſtinetur ſi ipſa ꝺ criminibus exceptis intelligatur. fo. 8. num. 8.

Ordinaria pœna quæ dicatur, & quæ extra ordinaria. fol. 18. num. 16.

Ordinaria delicti pœna non eſt imponenda, quando proceditur ex præſumptionibus: ſed alia mitior. fol. 30. nu. 19.

Origo ex probabilibus cauſis dicitur, quãdo populus inducitur ad ita credendũ fol. 36. num. 22.


## P


PActum appoſitum in cõtractu mutui facultatis ſũmendi tantũdem quantitatis mutuatæ ad cãbium eo ipſo quo dicta quantitas mutuanda iuxta ſtatutum in dicto contractu tempus ex ſoluta eſſet vt intereſſe ſeu actuarium cedat oneri mutuatarij idq; ad rationẽ duodecim pro centenario nõ inſeruit, niſi expectato tẽpori ad exaugendum fœnus. folio. 65. numero. 2.

Papa non poteſt permittere quod iure naturali & diuino illicitum eſt. fol. 53. numero. [illegible]

Parentela iudæorum fediſsima & horribilis declaratur. & quare. fol. 26. nu. 12.

Paulus Apoſtolus ſæpiſsime laborem cõmendat. fol. 4 num. 7.

Pax non dicitur rupta ſecundum vnã opinionem ex ſolo inſultu, & inuaſione in qua non interuenerunt tactus corporales. fol. 41. num. 1.

Pax dicitur rupta ex ſolo inſultu, & inuaſione ſecundum veriorem ſenſum. vide hic rationes. fol. 41. num. 2.

Pacem rumpit inferens metum. folio. 41 num. 4.

Pax rumpitur ab inferente iniuriam ſi ita

in inſtrumẽto pacis conuentũ eſt. fol. 42.num.5.
Pax firmata rumpitur ab eo, qui alium cum quo pacem habet perſequitur taliter, quod ex eius perſecutione poſſet alteri damnũ aliq̃ inferri.fol.42. nu.7.
Pax eſt multitudinis vnitas: in qua bonũ & ſalus populi conſiſtit.fol. 78.nu. 13.
Pecuniaria pœna omnino parti applicãcanda, bonorum ceſſione per reum debitorem facta, non poteſt incorporalem pœnam cõuerti: ſed potius reus venit relaxandus.fol.13. num.1.
Pecuniaria pæna, quando ex parte rei debentis ſoluere vera & propria pæna eſſe cenſetur, licet ex parte debentis recipere ſit intereſſe, poteſt cum reus nõ eſt ſoluendo conuerti incorporalem. fo io.14 num.7.
Pecuniaria pœna pro minimis non debet cõuerti incorporalem, dato quòd reus non ſit ſoluendo.fo.15.nu.9
Pecuniam vſu conſumi, quomodo intelligatur.fol.52.nu.8.
Pecuniam recipiens mutuo ad vſuram ſine legitima cauſa puta neceſsitatis vel vtilitatis rationabilis tenetur inforo cõſcientiæ.fol.62.nu.9.
Pecuniæ depoſitæ inbanchis dominium nõ transfertur in depoſitariũ, quãdo ipſa pecunia deponitur obſignata in ſaculo & ſine numeratione.fol.74.nu.2.
Pecuniaria pœna fiſco adiudicãda mutari poteſt incorporalem, etiam nolente accuſatore.fo.15.num.14.
Pecuniaria pœna quãdo ex delicto imponitur poteſt pretextu inopiæ debitoris nõ admiſſa bonorum ceſsione per eũ facta conuerti in pœnam corporalem per regulam qui nõ habet inære luat in corpore.fol.14.num.6.
Percuſſus ab aliquo ſi poſtea moritur ſine alio ſuperuenienti vulnere, dicitur mortuus ab eo qui illum percuſsit fol. 28.nm.1.
Perſuaſoria verba incrimine raptus virginis quare vim inferant.fo.85. num.5.
Peſtilẽtia omnium ægritudinum Regina eſt.fol.19.num.13.
Peſtis dei flagellũ eſt, & ſic maius quàm belli humani flagellum.fol.19. nu.4.
Peſtis adeo vrgentiſsima infirmitas eſt, quę quo ad cõtractus, vltimas voluntates, & iudicia, plura admittit priuilegia. fol.20.num.5.
Platonis ſex leges circa cauponarias artes fol.87.num.10.
Pœna capitis non dicitur illa quæ mortẽ naturalem infert.fol.2:num.6.
Pœna pecuniaria omnino parti applicanda, bonorum ceſsione per reum debitorem facta, non poteſt in corporalem pœnam conuerti: ſed potius reus venit relaxandus.fol.13.nu 1.
Pœnę pecuniarię cõmutatio in pœnam corporalem non habet locum in ciuilibus.fol.14.nu.3.
Pœna pecuniaria quando ex delicto imponitur, poteſt prætextu inopiæ debitoris, non ad miſſa bonorum ceſsione per eum facta conuerti in pœnam corporalem, per regulam qui non habet in ære luat in corpore.fol.14.nu.6.
Pœna pecuniaria quando ex parte rei nõ eſt pœna qui ſoluendo non eſt, non commutatur incorporalem: ſed expectatur reus donec perueniat ad pinguiorem fortunam.fol.14.nu.8.
Pœna pecuniaria pro minimis non debet cõuerti in corporalem, dato quòd reus non ſit ſoluendo.fol.15.num.9.
Pœna pecuniaria in actione iniuriarum ſi reus non eſt ſoluendo poteſt conuerti in corporalem reiecta bonorum ceſſione per eum facta.fol.15.num.10.
Pœna pecuniaria ex delicto deſcendens applicanda parti nunquam conuertitur in corporalem, niſi actore conſentiente in cuius manu eſt expectare ſuũ debitorem ſi perueniat ad pinguiorem fortunam.fol. 15.num.11.
Pœna pecuniaria quando ex parte rei debentis ſoluere vera & propria pœna eſſe cenſetur, licet ex parte debentis recipere ſit intereſſe, poteſt cum reus non eſt ſoluendo conuerti in corporalem.fol.14.num.7.
Pœna pecuniaria fiſco adiudicanda mutari poteſt incorporalem, etiam nolente accuſatore.fol.15.nu.14.
Pœna dicitur illud quod pro iniuria imponitur, ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter agatur.fol.16.nu.17.
Pœna vbi certa & ſpecialis ſtatuta eſt, index non poteſt arbitrari aliam: quia in ferenda ſententia tenetur pœnas ordinarias & in legibus conſtitutas ſequi. ſed tunc demum poteſt arbitrari, quando per legem certa non eſt ſtatuta pœna.fol.17.nu.14.
Pœna ordinaria quæ dicatur, & quæ extra ordinaria.fol.18.nu.16.
Pœnas legum poteſt iudex cum euidenti cauſa & ratione augere, minuere, & variare.fol. 19 num.17.
Pœna iniuriæ verbalis iure ciuili quo vtimur, arbitrio iudicis relinquitur. folio 27.num.18.
Pœna ordinaria homicidij de iure eſt pœna mortis.fol.29.nu.14.
Pœna verà & ordinaria delicti non eſt imponenda, quando proceditur ex præſumptionibus: ſed alia mitior. fol. 30. num.19.
Pœnæ vltra relegationem quæ eſſe dicantur.fol.32.nu.3.
Pœna fuſtigationis non eſt maior relegatione.fol 32.nu.4.
Pœna ſacrilegi ſuffurantis rem ſacrã è loco ſacro ſecundum aliquorũ opinionem arbitraria eſt.fol.44.nu.15.
Pœna ſacrilegij quando ſacrum de ſacro furto tollitur eſt pœna mortis naturalis.fol.44.num.16.
Pœna ſacrilegij quando ſacrum de loco priuatè ſacro ſurripitur non eſt pœna mortis naturalis: ſed tales delinquentes puniuntur pluſquam fures: ſed minus quàm veri ſacrilegi. folio 45.numero.19.
Pœna ordinaria ſacrilegij quando ſacrũ quod modicum eſt interdiu de ſacro auferrur eſt in humilioribus pœna metalli; in altioribus verọ eſt in inſulam deportatio: quam etiam pœnã poterit iudex ex cauſa augere, & minuere. fol.45.nu.22.
Pœna abigeorum quæ ſit.fol.49.nu.7.
Pœna ſtupri de iure ciuili, canonico, & vſaticorum Barcinonæ quæ ſit.fol.83. num.3.
Pœna contra clericos popinas frequentantes.fol.88.num.15.
Pœna contra laicos ganeas & popinas frequentantes & contra caupones hoſpitantes (præter viatores) ciues & oppidanos ac illius loci incolas. fol. 88. numero.15.
Popina dicitur locus vbi publice obſonia caroq; cocta, ac delicatè confecta venditatur commediturq;.fol.87.nu.6.
Popina dicitur ille qui in popinis verſatur & helluatur, fol.87.num.7.
in Popinis nihil cocti vendi poterat præter legumina & olera iuxta Neronis Claudi Cæſaris inſtitutionem. fol. 87. num.12.
Poſſeſsio ciuilis rei perditæ tamdiu durat quandiu eſt ſpes illam in quirendi, fol. 49.num.4.
Poſſeſsio rei transfertur per conſtitutum ſi illud factum eſt præſenti, ſecus vero ſi abſenti. Quod intellige procedere antequam dictus abſens ratificet. fol. 93. num.9.
Præiudicialis exceptio ad cauſã principalem eſt prius terminanda & diſcutienda, vt hic per plura exempla. folio. 21. num.1.
Præiudicialis cauſa prius tractanda eſt ſiuè principaliter moueatur, ſiuè per modum incidentis, aut emergentis. folio. 21.num.2.
Præſumptiones quando pro vtraque parte concurrunt, vna præſumptio tollit aliam. Et debemus eſſe promptiores ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.fol.30.num.20.
Prioritas temporis quibus modis probetur.fol.92.num.3.
Prioritas tẽporis in dubio iudicatur fauore fiſci, dotis, & eccleſię.fol.93.num.4.

Princeps temporalis vſuram permittere non poteſt immo excommunicatus eſt permittens.fol.53.num 15.

Princeps ſecularis non poteſt ſtatuere quòd teſtamēta manifeſtorū vſurariorum valeant non ſeruata forma cap. quamquā.de vſuris.in.6.fol.53.nu.10.

Princeps rumpendo fidem datam non facit iuſtitiam: cum ipſa fides fundamentum ſit iuſtitiæ.fol.77.nu 2.

Princeps omni tempore debet habere ſinceram & perfectam fidem, atque veram locutionem: vt omnes homines cuiuſcunque conditionis ſint poſſint ſe in illo fidare. fol.78.num.4.

Princeps non poteſt ſe eximere a iuribus naturalibus.fol 78.num.7.

Princeps ſolus eſt qui poteſt facere cudere monetam:& nemo poteſt hoc facere abſque eius authoritate & priuilegio fol.89. nu.2.

Princeps quæ ſibi competunt poteſt alteri committere & in priuilegium dare. fol.89.nu.3.

Priuatus agens hypothecaria contra donatarium debet probare rem prius obligatam quàm donatam fol 92.nu.2.

Probatio ſufficiens quæ dicatur . folio. 37.nu.38.

Probatio legitima dicitur illa quæ fit per duos teſtes omni exceptione maiores. folio.37.nu.39.

Probationes imperfectæ regulariter in criminalibus non ſunt coniungendæ. Quod à multis controuertitur .folio. 37.nu.41.

Probatio in ſua ſpecie imperfecta non valet.fol.38.nu.42.

Probationes imperfectæ in criminalibus coniunguntur, quando vna quæque ſpecies probationis eſt perfecta in ſua ſpecie.folio.38.nu 43.

Probationes ſemiplenæ concurrentibus alijs indicijs coniunguntur, ad plenè probandum. fol.38.num.44.

Probationum materia arbitrio iudicis relinquenda eſt.fol.43.nu.4.

Publicus latro non gaudet immunitate eccleſiaſtica.fol.80.nu.2.

Pupilli tacitam habent hypothecam in bonis tutoris & curatoris ratione adminiſtrationis tutelæ & curæ.folio. 75. num.9.

# R

RApiens virginem ſemper volentem ſi non abducitur à domo parentū non punitur pœna raptus.fol.86.num.8.

Rapiens virginem Deo dedicatam etiam quòd ſemper fuerit volēs punitur pœna raptus. Et attētatum in eam habetur pro delicto conſumato.fol.86.num.9.

Rapiens mulierē maritatam punitur pœna raptus.fol.86.nu.10.

Rapientes puellam non viri potentem puniuntur pœna raptus.folio. 86. numero.11.

Rapienti mulierem auxilium & fauorem in illo actu præſtantes puniuntur pœna criminis raptus. folio.86. numero 12. Quod intellige eſſe verum, quando eſt eadē conditio perſonarū. vt ibidē

Rapiens meretricem & eam quæ facit gratiam ſui corporis, licet per vim eam carnaliter cognoſcat, non punitur aliqua pœna. fol.86.nu.14.

Rapiens meretricem punitur pœna raptus ſi meretrix nō conſenſit raptui habendo iuſtam contradicendi cauſam: vel quia iam deſiuiſſet meretricari:folio 86.nu.15.

Raptor mulieris de iure canonico punitur non obſtante matrimonio cum muliere rapta per eum contracto, & etiam de iure ciuili pœna eiuſdem criminis raptus.fol.84.nu,8.

Raptores mulierum regulariter puniuntur pœna mortis naturalis. folio. 85. nu.1.

Raptor mulieris non punitur pœna mortis naturalis, quando non habuit copulam carnalem cum muliere rapta ideo quòd pœnitentia ductus illam ha-



ta ideo quòd pœnitentia ductus illam habere noluit: ſecus vero ſi illam nō habuit ideo quòd non potuit.fol.85.nu.2

Raptor virginis à principio volentis, & ex poſt facto, punitur pœna mortis naturalis, ſi ipſa abducatur à domo parentū fol 85.num.3.

Raptor cōtrahens matrimoniū cum muliere rapta an euitet pœnas à lege ciuili propter raptum impoſitas. remiſſiuè. fol.86.nu.16.

Raptores mulierum puniuntur per quēcunque iudicē capiantur.fol.86.nu. 13.

Raptus dicitur, quando mulier per vim capitur libidinis cauſa, & transducitur de loco ad locum.fol.84.nu.7.

Raptus cōmittitur in muliere volentē inuitis parentibus ductam.fol 85.nu. 6.

Raptus pœna punitur rapiens virginem à principio nolentem, & ex poſt facto volentem.fol.86.nu.7.

Receptatores rerum furatarum perinde puniuntur atque latrones.fol.46.nu.1. &.3.vbi eſt verus intellectus.

Receptans rem furto ſubſtractā ignarus, vel ad cuſtodiendam ei qui amiſſerat, vel alia iuſta ratione nō delinquit. fol. 46.num.2.

Receptatores abigeorum ad deſennium relegantur.fol.49.nu.8.

Receptare eſt proprium refugium abſcōdendi cauſa reo præſtare in ſuo agro vel ędificio, alienoue.fol.71.nu.7.

Receptandi latrones ſcientia conſiſtit in eo quòd eſt notoriū eos eſſe latrones: vel quia eſt publica vox & fama in loco.fol.71.nu.9.

Recipiēs pecuniam mutuo ad vſurā ſine legitima cauſa puta neceſſitatis vel vtilitatis rationabilis tenetur in foro conſcientiæ.fol.62.nu.9.

Recipiens intereſſe ex mutuo ratione dāni emergentis vel lucri ceſſantis vſurā non cōmittit. Et quomodo hæc intelligantur.fol.63.num.22.

Regnum per ſucceſſionem non debet in plures diuidi.fol.23.nu.3.

Reipublicæ per vnum non per plures cōſulendum eſt.fol.22.nu.6.

Reiuendicatio ſupra omnes actiones perſonales & hypothecarias eſt.fol.74 numero.1.

Relegari ad inſulam & ad tempus, & inperpetuum quis poteſt, de portari autē non niſi inperpetuum.fol.82.nu.6.

Relegatus ſiue ad tempus ſiue inperpetuum retinet ciuitatem, & teſtamenti factionem.fol.82 num.7.

Relegatus ad certum tempus minus deſēnio, ſi frangit fines dicti exilij, multiplicatur ei tempus quod ſupereſt.fol. 82. num.9.

Relegatus ad inſulam ad deſennium, ſi redeat, in perpetuum eſt relegandus. fol. 82.num.11.

Relegatus in perpetuum ad inſulam, ſi frāgit dictam relegationem, de portandus eſt.fol.82.num.12.

Remiſſio delinquentis ad ſuum iudicem debet de neceſſitate fieri, quando delictum remaneret inpunitum.fol.3.nu. 3.&.fol.4.num.6.

Remiſſio delinquentium ad ſuos judices ſub qua forma & ſolemnitate de iure facienda ſit.fol.3.num 5.

Remiſſiones delinquentium fieri debent inter iudices qui ſunt ſub eodem Principe, vel domino cuius iuriſdictiones tam judicis petentis remiſſionē, quàm judicis à quo petitur ſunt : ſecus autem quando dominia ſunt diuerſa.folio.4. numero.6.

Remiſſiones ſeu gratiæ delictorum factæ contra legem prohibentem ne fiant, ſi non valent in vim remiſſionis, valere ſaltim debent in vim guidatici, fol 78.nu.10.

Remiſſus ſeu guidatus de delictis per legem remitti & guidari prohibitis poteſt non obſtantibus dictis remiſſione & guidatico ſi capitur de eiſdem delictis puniri, ac ſi remiſſus & guidatus non fuiſſet.fol.77.num.1.

Repræſſaliorum ius ad vlciſcendas iniurias pertinere videtur.fol.23.nu.2.

Repræſſaliæ inductæ ad exemplū andro-

lepſiæ grecorum.Et quid androlepſia ſit.fol.23.num.3.
Repræſſaliæ appellatio vnde tracta. Et quid eo nomine liceat. fol.23. num.4.
Repræſſaliæ de iure pignorationes appellantur.fol.23.num.5.
Repræſſaliorũ iure nemo propria authoritate vti poteſt: ſed Principis in cuius dominio eſt is cui damnum iniuſtè datum eſt.fol.23.num.6.
Repræſſaliæ antequam concedantur, debet prius legitima cauſa præcedere: & poſtea certa ſolemnitas ſeruari.Et quæ hæc ſint,vide latè.folio.24.num.7.
Repræſſaliandi ſeu marchandi ius concedi poteſt, quando legitima cauſa præcedit,& dominus delinquentis requiſitus contemnit damnum paſſo iuſtitiã reddere.fol.24.num.8.
Res donata probatur tradita,non ſolum quando traditio fit per realem traditionem,verũ etiam, quando fit per conſtitutum. & vide ibi intellectum ad. l. quotiens.ff.de reiuẽdicatio.fol.93.nu.7.
Reſpublica ſine fide in Principe vix gubernari poteſt: cum magis perfidem Res publicæ gubernẽtur, quàm perſu dores corporales.fol.77.num.3.
Reſtituere obligatus, non ſolum ſufficit quòd reſtituat,ſed oportet etiã, quòd pæniteat.fo.59.num.18.
Reus interrogatus de ſocijs ſecundum iuris ordinem tenetur manifeſtare conſocios,non ſolum in foro fori, ſed etiã in foro conſcientiæ.fol.10.num.24.
Reus etiam non interrogatus de conſocijs, incriminibus exceptis tenetur illos propalare quando non ſunt correcti apud Deum.fol.11.num.25.
Reus qui debet pœnam pecuniariam ſoluere,vel fuſtigari,ex delicto per eum cõmiſſo,ſi cum eſt ſoluendo, vult potius fuſtigari quàm ſoluere,in hoc non eſt audiendus: ſed iudex debet eum compellere ad ſoluendum.fol.15.num.12.
Reus detentus in carceribus pro pecunia deſcendente ex delicto,& parti applicãda, ſi non eſt ſoluendo, nec pars vult conſentire pœnæ commutationi an ſit relaxandus à carceribus inuita parte. fol.15.num.13.
Reus probãdo quod per triennium bene vixit purgat indicium famæ. folio. 35. num.14.
Rex propter publicam vtilitatem poteſt ſubditum rei ſuæ priuare.fol.20. nu.7.
Rex quando ex cauſa rem alterius aufert, licet teneatur ſatisfacere domino de precio rei ablatæ, fallit hoc, quando propter peſtem bona mobilia aliorũ comburere facit: quia tunc ſatisfacere nõ tenetur.fol.20.num.18.
Rex prohibere poteſt, ne quis ingrediatur domum in qua ſunt bona contaminata.fol.20.num.10.
Rex poteſt compellere ſubditos, quòd teneant aquam pro igne extinguẽdo fo. 20.num.12.
Rex cum abſens eſt à Cathalonia,an poſſit facere gratiam ſeu remiſsionem delictorum ceſſante partis inſtãtia.fol.38. nu.2.
Rex cognoſcit de crimine vſurarum.fol. 55.num.22.
Regis ſunt omnia quæ ſunt intra fines regni,quantum attinet ad protectionem & iuriſdictionem exercendam exceptis eccleſijs & earũ bonis fol.71 nu.2.
Rex circa iuriſdictionem fundatam habet intentionem: & ideo ad eum pertinet prouidere, ne delicta committantur.fol.71.num.3.
Rex poteſt punire barones ſuſtentantes & receptantes ſciẽter latrones & alios facinoroſos homines in ſuis terris & baronijs,ita iuriſdictione quam adicto Rege habuerunt abutentes.fol. 71. num.4.
Rex poteſt baronibus priuilegia iuriſdictionis caſſare,& annullare,etiam quòd illa habeant per viam contractus: ſi ipſi barones iuſtitia & dicta iuriſdictione abutuntur.fol.72.num.10.
Rex rumpendo fidem datam non facit iuſtitiam: cum ipſa fides fundamen, tum ſit iuſtitiæ.fol.77.num.2.





Rex propter bonum publicum poteſt remittere damna & iniurias particulariter & vniuerſaliter ſubditis illatas, etiã quòd prouinciæ lex illud fieri vetaret. fol.78.num.11.
Rex propter bonum publicum poteſt remittere delicta non obſtante partis inſtantia.fol.78.num.12.
Rex pro directione iuſtitiæ poteſt remittere delicta quæ per legem remitti prohibentur.fol.78.num.14.
Rex omni tempore debet habere ſincerã fidem, atque verã locutionem: vt omnes homines cuiuſcunque conditionis ſint poſsint ſe in illis fidare. fol. 78. num.4.
Rixa.in rixa vnius cuiuſque ictus eſt contemplandus: vt hinc animus occidendi inferatur. fol.28.nu. 4.
Rixa.ſi non conſtat ex pluribus rixantibus quis interfecit,omnes ſunt à pœna ordinaria abſoluendi: niſi conſtaret ipſos armatos & coniuratos fuiſſe ad mortẽ committendam.fol.28.nu.6.

## S

Sacræ res dicuntur illæ quę ad ſacrorũ vſum potiſsimũ dedicatæ ſunt; vt ſunt Ciboria, Phialæ Capſulæ & ſimilia. folio. 44. numero.13.
Sacrilegij crimen maius ac grauius furto eſt.fol.43.num.1.
Sacrilegium nihil aliud eſt quàm ſacræ rei violatio.fol.43.num.2.
Sacrilegium tanto grauius eſt, quanto res ſacra in qua quis peccat maiorem obtinet ſanctitatem.fol.44.nu.4.
Sacrilegij ſpecies tres ſunt.fol.44.num.5.
Sacrilegium quod committitur contra perſonam grauius eſt ſacrilegio quod contra locum cõmittitur. Et eſt prima ſacrilegij ſpecies.fol.44.nu.6.
Sacrilegium committitur, quando loco ſacro fit iniuria,vt cum aliquid furto ſubſtrahitur,ſiuè ſacrum ſit,ſiuè non ſacrum,vel alijs modis iniuria inferatur fol.44.num.7.
Sacrilegium committitur, quando rebus ſacris fit iniuria. Quod quidem ſacrilegium committitur altero de tribus modis, nempe, quando ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro,vel non ſacrũ de ſacro aufertur, ſeu furto tollitur. fol.44.num.8.
Sacrilegium quod committitur quando ſacrum de ſacro aufertur grauius eſt ſacrilegio, quando ſacrum de non ſacro vel non ſacrũ de ſacro aufertur: Quod quidem ſecundum diuerſitatem rerũ ſacrarum diuerſos habet gradus.folio 44.num.9.
Sacrilegium quod contra Euchariſtiæ ſacramentum committitur grauiſsimũ eſt inter omnia. fol.44.num.10.
Sacrilegium cõmittitur, quando iniuria infertur vaſis conſecratis ad ſacramentorum ſuſceptionem.fol.44. num. 11.
Sacrilegium quod committitur quando ſacrum de ſacro aufertur,de iure ciuili dicitur proprium ac verum ſacrilegiũ fol.44.num.14.
Sacrilegi pœna ſuffurantis rem ſacram è loco ſacro ſecundum aliquorum opinionem arbitraria eſt.fol. 44. nu.15.
Sacrilegij pœna quando ſacrum de ſacro furto tollitur,eſt pœna mortis naturalis.fol.44.num.16.
Sacrilegij pœna quando ſacrum de loco priuatè ſacro ſurripitur, non eſt pœna mortis naturalis: ſed tales delinquẽtes puniuntur pluſquam fures, ſed minus quàm veri ſacrilegi.fol.45.nu.19.
in Sacrilegij crimine quinque ſunt conſideranda ad augendam vel minuendã pœnam ordinariam.fol.45.nu.21.
Sacrilegij pœna ordinaria quando ſacrum quod modicum eſt interdiu de ſacro aufertur eſt in humilioribus pœna metalli, in altioribus vero eſt in inſulam deportatio: quam etiam pœnam poterit iudex ex cauſa augere, & minuere.fol.45.nu.22.
Sacrilegi ſurripientes rem ſacram è loco

crimen commiſſerit.fol.58.nu.8.
Teſtamentum conditum àmanifeſto vſurario non prçſtita canonis cautione ſi poſt dictum teſtamentum præſtatur talis cautio,teſtamentum recõualeſcit & efficitur validum.fol.59.nu.13.
Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.fol.37.nu.40.
Teſtis vnus tãtum de viſu omni exceptione maior ſufficiens indicium eſt ad torturam & facit ſemiplenam probationem.fol.33.nu.1.
Teſtis dicitur omni exceptione maior, quando non eſt infamatus de aliquo crimine.fol 33.nu.2.
Teſtis contra aliquem falſum deponens triplicem facit deformitatem, periurij, iniuſtitiæ,& mendacij,fol.39.nu.2.
Teſtis falſum deponens tribus perſonis obligatur.fol.39,nu.3
Teſtis falſus tribus pœnis afficiendus eſt folio.39.nu.4.
Teſtis qui falſum aduerſus reum teſtimonium incapitali cauſa dixit puniendus eſt eadem pœnà qua puniretur reus ipſe,ſi criminis conuictus foret. fol.39.nu.5.
Timor iuſtus quis dicatur.fol.41.nu.10.
Tortura pro furto parui valoris non infertur.fol.32.nu.1.
Tortura non eſt inferenda,niſi in illis caſibus,inquibus venit imponenda pœna vltra relegationem.fol 32.nu.2.
Tortura grauior pœna eſt,quam ſit abſciſio vtriuſque manus.fol.32.nu.5.

# V.

Vagabundorum reprobatio incepit ab Adam.fol.4.num.1.
Vagabundus quis dicatur.folio 4:.num.9.
Vagabundi vbi reperiuntur ibi conueniũtur & puniuntur.fol.5.num.10.
Vagabundum virum vxor non tenetur ſequi.fol.5.num.11.
Vagabundus quomodo puniatur fol.5. nu.12.& nu.13.
Vaſa conſecrata dicuntur illa quę ſecundum eccleſiaſticum morē ſacro oleo inunguntur fol.44.num..12.
Verbalis iniuria non eſt ferenda ſine vindicta propter publicam vtilitatem.fol. 26.nu.4.
Verba iniurioſa de perſe iniuriam oſtendunt.fol.26.nu.7.
Verba iniurioſa proferens contra aliquē tenetur actione iniuriarum.Et eſt verum, licet iniuria vera eſſet,ſi animus iniuriandi adeſſet. fol.26.nu.9.
Verba iniurioſa alteri dicere licitum eſt. dummodo illud ſit pro defenſione priuilegiorum vel Rei publicæ abſq; animo iniuriandi.fol 26.num.15.
Verbalis iniuria varijs legibus punita.fol. 27.nu.17.
Verbalis iniuriæ pœna iure ciuili quo vtimur,arbitrio iudicis relinquitur. fol. 27.num.18.
Verbum directe, vel indirecte, quomodo,& quomodo libet,sēper debent aliquid operari, ne fruſtra cenſeantur appoſita. folio.24.num.6.
Vicinitas à ciuili ſocietate formari cæpit, & ideo vicini interſe debent habere quandam fraternitatis ſpeciem. folio. 24.num.1.
Vicini ceteris amicis præponuntur.folio 24.num.2.
Vicin⁹ melior iuxta, quàm frater procul propter oportunam & quotidianam opem.fol.24.num.3.
Vicini ſi mali ſunt, nihil boni ab eis exiſtimandum eſt.fol.24.nu.4.
Vicini mali hoc eſt qui malis moribus imbuti ſunt, vt lenones & meretrices, ab honeſta vicinia expellendi ſunt, ne mores vicinorum probos inficiant.folio. 25.num.5.
Vicium libidinis à fundamentis Deus eradicat.fol.17,num.1.
Violētia in crimine raptus virginis dicitur fieri parentibus,quando quis animum ipſius pertrahit ad ſuum votum donis & ſolicitationibus.fol.85.num.4.

Virgi-



Virginitas corporis non mulctatur per ſtuprum attentatum & non conſumatum.fol.18.num.11.
Voluntas ſola & cogitatio, illa ſcilicet quæ ſtat in finibus cogitationis non punitur.fol.17.nu.2.
Voluntas interior & ſic animus iudicatur per actus externos.fol.17.nu.4.
Vnus teſtis tantum de viſu omni exceptione maior ſufficiens indicium eſt ad torturam:& facit ſemi plenam probationem.fol.33.nu.1.
Vſura quid ſit. fol.50.num.1.
Vſura vnde dicatur.fol.50,num.2.
Vſuræ duæ ſpecies inueniuntur, altera quæ nomen à ſuo genere diſtinctum habet quæ vocatur fœnus. Altera vero quæ ingeneris ſui appellatione cõſiſtit & vſura nominatur.fol 51.num.3.
Et fœnus quid ſit vide ibidem.
Vſura apud grecos & Aebraicos quid ſignificet.fol.51.nu.5.
Vſurarij quibus aſsimilentur.fol.51.nu.6.
Vſura iure naturali prohibita eſt. Quod aliquot rationibus oſtenditur. fol. 51. numero.7.
Vſuram iure diuino vetitam eſſe, ex pluribus veteris teſtamenti locis demõſtratur,& etiam ex nouo teſtamento,folio 52.num.9.
Vſuram iure Pontificio prohiberi. folio. 53.num 12.
Vſura ad faciendum bonum accipienda non eſt.fol.53.num.14.
Vſuram princeps temporalis permittere non poteſt: immo excommunicatus eſt permittens.fol.53.num.15.
Vſura iure ciuili prohibita eſt. folio.53. num.16.
Vſura quare prohibita ſit.fol.53.nu.17.
Vſura delictum eſt & qua pœna puniatur.fol.54.nu.18.
Vſuræ crimen an mere eccleſiaſticũ vel mixti fori ſit.fol 54.num.19.
Vſurarum crimen ſapit furtum & rapinā fol.55.num.23.
Vſurarius de iure ciuili pœna infamiæ punitur.fol.56.nu.1.
Vſurarij publici eligi non poſſunt ad dignitates eccleſiaſticas.fol.57.num.2.
Vſurarius clericus juris infamia punitur. fol.57.num 3.
Vſurarij manifeſti quod modis eſſe dicantur.fol.57.num.4.
Vſurarij manifeſti puniuntur diſpoſitione tex.in cap.quia in omnibus.de vſur & ibi de intellectu.cap.quamquam.de vſur.in.6.fol.57.num.5.
Vſurarijs manifeſtis ante vſurarum reſtitutionem interdicitur teſtamenti factio,adeo,quòd ſi teſtamentum condiderit, jure pontificio dictum teſtamentum ipſo jure eſt nullum.fol.57.nu.6.
Vſurarij manifeſti teſtamentum etiā præſtita canonis cautione nõ valet, ſi poſt dictum teſtamentum ſecrete etiam crimen commiſſerit.fol.58.num.8.
Vſurarius manifeſtus non poteſt cauſa mortis donare.fol.59.nu.12.
Vſurarij pati debēt, quod expellantur & & eijciantur à ciuitate. fol.59.num.14.
Vſurarij clerici ab obtinendo beneficio repelluntur, & an ab officio & beneficio ſuſpendantur.fol.59.num 15.
Vſura peccatum eſt, & pertinaciter affirmans non eſſe peccatum, vt hæreticus puniendus eſt.fol.59.num.16.
Vſurarij pœnis gehennalibus non facta reſtitutione tenentur,fol.59.nu.17.
Vſurarij moriuntur, vt animalia bruta vel aliquo terribili iudicio de eis contingēte.fol.59.num.19.
Vſuræ vicium tranſit ad ſucceſſores. fol. 60.num.20.
Vſurarij varijs pœnis arbitrariè per Principes ſeculares in ſuis regnis impoſitis coerceri ſolent.fol.60.nu.21.
Vſuram committit qui ratione mutui ſtipulatur ſibi aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile.Et quomodo talis reſtituere teneatur.fol.61.nu.8.
Vſuram committit mutuator: licet à principio mutuaſſet proximo motus caritate,& ab intentione lucri prorſus alienus,cum poſtea tranſacto aliquo tempore cogitat lucrum ſibi dari ab eo cui

mutua-

mutuauit.fol.62.nu.10.

Vſuram committit mutuator ſola intentione & ſpe quòd aliquid ſibi vltra ſortem mutuatam perſoluatur. folio. 62.num.11.

Vſuram committit mutuans triticum vetus cum pacto vt alterum tantum recens ſibi reſtituatur ſciens melius & maioris precij quàm ſuum tempore mutui. Quod nõ procedit, quãdo illud fit principaliter animo renouandi ne ſuum corrumpatur, & vt gratiam mutuans recipienti faceret. fol.62.nu.12.

Vſuram committit mutuans centum ducatos mox in ſuis neceſsitatibus expẽdendos ſub hoc pacto, quòd lucrentur ſicut ſimiles lucrarentur apud legalem mercatorem. folio.62.nu.13.

Vſuram committit mutuans pecuniam alteri & ſimul vendit aliquid mobile vel immobile plus petens ab eo iuſto præcio.fol.62.nu 14.

Vſuram committit, qui mutuat, alicui nauiganti, vel eunti ad nundinas recepturus aliquid vltra ſortẽ pro eo quod in ſe ſuſcepit periculum pecuniæ. folio.62.nu.15.

Vſuram committit mutuator recipiens aliquid in pignus mobile vel immobile intendens recipere vtilitatem ex vſu illius pignoris ratione mutui. folio.63. numero.16.

Vſuram committit mutuans pecuniam ſub certo pignore vſque ad certum, tempus, ſub pacto, quòd ſi non ſoluit in termino ſtatuto, cadat debitum in commiſſum, & pignoratio cadat in vẽditionem: cum res pignorata plus valeat, ſi intra dictũ tempus receperit fructus illius rei pignoratæ, non computando illos in ſortem, ſed pro ipſo mutuo.fol.63.nu.17.

Vſuram committit mutuans pecunias mercatoribus vel artificibus vt cum eis negocientur, cum pacto, quòd in omnem euentum & periculum capitale ſit ei ſaluum, & integraliter reſtituendum, & inde aliquid lucri ſperant habere, quia aliâs non deponerent dictas pecunias penes dictos mercatores licet ſimpliciter illud lucrum ſperatum dimittatur diſcretioni mercatoris. fol. 63.numero.18.

Vſuram non committit mutuans debitori ſuo, vt debitum quod iam aliâs debet ſoluat. fol.63 nu.20.

Vſuram non committi qui mutuat ad captandum amorem vel beneuolentiam, licet poſtea ex illo amore ſeu beneuolentia conſequatur a mutuatario beneficium. fol.63.num.21

Vſuram non comittit recipiens intereſſe ex mutuo ratione damni emergentis vel lucri ceſſantis. Et quomodo hæc intelligantur. fol.63.nu.22.

Vſuram commit. mercator qui mutuando paſciſcitur, quòd pendente termino ad ſoluẽdum cõſequatur aliquod intereſſe ſeu interuſurium medij temporis, & non valet talis conuentio. fol.65.nu.5.

Vſura promiſſa ſub titulo donationis nõ valet: quia talis donatio nõ procedit ex mera liberalitate donãtis. fol.66 nu.7.

Vſuram committit mutuator, qui vltra ſortem mutuatam ſtipulatur ſibi aliquod factum quod ſit pecunia æſtimabile, fol.66.nu.8

Vſuræ de iure licitæ ſunt: ſolum enim illarum exceſſus reprobatur. Et ideo, ſi vltra modum ſtipulatæ ſunt, debẽt reduci admodum Et quid de iure canonico, & etiam iure ciuili à tempore Iuſtiniani vide latè. fol.67.nu.12.

Vſuram committere eſt contra ius naturale. fol.69.num.4.

Vſuram committere eſt facere cõtra ius diuinum. fol.69.,nu.6.

Vſurarij non poſſunt ſe excuſare, quòd non cognoſcant cauſam dandi ad vſuram eſſe iniuſtam. fol.69.nu.11.

Vſus rerum in quibus mutuum reperitur, eſt ipſa rerum cõſumptio. fol.61.nu.6

Vtile per inutile viciatur. fol.68. num.13.

Vulnera in capite illata magis dicuntur læthalia, quàm in alia parte corporis. fol. 28.nu.



28.numero.3.

Vulnera in capite dicuntur læthalia & arguunt intentionẽ mortis. fol.29.nu. 11

Vulneratus licet præſumeretur mortuus ex vulnere, nõ tamen procederet, quãdo ex mala & inordinata vita aliud eſſet præſumendum. fol.30.nu.16.

Vulneratus in dubio potius præſumitur mortuus ex negligentia, quàm ex vulnere. fol.30.num.17.

Vxori licitum eſt fugere, quando ipſa acriter à marito verberatur, & tunc extra domum ei alimenta debentur. fol. 41.num.8.

Vxori bona mariti ſunt tacite obligata pro alimentis debitis. fol.41.nu.11.

# DEO GRATIAS.

ponia vn bazin, que ſeruia de Lampara: y enel (que todo era de oro puriſsimo) ardian cada vn año, dozientas libras de balſamo. Cerca dela fuente, o pila, en vn borde della, eſtaua vn cordero đ oro, que vertia agua: y peſaua treynta libras: y al vn lado, vna imagen del Saluador, y otra de Sanct Iuan Baptiſta, todas de plata mazizas, con vna letra que dezia. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: y para encenſar la pila, vn encenſario de oro, con quarenta y dos piedras precioſas, engaſtadas en el, de vn precio ineſtimable.

*Conſtantino hizo a ſanct pedro ygleſia.*

Diole rentas y poſſeſsiones en diuerſas partes, dentro y fuera de Roma, y haſta en Affrica, y Grecia. La tercera Igleſia que Conſtantino hizo, fue el ſumptuoſo, y rico templo de Sanct Pedro en el Vaticano: enel qual, puſo ſus ſacratiſsimas reliquias, en vna rica ſepultura de metal, pueſta ſobre columnas de gran valor: que las hizo traer de Grecia: y puſo encima vna cruz de oro, que peſaua ciento y cinquenta libras, con vna letra que dezia. Conſtantino Auguſto y Helena Auguſta, rodearon de oro eſta camara, para que reſplandezca a ſemejançà de caſa real. Los candeleros, calizes, y cruzes, patenas, lamparas encenſarios, y otros riquiſsimos vaſos, que en aquel ſancto templo puſo, ſerian largos de contar. Todos erã de oro, plata, y perlas, de tanto valor, que parece coſa de no creer. Las rentas, y proprios, ꝗ le aſignò, fueron riquiſsimos, y en diuerſas prouincias, en Antiochia, en Alexandria, por toda Egypto: y en Italia: y ſeñalòle reditos de eſpecerias, balſamos, açafran, encienſo, clauos, y canela, ſin cuento.

*Conſtantino edifico las igleſias ſiguientes Sanct Pablo. Sancta Cruz in Hieruſalem. ſancta ines ſanct Laurencio ſanct Marcelino y Pedro*

Fundò luego tras eſta, por conſejo de SYLVESTRO la Igeſia de ſanct Pablo, en la via Hoſtienſe: puſo alli los ſanctos hueſſos del Apoſtol, con la miſma veneracion, que los de ſanct Pedro: diole los meſmos vaſos, de oro, plata, y perlas, y otra tanta renta en diuerſas partes. Hizieron luego Conſtantino y Helena, la Igleſia de ſancta cruz en el Palacio Seſſoriano: adonde puſierõ parte del madero, y el Titulo de la cruz, como arriba ſe dixo largamente, en la Vida de CRISTO nueſtro ſeñor. Llamó al templo Sancta cruz in Hieruſalẽ y, anſi ſe llama oy dia. Diole riquiſsima baxilla, de oro y plata: y ni mas ni menos, la dorò, de reditos y poſſeſsiones de muy grã valor: y entre otras coſas, puſo al derredor de la ſancta Cruz, quatro candeleros de plata de cada ochenta libras, a honor delos quatro Euangeliſtas. Edificò tambien otra Igleſia, á honor de la ſancta virgen Ynes, à inſtãcia de vna hija ſuya propria del meſmo Conſtantino: y en ella puſo, pila de baptizar, para ꝗ recibieſſe el ſctõ baptiſmo la meſma hija, y Conſtãcia hermana đl Emperador. Otra quinta Igleſia fundó, en honra de ſanct Laurencio Martyr, en la via Tiburtina: la qual adornó, ni mas ni menos, de riquiſsimos dones: y allende de muchos vaſſos, de oro, y plata, hizo vna rexa de plata, que peſaua mil libras: y diole ſus rentas, y poſſeſsiones, como à las demas. Enla Via Lauicana entre los dos Laureles, hizo vn rico templo, en memoria delos ſanctos Martyres Marcellino y Pedro: adonde ſepultò à ſancta Helena, ſu madre: y diole para cada vn año, nouezientas libras de Olio Nardino, y ciento de balſamo que ſe quemaſſen delante delos cuerpos, delos dos ſanctos Martyres: ſin los riquiſsimos vaſos, de oro y plata, y ſin las poſſeſſiones, que le dio, como a los otros. Fuera de Roma hizo tambien muchas Igleſias Conſtantino, à inſtãcia de SYLVESTRO. En Hoſtia, jũto al puerto Romano, edificò la Igleſia de Sãct Pedro, y Sãct Pablo, y Sãct Iuã baptiſta. En Alba otra, de el

*Conſtantino hizo igleſias en Alva Capua, y Napoles.*

*Nota contra Luthero.*

ſancto Precurſor. En Capua otra delos meſmos Apoſtoles, en Napoles otra, y todas las enriquecio, y adornó de dones, y baxilla de ineſtimable precio. Coſa cierto marauilloſa, y que baſtaua ſola ella, para cerrar las bocas, à eſtos Canes ladradores, que tan ſin propoſito reprehenden, el edificar Igleſias el honrar las reliquias delos ſanctos, el arder lamparas en los templos, y el tener las Igleſias vaſos, y heredades para honrrar el culto diuino: viẽdo que todo eſto hizo, con tanta deuocion, vn tan Catholico y ſancto Principe como Conſtantino, de conſejo de vn ſanctiſsimo Pontifice, y tan docto, y amigo đ Dios, como SYLVESTRO. Callen pues de oy mas, y no reprehendan lo bueno, eſtos nueuos Prophetas, que con tan poca verguença, llaman à lo bueno malo, y alo malo bueno: y guay dellos, como dize el ſabio. No ſe contentó Conſtantino con hazer igleſias, en honra de Chriſto, y de ſus ſanctos: porque tambien mandó derribar los tẽplos de los ydolos: y hizo vna, ley por la qual ordenó, que de ay adelante ningũ mal hechòr, padeſciene muerte de cruz. y aſſi vino à ſer honrrada, y reuerenciada, la Cruz, que ſolia ſer eſtimada vil y abatido genero de muerte, de quantos ſe dauan a los mal hechores. Dio a SYLVESTRO vna riquiſsima thyara, ò corona, ſembrada de riquiſsimas piedras, para que vſaſſen della el, y ſus ſucceſſores, por Mageſtad. Recibiola el ſancto Pontifice, aun que dizen que no ſe la puſo jamas: pero dexo la à ſus deſcendientes, que vſan della, ſiempre que ſalen en publico, veſtidos de Pontifical. Es comun opinion que demas de todo eſto, hizo Conſtantino donacion al Papa SYLVESTRO, y à ſus ſucceſſores, dela ciudad de Roma, con toda Italia, y con todas las de mas prouincias del Occidente. Sobre la verdad đ eſta donacion, à auido, y ay oy dia, grandes diſputas: aſsi entre juriſtas y theologos (ſobre ſi ſe pudo hazer, y ſi deſpues de hecha valio) como entre Hyſtoriadores, ſobre ſi es verdad que ſe hizo. Muchos an dicho muchas coſas, que referirlas aqui, ſeria coſa muy larga y faſtidioſa, y fuera del propoſito mio. Lo que toca à la Donaciõ ſi ſe pudo hazer ò no, diſputen lo los juriſtas, que agora yo no ſoy ſino hiſtoriador. Quanto ala Hiſtoria, ſi es verdadera, o no, Laurencio Valla gramatico, y perſona que ſupo mas latin que no hyſtorias, y que tuuo mas cuenta con hablar bien, que no con eſcreuir como Chriſtiano, hizo vn tractadillo impio, y lleno de blaſphemias, ſolo para probar ſer falſo, lo que Graciano trae en el Decreto, en prueua dela donacion de Conſtantino. Pero a eſte tractado ſe ſatiſhizo baſtantiſsimamente, por vn auctor moderno Auguſtino Obiſpo Eugubienſe, y Bibliothecario del Papa Paulo Tercio: El qual, con argumentos y razones inuincibles, y con auctoridades de muchos Authores Griegos, y Latinos grauiſsimos, prueua ſer heretica y malicioſa, la opinion de Laurencio Valla: y hauer hecho Conſtantino aquella donacion, deſpues que ſanó de la lepra, por el baptiſmo, quatro dias deſpues de baptizado. Y que eſto aya ſido aſsi, prueuaſe tambien, por muchos textos del derecho canonico, y por auctoridad del Papa Gelaſio, que aprueua los actos de SYLVESTRO, de donde Graciano tomò aquel texto: y por vna Epiſtola de Vrbanò ſegundo, que anda entre los actos dela ſeptima Synodò. De lo qual todo ſe concluye, que Pero Mexia en la vida de Conſtãtino, pudiera eſcriuir en eſtas dos coſas, dela lepra, y Donacion, mas acertadamente de lo que las eſcriuio: y que ya oy no ſe puede dubdar, deſtas dos coſas, pues tenemos

*Conſtantino derribo los tẽplos de los Ydolos.*

*Conſtantino mando que no ſe vſaſſe el tormento de cruz.*

*Thiara Põtifical diola Conſtantino a Syluestro.*

*Donacion de Cõſtantino es verdadera.*

96. diſ. cap. Cõſtãtinus. De. Elect. li. 6, Fũdamẽta:

UNIVERSITARIA DE GRANADA